


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
34 B
47



D. BONAVENTVRAE S.R.E. EPISCOPI CARD. ALBANEN. DOCTORISQ. SERAPHICI, ORD. MINORVM

IN LIBRVM SAPIENTIÆ,


& Lamentationes Ieremiæ Prophetæ pia & erudita expositio,

Nunc primùm post diutinam expectationem in lucem emissa,& ad ueterum exemplarium fidem per F. IOANNEM BAL[illegible]NIVM ANDRIVM Conuentualem [illegible]anum accuratissimè recognita.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M. D. LXXIIII.






VINCENTIO DE LVCHIS ANCONITANORVM EPISCOPO.



FRANCISCVS SALVIONVS S. P. D.





VLTO equidem (Præsul optime) peiùs de humano genere mereri arbitror illos, qui alienos labores, uigiliasq́; illustriũ uirorum, & doctissimorũ hominum scripta, vel ab autoribus vita excedentibus sibi commendata: vel temere, forteque reperta; vel studio, diligentiaque conquisita, atque inuenta domi conclusa detinent, et in uul-

gus exire non patiuntur, quàm qui pecunias humi defodiunt, thesaurosq; obruũt terra. Hi enim, dum id faciunt, negant alimenta corporibus, & necessarias uitæ commoditates. Illi uerò non solùm laudem, & gloriam extinguunt scriptorum, quorum libros celant; sed etiam animos, quibus scientiam inuident, doctrina exuentes, pabulo, ciboque fraudant, sublatis ijs, per quæ profecissent. Et cum mortalibus eas adimunt utilitates, quæ ex de fossis, tectisq; doctorum hominum monumentis excerpi potuissent: tum ueritati tenebras obducunt, libris conclusis, quibus illa aperitur, atque illustratur. Atque haud scio, an magnus ille Alexander hoc uno miror sit, quòd doluit, questusq; est edidisse, uulgasseq; Aristotelem ea; quæ si latuissent, ipse, qui ea ex illo cognouerat magistro, cæteris scientia, doctrinaq; præstitisset: longè mea sententia ab horum discrepat opinione. Illud. n. ego semper curaui; atque in eo studium, mentemq; meam omnem fixi ac locaui, ut quibuscunque rationibus possem, et monumentis consulerem eruditorum; è situ, ac squalore scriniorum illa promens, in lucem,

atque

atque ad mortalium utilitates accõmodans, & studiosis prodessem: si minus ingenio, et doctrina mea, at certe labore, atq; industria, quá usus sum semper, egregia in conquirendis optimorum Autorũ libris, vel infrequentioribus, vel nondum aliquo casu editis, quibus sperarem posse rem literariam adiuuari. Quo quidem studio cum tenerer, & in studiosorum hominum secretioribus bibliothecis discutiendis, euerendisq; versarer, incidi fortè in rem longè optimam, ac preciosissimam, nempe in quosdã Diui Bonauenturæ libellos: quos quidem, cum nondum typis excusos non ignorarem, commotus viri cùm doctrina in omni genere scientiarum (præsertim sacrarum) præstanti, atque egregia; tum uitæ innocentissimè, atq; integerrimè actæ dignitate, religione, splẽdore, librorumq; ipsorum argumentis nequaquam uulgaribus, et utilitate, quam uidebam non mediocrem allaturos Theologis, & sacrarum traditionum, literarumq; studiosis: illos è tenebris, ubi hactenus indignissimè delituerant, aut potiùs detenti fuerant, in lucem producere, & meo sumptu imprimendos curare

deliberaui. Neque uerò ueritus sum, quenquam fore ex ijs, qui in lectione eorum, qui extant, sapientissimi atque optimi uiri librorum uersati sunt, qui ausus sit negare hos libellos non redolere doctrinam, pietatem, vimq; illam disputandi concludendiq; subtilem, & acrem, genusq; dicendi diligens, atque erectum diuini hominis. Nec quod cum cæteris eius scriptis hi libri editi non sunt, ideo minimè illius esse existimandi sunt. Nam cum multa uir doctissimus volumina composuerit, eorum tamen nonnulla adhuc parte caremus, nescio hominum ne malignitate, qui quo soli sapere viderentur, libros eruditissimi Cardinalis suppressere, ac supprimunt: an improbitate fortunæ, quæ nos multis doctorum hominum libris orbauit, multos lacerauit, atq; afflixit. Cum autem singulo cuiq; librorum à me inuentorum sapientissimi viri, eiusdemq; sanctissimi singuli quærendi, deligendiq; patroni forent, quorum patrocinio è situ, ac tenebris arcæ, ubi diu tanquam in compedibus fuerant; morsibusq; tinearum, quibuscum conflictati erant satis feliciter, in lucem manusq; doctorum hominum

prodire

prodire non dubitarent quem tibi præferrem patronum ei potißimum, qui eſt de Sapientia Libello, habui equidem neminem. Nam cum munus, ſi gratum eſſe, atq; acceptum uelimus ijs, qui illud accepturi ſunt, congruere illis oporteat, qui eo donandi ſunt, ne uel docto ſacerdoti gladium, uel indocto militi de rebus minime uulgaribus librum offeramus; ecquis te ſapientior patronus ſapientis uiri de Sapientia Libro poterat cooptari? Quod genus tibi artis liberalioris, nobiliorisq́; ſcientiæ ignotum eſt, atque obſcurum? Nonne ſic bonæ tibi diſciplinæ perſpectæ, cognitæq́; ſunt omnes, ut nulla ſapientiæ pars ſit, in qua non laudabiliter, præclareq́ue uerſeris? An non ſapientia ſcientia quædam eſt humanarum, diuinarumq́ue rerum? humanæ uerò res nonne iuſtitia continentur, ut diuinæ pietate, quæ Dei ipſius eſt (ſi Mercurio credimus) cognitio? Ut autem omnia iuſtitiæ munera cognoſceres, nonne ſic iuris prudentiæ operam dediſti, ut nihil habeat ea facultas adeo reconditum, atque abſtruſum, quod tibi compertum exploratumq́ue non ſit? ut uerò Deum intelli-

 geres

geres, & , qua ad illum uia itur, non ignorares; nne iucundißimam, diuinißimamq; theologorum scientiam complexus es tanta cum felicitate, ut non minor sis in diuinis, quàm in humanis? Enumerarem reliquas virtutes tuas, si uel illæ obscuræ forent, uel sineret modestia tua, uel ipse sic eloquens essem, ut tantum onus aut subire auderem, aut possem sustinere. Commemorarem etiam splendorem domesticum, nobilitatemq; familiæ tuæ: nisi non minus ipse tuis maioribus lumen afferres, quàm ab illis accepisti. Nec id quidem mirandum: habuisti enim, & vnde disceres tam multas, tamque magnas, quas in te faciliùs admirari, quàm laudare uirtutes possumus, & quo cum de illis gloriosè contenderes. Fuit namq; tibi auunculus Poggius summæ dignitatis, incredibilisq; uirtutis, atque doctrinæ Cardinalis, quem ipse tibi ad imitationem proponeres. Fuit & frater egregius philosophus, singularisque Theologus Episcopus Tropiensis, qui te ad honestißima quæque æmulatione accenderet. Hæc te (Hercle) ad Anconitanum Episcopatum euexere: eadem ad maiorem dignitatis

gnitatis

gnitatis apicem, altiusque honoris fastigium euectura tam credimus, quàm speramus. Neque enim incomparabilis isti beneficentiæ, ac liberalitati tuæ, animique magnitudini, summæque humanitati quicquam habet fortuna tam altum, tamque eximium, quod negare possit, aut quod non concedere libentissimè uelit. His reliqui quidem omnes, ad quos fama virtutum tuarum peruenit, ducuntur; vt te non minus diligant, quàm laudent: nos etiã, vt obseruemus, ac colamus: velimusque obseruantiæ, cultusq; nostri perpetuum esse testimonium D. Bonauenturæ præclarissimi Theologi de Sapientia Libellum, quem tibi dicamus, tuisque auspicijs emittimus. Tu uerò, qua soles, mansuetudine munusculum nostrum suscipe, patrociniumq; cùm libri tibi dicati, tum mei tui nominis studiosissimi sic cape libenter; vt quisque intelligat, non minus me à te diligi, quàm tu à me obseruaris, ac coleris. Vale.

D. BONAVENTVRAE
S. R. E. EPISCOPI CARD. ALBANENSIS DOCTORISQ. SERAPHICI,

In Librum Sapientiæ elaborata Enarratio.

PROLOGVS.



ILIGITE lumen sapiētię omnes, qui pęstis populis. Sapient. 6. Quoniam eodem habet res formari, & deformata reformari:& omnia leguntur per sapientiam esse facta, secundū illud Psal. Omnia in sapientia fecisti: necesse est oīa per sapientiam reformari. Imago ergo rationalis animæ, quæ ad totius sapientiæ similitudinē legitur esse facta in Lib. de Spiritu & Anima: per peccatum uerò postmodum deformata in tantum, ut meritò possit quæri, Cuius est imago, & superscriptio hæc? per sapientiam est necessariò reformanda. Item, quia ad eius reformationem duo sunt necessaria. s. malitiæ expulsio, & perfecti boni introductio, ut eo informetur;& ei, cuius est imago, expressè conformetur: sapientia autem est maliciæ expulsiua: unde Sapiē. 7. Sapientia uincit maliciā: itē perfecti boni introductiua: quia sapientia est, in qua perfecti boni forma consistit: ut dicit Hugo in Lib. primo Didascalon ca. 2. & quoniā imago diuina per peccatū in anima deformata, reformatione indiget secūdum omnes suas tres partes; quæ secundū August. sunt, intelligentia, memoria, & uoluntas. Idcirco Sapiens ad sapientiam tripliciter allicit;& inuitat. s. ad sapientiæ studiosam acquisitionem; & hoc quantum ad intelligentiam: ad acquisitæ sapientię firmam retentionem: & hoc quantum ad memoriā: ad acquisitę sapientiæ, & memoriter retentæ dilectionem: & hoc quantum ad uoluntatem. q. ad sapientiæ studiosam acquisitionem, Prouerb. 27. Stude sapientiæ fili mi. Filium uocat, quecunque paterna affectione informat: sine

Augu.

Matt. 21.

ue sit iuuenis, siue senex, August. Ad discēdū quod opus est nulla mihi ętas sera uideri potest. Quia & si senes magis docere deceat, quàm doceri: magis tamen decet eos discere, quàm quid doceatur, ignorare. Stude (inquit) in hoc innuens uehementem debere esse diligentiam circa acquisitionem sapiētiæ adhibendam: studium enim (ut ait Tullius) est uehemens applicatio animi cum summa uoluptate ad aliquid agendum. Hæc autem uehemens applicatio requirit uacationē ab exterioribus occupationibus, imperitus enim efficitur ad singula, qui confusa mente diuiditur ad multa: ut dicit Gregorius. Propter quod Eccles. 38. Sapientiam scribe in tempore uacuitatis. i. uacationis ab opere exteriori: qui enim minoratur actu scilicet exteriori, percipiet sapientiā; ut dicitur in eodem. ¶Ad sapientiæ firmā retentionē. Eccles. 14. Beatus uir, qui in sapientia morabitur: Item prouerb. 3. Describe eā in tabulis cordis tui. i. in tribus partibus dominicæ imaginis, & specialiter in memoria, eam firmiter retinendo. Propter quod dicit, Describe, quod enim scribitur, firmius, & diutius retinetur. Prouerb. 22. Ecce descripsi eam tibi tripliciter. i. in intelligentia ꝑ studiosam acquisitionem, in memoria per firmam retentionem, in uoluntate per dilectionē. Ad quod monet in uerbis propositis, dicens. Diligite lumen sapiētiæ &c.

¶In quibus nobis quatuor causæ huius operis innuuntur, scilicet causa efficiens, ex persona, quæ loquitur, dicēs. Diligite: formalis. i. modus agendi per lumen, innuitur: materialis nomine sapientiæ exprimitur: finalis ex ordine seu comparatione loquentis ad personā, ad quam sermo dirigitur; intelligi potest, cū dicitur. Omnes, qui præestis populis. De primo notandū, quòd triplex est causa efficiēs huius libri: Prima per modū inspirantis. s. Deus: unde Iob 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Item Eccles. 1. Omnis sapientia à domino Deo est: sicut, uidelicet oīs essētia ab eius essentia, & ab eius ueritate oīs ueritas, & ab eius bonitate omnis bonitas. Primum enim in unoquoque genere eorum, quæ post ipsum sunt, causa est: & omne perfectum à perfecto causatur, secūdum Boethiū. Secunda causa efficiens per modum inuenientis est ipse Salomon: unde in Ecclesiastica Hysto. Omnis antiquorū chorus librū, qui SAPIENTIA intitulat; Salomonis esse

se dixerunt. Vnde Liber ipse Sapientia Salomonis inscribi tur: & more ecclesiastico lectionibus, de hoc Libro sumptis, præmittitur, Dixit Salomon filiis Israel: quia de eius sententiis Liber iste cõpilatus fuit. Proxima causa efficiens per modum compilantis fuit Philo sapientissimus Iudæorum: qui temporibus Apostolorum fuit; ut refert Ecclesiastica Hystoria: qui ab amore sapientiæ non immeritò est Philo appellatus. Rabanus etiam librum istũ potius asserit, non à Salomone (ut putatur) sed à Philone sapiẽtissimo Iudæo fuisse cõscriptum, id est, compilatum.

¶ Causa aũt formalis.i. modus agendi (ut dictũ est) per [Lumen] innuitur: quia sicut lumen habet radicalis suę originis occultationẽ; in egressu claram manifestationem; in fluxu cõtinuationem. Sic & iste Liber Sapientiæ habet in sententiis profundam difficultatem, & originis occultationem, scd̃m illud Iob 28. Trahitur sapientia de occultis. In sermonibus claram manifestationem. Sapien. 6. clara est, & quæ nunquam marcescit sapiẽtia. Clara (inquã) per eloquentiæ uenustatem: stilus enim huius Libri scd̃m Hieronymum Græcam redolet eloquentiã. In processu rationum consequentiam, & ordinatam continuationẽ. Eccles. 21. Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit (continuè fluendo, non stillando) & consilium illius sicut fons uitæ permanet.

¶ Causa uerò materialis nomine [Sapientiæ] exprimitur: sapientia autem secũdum August. est diuinarum rerum cognitio: res autem diuinæ sunt Dei potentia, sapientia, & bonitas: de q̃bus agitur in hoc Libro: quamuis principaliùs de Sapientia intendatur. Potentiã dei notificat in punitione rebellium, ut patet 1.2.3.4.5. Capitulis. Sapientiam in illuminatione humilium, ut patet 6.7.8.9. Capitulis. Bonitatem in collatione beneficiorum quãtum ad utrosque, ut patet à 10. Cap. & inde. Agitur autem hic nõ tantum de sapientia increata, eius laudibus insistendo: sed etiam de creata; eius utilitates ostendendo: unde infra cap. 6. scilicet post præmissa uerba Thematis, subditur. Quid autẽ (id est qualis) est sapiẽtia (scilicet increata) & quemadmodum facta sit (scilicet creata) referam &c. Quãuis illud totum possit intelligi de sapientia tanquam de subiecto.

¶ Causa finalis intelligi potest ex ordine personæ loquẽtis ad illos, ad quos dirigitur sermo: qui tãguntur ibi, Omnes

nes, qui præestis populis.] Sicut enim est in illuminationibus angelicis, quòd diuinæ lucis radium (secundum B. Diony.) primò recipiũt angeli de prima hierarchia: secundò illi de media: ultimò illi de postrema. Lex enim (ut ipse dicit) diuinitus promulgata est, per prima media, & per media postrema reducere. Vnde in Psal. Illuminãs tu mirabiliter à montibus eternis. id est superioribus angelis inferiores. Sicut. n. uidemus in illuminationibus corporeis: quia primò deriuatur solis illuminatio ad loca superiora, & cœlo uicinio a; deinde in media; ultimò in postrema: sol. n. tripliciter exurens montes, radios exsufflat scilicet in ualles. Ecclesi. 43. Sic etiã debet esse in illuminationibus humanis, ut primò in supremos, idest in Prelatos, deinde ĩ medios, id est eorum ministros, tertiò in postremos, id est eorum subditos lumen sapientiæ diffundatur, secundum illud Psal. Suscipiant mõtes pacem populo. Hic enim est processus sapientiæ: siquidem attingit à fine scilicet supremo usq; ad finem ultimum, & dispo nit omnia scilicet media sua uiter: infra ca. 8. Propter hoc dicebat Plato, beatas, uel bonas fore Respublicas, si eas sapientes regerent; aut earum rectores sapientię studerent: sicut ait Boetius in Lib. de Consolatione. Secundum. n. iudicem populi, sic ministri eius: & qualis rector ciuitatis, & inhabitantes in ea. Ecclesi. 10. Vbi tangit tres ordines, scilicet iudicũ, ministrorum, & subditorum. Propter prędicta Autor iste primò & principaliter intendit diffundere lumen sapientiæ in loca excelsa. i. in superiores, & per eos in inferiores. Vnde patet causam finalem huius doctrinæ esse exhortationem seu prouocationem Principum, Prelatorum, & per consequens omnium ad studiũ, & amorem sapientiæ.



BREVIS EXPOSITIO PRAEFATIONIS B. HIERONYMI

In eundem Librum Sapientiæ.



LIBER Sapiētiæ &c] Hic est Prologus, quem præmittit Hieronymus Libro Sapientiæ: & primò ostendit huius libri originem, dicens. [Liber Sapientię apud Hebręos nusquam est. Vnde & ipse stilus] id est ipsum dictamen, quia tam elegans est [magis græcam eloquentiam redolet] id est sapit [quàm hebræam] Græci enim sunt magis eloquentes, & in sententiis profundiores, quàm Hebræi. Vnde cum liber iste habeat elegantissimum stilum, & maximā profunditatem sententiarū, patet ipsum potiùs in lingua Græca, quàm Hebræa fuisse traditum. Secundò nominat eius Autorē, dicens. [Hunc] scilicet Librum Sapiētiæ [Iudæi Philonis esse]. s. tanquā compilatoris: sed Salomonis esse tanquam inuentoris, vt dictum est. Hic Philo, licet esset Iudæus, fuit tamen in Græca lingua peritus. De ipso dicit Hieronymus in Lib. de Viris illustribus, q̄ fuit iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum. Tertiò assignat tituli rationem, dicens. [Qui Liber] scilicet Sapientiæ [proinde Sapientia nominatur; quia in eo aduentus Christi, qui est sapientia patris, & passio euidentei] id est diligenter [exprimitur &c.]

LIBRI SAPIENTIAE

CAP. PRIMVM.



Iligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habēt in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem uirtus corripit insipientes: quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicū a labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est uerus, & eius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit linguæ orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditor ad Deum ueniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Custodite ergo uos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in uacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore uitæ uestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum uestrarum. Quoniam Deus mortem non fe-

cit, nec lætatur in perditione uiuorum. Creauit enim, ut essent, omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec infernorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis: iniustitia autem, mortis est acquisitio: impij autē manibus et uerbis accersierūt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius.



VONIAM (sicut dictum est) Principes, & Prælati, & per consequens omnes prouocantur in hoc Libro ad studium, & amorē sapientię, cumque sapientia siue obseruantia iustitiæ haberi non possit: In maleuolam enim animam nō introibit sapientia &c. infra hoc eodem capite. & Eccles. 1. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiā. Ideo secūdū. Glos. primò hortatur ad iustitiam, scilicet usque ad 6. cap. secundò ad sapientiam, scilicet à cap. 6. usq; in finem. In prima parte primò facit tria secundum tres partes iustitiæ generalis: primò enim agit de iustitia hominis quò ad deum cap. 1. Secūdo de iustitia quò ad proximum cap. 2. & 3. tertiò de iustitia hominis quò ad seipsum cap. 4. & 5. In Prima ergo excitat ad iustitiam cordis: secūdò oris [Benignus est] tertiò operis [Nolite zelare.] In prima primò ponit exhortationem ad iustitiæ bonum: secundò utilitatem acquiescentium [Quoniam inuenitur] tertiò detrimentū cōtemnentium. [Peruersæ enim cogitationes] In prima primò quantum ad rectam affectionem, dicēs [Diligite iustitiam] secundò quantum ad rectam æstimationem [Sentite de domino] tertiò quantam ad rectam intentionem [& in simplicitate]

Dicit ergo [Diligite &c.] Glos. non solum facite: non enim est meritorium opus iustitiæ, nisi fiat ex amore iustitiæ. Gregor. Non habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. [Iustitiā] s. increatam, quæ est rectitudo diuinæ uoluntatis: & creatam, quæ est rectitudo humanæ, secundum Anselm. Diligite (in quam) iustitiam, ut Deo conformemini; quia iustus dominus, & iustitias dilexit: item ut spirituali lætitia impleamini, secundum illud Psal. Dilexisti

asti iustitiam &c. propterea benedixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: item ut beatificemini, secundũ illud Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. ¶ Qui iudicatis terram] specialiter uos Prælati, qui iudicatis terram iudicio publico [terram] subiectæ plebis. Glos. Quibus data est potestas iudicandi. Subiectę (inquam) merito peccati. Dicit enim Greg. Vbi nõ delinquimus, ibi pares sumus. Et ideo benè dicit [terram]. i. terrena diligentes: non cęlestes, quia opus nõ est. Spiritualis enim homo diiudicat omnia. s. in spe: & à nemine iudicatur. i. iudicari debet. 1. Cor. 2. sed bestiales secundum Glos. super illud Genes. 1. Bestiis terrę. i. bestialiter uiuentibus. Item uos omnes generaliter; qui iudicatis iudicio priuato [terram] proprii corporis. Glo. 1. qui corpus discretè reprimitis: ita quòd rationale sit obsequium uestrum Rom. 12. ¶ Notandum autem, quod legitur esse quadruplex terra. s. terra superior: terrã (inquam) uiuentium: de qua in Psal. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Inferior terra. s. mortuorũ. Ezechiel. 31. Ecce deductus es cũ lignis uoluptatis ad terram ultimã. Exterior etiã terra. s. morientiũ s. præsens mundus.

In Pastor. part. 2. ca. 6.

Psal. 26.

Apocalyp. 8. Væ, uæ, uæ habitantibus in terra. i. in mundo. Interior terra. s. mortis. i. corpus mortale & terrenũ. Eccles. 10. Quid superbis terra & cinis? Prima terra non subiacet nostro iudicio: quia nõ est in potestate nostra: & ideo benè dictũ est Petro. Quodcunque ligaueris super terrã, non super cœlum. Secũda, iã iudicata est, nec potest pœnitere. Ioã. 3. Qui non credit, iã iudicatus est. Tertia iudicanda est iudicio iustitiæ, secundum illud Psal. Rectè iudicate filii hominum. Quarta iudicanda est iudicio disciplinæ discretæ, secundum illud Eccles. 33. Cibaria, & uirga, & onus asino; panis, & disciplina, & opus seruo. i. corpori, quod spiritui seruire cogendum est exemplo B. Martini, qui artus, febre fatiscentes, spiritui seruire cogebat: item exemplo Pauli, dicentes. Castigo corpus meũ; & in seruitutem, in qua. s. erat i statu innocẽtię, redigo. p uirtutẽ, & opera pnię. Præ dicto seruo debetur sustentatio panis, ne deficiat: uirga disciplinæ, ne lasciuiat: & occupatio sãcti operis, ne torpeat. ¶ Sẽtite]. s. rectè ęstimãdo [de dño in bonitate]. i. benè, nõ malè, ut hæretici. Monet autem ad benè sentiendum & sensu exteriori piè diuinas scripturas legẽdo: & sensu in-

1. Corin. 9.

B teriori

teriori piè intelligẽdo. Vnde Glos. scripturam piè legite, & intelligite: piè. s. deuotè approbando & exequẽdo quod intelligitis: & non redarguendo uel contemnendo quod non intelligitis. ¶ Et in simplicitate cordis quærite illũ] ad ipsum. s. totam cordis intẽtionẽ dirigendo. Vnde Glos. uoluntati eius uos subiicite. Quod non faciunt hypocritæ: & ideo inconstantes sunt: secundum illud Iacob. 1. Vir duplex animo inconstans est omnibus uiis suis: & propter hoc, uæ eis, secundum illud Eccles. 2. Væ duplici corde. Cor duplex est, quando partes eius ad diuersa feruntur principaliter: quod est occasio mortis spiritualis, secundum illud Osee. 10. Diuisum est cor eorũ, nunc interibunt. Simplex autem est cor, quando omnes partes eius ad unũ simplicissimum feruntur. s. ad Deum, secundum illud Eccles. 30. Congrega cor tuum in sanctitate. ¶ In simplicitate cordis] .i. in simplici unitate cordis. Hanc unitatem faciunt, fides in rationali, secundum illud Ephes. 4. Vnus dominus, una fides &c. charitas in cõcupiscibili. 1. Cor. 6. Qui adhęret domino, unus spiritus est: pax i irascibili. Ephes. 4. Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Prima unitas prohibet diuisionem errorum in intellectu: secunda desideriorum in affectu; tertia schismatum in effectu. ¶ Et benè dixi in simplicitate &c. [Quoniam inuenitur] in præsenti per gratiam, secũdum illud Cantic. 3. Inueni quẽ diligit anima mea [ab iis, qui non tentant illũ] ad exterius prætendendo, ad interius intendendo: sicut Scribæ & Pharisęi Christum tentantes: & hoc dicit contra hypochrisim & duplicitatẽ. Matth. 22. Quid me tentatis hypochritæ? [Apparet autẽ] scilicet in futuro per gloriã. Ioan. 3 Cum apparuerit, similes ei erimus. & Coloss. 3. Cum autem Christus apparuerit; tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria [his, qui fidem habent in illum.] Hoc dicit contra hæresim, & infidelitatem. Et nota quòd dicit[in illum] quia non sufficit credere illiusmodi illum, sed credere in illum, quod est actus fidei formatę, secũdũ Aug. Vel, inuenitur propter deuotionem affectus, apparet per contemplationem intellectus. Ps. Gustate .s. affectu, uidete .s. intellectu. Ps 33 Notãdũ autem, quòd secundum Greg. tentare est callidè experiri: & secundum hoc cõtingit, Deũ tentare quadrupliciter, scilicet uel indebitè uolẽdo experiri eius potentiam: sicut illi, qui tentantes Christum, de

cœlo

cœlo signum quærebant. Matth.8. uel eius sapiētiam: ut Saducæi proponentes ei quæstionem de resurrectione, secundum iuditium eorum, insolubilem ponentibus resurrectiouem. Matth. 22. uel eius iustitiam: ut Pharisæi de solutione tributi q̄rendo. Matth. 22. Scimus, q̄a uerax es &c. uel eius misericordiam: ut iudæi de iuditio mulieris in adulterio deprehensæ, interrogando. Ioan. 8. Et quia omnis talis tentatio ex diffidētia uenit, & de Deo nullatenus est diffidendum: ideo prohibetur omnis talis tentatio: unde Deuteron. 6. Non tētabis dominum Deū tuum. item Ecclesi. 18. Noli esse, quasi homo, qui tentat Deum. ¶ Peruersę enim cogitationes.] Hic tangit multipliciter detrimentum contēnentium exhortationem ad bonum iustitiæ: quorum primum est exclusio à cōsortio Dei. [Peruersæ enim cogitationes] secundum exclusio à consortio sapientiæ. [Quoniam in maleuolam animā] tertium exclusio à consortio Spiritus sancti [Spiritus. n. sanctus.] Primū pertinet ad patrem, secūdum ad filium, tertium ad Spiritum sanctū: quorum præsentia per dilectionem iustitiæ habetur: unde Ioan. 13, Si quis diligit me &c. absentia uerò, uel carentia per odium iustitiæ. [Peruersæ enim &c.] Benè dixi, quod apparet his, qui fidem habent in illum, & non aliis [peruersæ enim cogitationes] scilicet peruersitate fidei, uel morum [separant à Deo] quò ad pœnam damni 2. Cor. 6. Quæ societas lucis ad tenebras? Prouerb. 17. Qui peruersi cordis est, non inueniet bonū. Item Isai. 60. Iniquitates uestræ diuiserunt &c. ¶ Probata autem &c.] Quasi dicat, nec hoc sufficit ad pœnam [autem] pro sed [probata uirtus] id est uera uirtus: secundum Glos. scilicet diuina uirtus [corripit] puniendo. Psal. Domine, ne in ira tua corripias me [in sipiētes] Glos. hoc dicit quātum ad pœnā sensus. ¶ Quoniam in maleuolam animā.] Benè dixi, quòd separāt &c. [Quoniam in maleuolā animam] quò ad spiritualia peccata [non introibit sapiētia] se illi infundendo: sapientia (inquam) quæ desursum est: quæ primum quidem pudica est &c. quamuis introeat illa, quæ de deorsum est, terrena. s. aliàs diabolica. Iacob. 4. [Nec habitabit] permanēdo [in corpore subdito peccatis.] Hoc dicit quantum ad peccata carnalia; quæ licèt sint minoris culpæ; sunt tamen maioris infamiæ: ut dicit Gregor. Obiicitur tamen, Ps. 6.

quod bonū omnia exoptāt: ergo nulla anima est maleuola .i. malum uolēs. Dicendū, quod nullus uult malum per se, sed per accidens: quia scilicet uult illud, quod est malū, scilicet actionem malam, nō in eo quòd mala, sed in eo ꝙ delectabilis, uel apparens bona. Rursus dubitatur: corpus non potest esse habitaculum sapientiæ, nec subiectum peccati, uel insipientiæ, uel gratiæ: ergo falsum supponit, cū dicit [nec habitabit &c.] Ad hoc dicendum, quod corpus ibi non appellatur pars hominis corporea tantum, sed per synecdochen, secundum quā pars solet poni pro toto, sumitur hic corpus ꝓ toto homine, inquantum sentit passiones corporis. Vnde Glos. qui peccatis subiacet, corpus, non spiritus est. In tali non habitat sapientia: unde Glos. Frustra sibi blandiuntur hæretici, pharisæi, falsi christiani: soli enim mundo corde sapientiam Dei possunt accipere. ¶ Et benè dixi, quòd [non habitabit &c.] [Spiritus enim sanctus disciplinæ] Glos. qui docet omnem disciplinam, secundum illud Ioā. 16. Docebit uos omnem ueritatem. s. rationalem, naturalem, & moralem. Psal. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. [sanctus] inquantum purgat, & reuocat,

Psal. 118.

secundum illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciem terræ [disciplinæ] inquantum ignorātiam tollit, & sapientiam donat, secundum illud Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapiētiæ &c. [effugiet]. i. in præsenti longè fugiet. [fictum.] idest peccatorem, secundum illud Psal. Longè à peccatoribus salus, & præcipuè hypochritam, qui propriè fictus est. Ioan. 13. Non ueniet in conspectum eius omnis hypochrita [& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu]. i. falsis & erroneis: intellectus enim uerorum tantum est. [Auferet se &c.] ecce pœna damni [& corripietur &c.] ecce pœna sensus. Item notandum, quod auferre se dicitur, quia naturaliter commissio culpæ præcedit subtractionem gratiæ: Deus enim primus est in accessu, & ultimus in recessu. Et ꝙ se auferat ab eis; nō tamen remanebunt immunes: unde subdit [& corripietur &c.] correctio fit uerbis, correptio fit flagellis [corripietur] inquam. s. fictus in futuro. i. punietur [à superueniente iniquitate]. i. propter superuenientem iniquitatem. Vnde Glos. fictus, cum dies retributionis uenerit, pro iniquitate punietur [superueniens-

Psal. 118.

niente] .i. opprimente: propter quod superueniens dicitur: sicut qui opprimit, superuenit. Vel [corripietur] .i. simul in anima & corpore rapietur ad supplicium.

¶Benignus enim, &c.] Hic monet ad iustitiam locutionis, retrahendo à sermonibus malis. Et primò remouet ab ipsis maledictis impunitatis confidentiam: secundò prædicit eorum pœnam. [Propter hoc qui loquitur] tertiò monet ad prauarum locutionũ cautelam [custodite &c.] In prima primò remouet impunitatis confidentiã, quæ posset oriri ex iudicis misericordia [Benignus] secundò ex eius ignorãtia. [Quoniam reuelabit &c.] tertiò ex eius impotentia. [Quoniam spiritus domini.] Dicit ergo [Benignus enim est spiritus] Benè dixi, quod corripietur fictus &c. benignus.n.est spiritus sapientiæ. s. increatæ. s. filii, à qua datur. s.Spiritus sanctus: uel createç, quam ipse dat: infra cap. 12. O quam bonus, & quam suauis est domine spiritus tuus in nobis. Psal. Spiritus tuus &c. [& tamen non liberabit maledictum &c.] quamuis, sit benignus: quia (sicut dicit Gregor.) disciplina & misericordia multum destituitur, si una sine alia teneatur. Vel sic, & quia benignus, non liberabit maledictũ &c. quia benignitas malitiæ contraria est, ut dicit Glos. Non liberabit (inquã) maledicentem: quando male dictus est, quia fecit contra Dei mãdatum, qui prohibet maledicere. Psal. Maledicti, qui declinant à mãdatis tuis: ecce maledictio in præsenti. *Psa.* 118. Item Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum &c. ecce maledictio in futuro. ¶A labiis suis]. i. à peccato labiorum suorũ: uel à pœna, quam meruit peccato labiorum suorum. Matth. 12. Ex uerbis tuis condemnaberis. Item in Psal. Labor labiorum suorum operiet eos. *Psa.* 139. Et notandum, quod ponitur consequens pro antecedẽte, cum dicit, maledictum, pro maledicente. [Quoniam renum &c.] Quasi dicat, re uera punietur ꝓ peccatis suis, licet occultis; quoniam renũ illius.i. affectionum, seu delectationum carnalium, quarũ sedes est in renibus [testis est Deus] .i.cognitor certus, sicut testis de re, pro qua facit testimonium. Ierem.29. Ego sum testis & iudex, dicit dominus, [& cordis illius].i.cogitationum de corde exeuntium. Matth. 25. [Scrutator est uerus] .i.inquisitor infallibilis: uñ spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Ierem. 17. Ego dominus scrutans corda, & probans renes.

Ps.7. Psal. Scrutans corda, & renes Deus. [Et linguæ eius] .i. locutionum, quæ lingua formantur [auditor] .i. cognitor immediatus sine narratione
Ps.93 alterius. Psal. Qui plantauit aurem, non audiet? quasi dicat, sic. Et notandum, quod ponit instrumenta pro operationibus, ab ipsis procedentibus: eò quòd sicut instrumenta immediatiùs se habent ad animam, quàm eorum operationes: sic Deus immediatius, quàm aliquis alius cognoscit omnes hominis actus, tã interiores, quàm exteriores. ¶ Quoniam spiritus domini &c.] qua si inferret: benè dixi, quod hoc potest spiritus, [quoniã spiritus domini] intransitiuè. i. qui est dominus, secundum illud Athanasii, Dominus pater, Dominus filius, Dominus Spiritus sanctus. Vel trãsitiuè .i. spiritus, qui est à domino, secundum Isa. 61. Spiritus domini super me &c. Item Ioan. Spiritum ueritatis, qui à patre procedit.
Ca.14 [repleuit orbem terrarum] sua præsentia rebus omnibus assistendo, & ea continendo. Ierem. 23. Nunquid non cœlũ & terram ego impleo? Quia secundum Grego. ubique est Deus: intra omnia non inclusus: extra omnia non exclusus: supra omnia non elatus: infra omnia non depressus. [Et hoc quod continet omnia]. i. spiritus sanctus omnia continẽs, sua potentia cõseruando. Sicut enim probat Boethius in Lib. de Consol. mundus ex tam diuersis, contrariisque partibus non conuenisset, & cõiuncta discors diuersitas dissociaret, nisi esset unus, qui coniungeret, & quod contexuit, contineret. [Scientiam habet uocis.] . i. omnium locutionum & linguarum, omnia cognoscendo. Ex hoc patet, quod potest cognoscere & punire omnia; tam facta, propter uniuersalem præscientiã; quàm dicta, propter uniuersalem notitiam. Vel secundum Glos. [Hoc quod cõtinet omnia]. i. Spiritus sanctus, qui continet omnia. i. ecclesiam, extra quam quod est, nihil est: sicut extra archã Noe. [sciẽtiam habet uocis] causaliter loquendo. i. intelligentiam scripturæ præstat hominibus. Vel formaliter [sciẽtiam habet uocis. i. eiusdem scientiæ est. cum uoce, idest cum uerbo & Dei filio: de quo Ioan. 1. In principio erat uerbum &c. Allegoricè secundum Glo. potest exponi de temporali aduentu spiritus sancti. Et primò tangitur persona missi, cum dicitur [spiritus] secundò eius æterna origo [domini] tertiò temporalis missio [repleuit] quartò missionis manifestatio

tio [& hoc quod cõtinet omnia.] Dicit ergo [Spiritus domini repleuit] Glos. donis [orbem terrarum] .i. ecclesiam, per omnes terras dilatatam, ut dicit Glos. [& hoc quod cõtinet omnia] Glo. i. homo, qui conuenientiam habet cũ omni creatura: propter quod omnis creatura appellatur: Marc. ult. secundum Grego. [sciẽtiam habet uocis.] Glos. diuersarum linguarum à Spiritu sancto: ut patet Act. 2. Orbi uerò terrarum comparatur ecclesia primitiua, primò propter sui dilatationẽ,
Ps. 18 secundum illud Psal. in omnem terram exiuit sonus eorum. Secundò propter sui pfectionem, quæ per orbis rotunditatem intelligitur. Cantic. 6. Vna est columba mea, perfecta mea. Tertiò propter sui stabilitatem: Terra.n. in æternum stat. Eccles. 1. Quartò propter sui compressionẽ & attritionem. 1. Cor. 4. Puto q Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos &c. Sicut terra nouissimum est corporum: unde ab omnibus teritur & conculcatur. Quintò propter humani generis sustentationem & uiuificationem: quia de terra uiuit, & à terra sustentatur, sicut ab ecclesia primitiua. Iob. 9 Sub quo curuantur, qui portant orbem. i. apostoli, & eorum sequaces: nec tamen franguntur: quia in Psal. Ego confirmaui columnas eius. Sextò Psal. 74.
propter ornatum omniũ uirtutum, & productionem, secundum illud Genes. 1. Germinet terra herbam uirentẽ &c. Septimò propter aquarum. i. sapientiæ doctrinæ salutaris originem: secundum illud Genes. 2. Fons ascendebat de terra, irrigans uniuersam superficiem terræ.

¶ Propter hoc qui loquit, &c.] Remota impunitatis stulta confidentia, hic prædicit malæ locutionis pœnam. Et primò quia in iudicium deducetur: secundò quia à iudice discutietur [cogitationibus impii] tertiò, quia omnibus publicabitur. [Quoniam aures zeli.] Dicit ergo [Propter hoc] quia. s. Spiritus sanctus habet scientiam uocis. i. omnis locutionis [qui loquitur iniqua] de qbus in Psal. Psal. 62.
Obstructum os loquentium iniqua [non potest latere]. s. Spiritum sanctum in præsenti: unde Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Item Prouerb. 16. Omnes uiæ hominum patent oculis eius. [Nec præteriet]. s. dissimulando [eum] .s. iniqua loquentem, [corripiens]. i. puniens: uel [corripiẽs] i. simul rapiens corpus eius, & animam; uel cuncta eius opera mala, & dicta & cogitata.

[Iudicium]. s. futurum: cuncta enim quæ fiunt, adducet Deus in iudicium: ut habetur Eccles. ult. ¶ In cogitationibus.n.impii] .i. de cogitationibus impii. in quibus minus peccatum est, quàm in prauis sermonibus. [erit interrogatio].i. discussio iudicis & examinatio, secundũ illud Psal. Dominus interrogat iustum & impium. Iob.ult. Scio, ꝙ nulla te latet cogitatio. Et si erit discussio de cogitationibus, multò fortiùs de locutionibus: propter hoc subdit [sermonum autem &c.] Quasi dicat, non solum de cogitationibus. [autẽ] pro sed [sermonum illius auditio] .i. examinatio ad Deum tanquam ad examinatorem, & iudicẽ ueniet [& ad correptionem] .i. punitionem [iniquitates illius] quas cõmisit, iniqua loquendo. Genes. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est &c. Et benè dixi, ꝙ ueniet &c. [Qm̃ auris zeli] zeli (inquam) Dei, animas tanquam sponsas zelantes [audit omnia] .i. nouit, sicut ille, qui audit omnia. s. tam mala, quàm bona, quàm indifferentia: sicut zelotypus diligenter audit & notat uerba sponsæ, & loquentium cũ ea. Exod. 20. Ego sum Deus fortis zelotes &c. [Et tumultus murmurationum] quibus homines murmurant contra Deum Eccle. 21. Præcordia fatui quasi rota plaustri. Et dicitur [tumultus] quia homo murmurans quasi intra dentes suos tumultuet, non clarè enunciat. [Non abscondetur] sed toti mundo propalabitur. Luc. 12. Nihil opertũ, quod non reueletur, neq; absconditum, quod non sciatur. Exod. 16. Audiui murmurationes filiorum Israel.

Ps. 10

¶ Custodite &c.] Hic monet ad prauæ locutionis cautelã: & primò ponit suam exhortationem, secundò exhortationis necessitatem. Quoniam sermo &c.] Construendum, autem, siue continuandum sic. Ex quo non abscondetur tumultus &c. [custodite ergo uos à murmuratione]. s. contra Deum [quæ nihil prodest] immo multum obest. Vnde 1. Cor. 10. Quidã eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. [Et à detractione]. s. contra proximum. Iob. 6. Quare detraxistis sermonibus sanctis ueritatis, [parcite linguę] nõ dicitur parcite proximo, sed linguæ. s. uestræ: quia detrahens alteri, primò seipsum lædit. Vnde peior est detractio serpentino ueneno. Seneca. Illud uenenum, quod serpentes in aliorum pernitiem ferunt, sine sua continent malitia: ipsa detractio partem sui ueneni bibit. Glo. pernitiosæ

ſunt murmurationes, & de-
tractiones. Rom.1. Detracto
res Deo odibiles. Detracto-
res dicit pluraliter: quia de-
tractio fit pluribus modis. ſ.
uel cum occultum bonũ ne-
gatur, uel cum apertum di-
minuitur: uel cum occultum
malum propalatur, uel quan
do apertum amplius diuul-
gatur. ¶Et bene dixi, parcite
[quoniam ſermo obſcurus.]
Gloſ. ociosus, ut eſt uerbum
murmuris; [in uacuum non
ibit], i. ſine pœna non rema-
nebit: quia nec ſermo ocio-
Ca.12 ſus. Matth. De omni uerbo
ocioſo &c. ergo multò ma-
gis de uerbo malicioſo. Ver-
bũ ocioſum (ut dicit ibi Glo
ſa) eſt, quod dicitur ſine utili-
tate loquentis, uel audientis.
Hierony. Omne, quod non
ędificat loquentes, in pericu
lum uertitur loquentium.
¶Os autem, quod mentitur]
ſcilicet detrahendo [occidit
animam] Gloſ. mucrone pec
Pſ.5. cati animã mentientis. Pſal.
Perdes omnes, qui loquun-
tur mendacium. Et notãdũ,
quod loquitur de mendacio
pernicioſo, quod eſt morta-
le: non de iocoſo, uel officio-
ſo. Vnde Gloſ. Eſt mendaciũ
leuioris culpæ, cum quis prę
ſtando beneficium, menti-
tur. Sed uidetur, quod aliqđ
mendacium ſit bonũ & me-
ritoriũ, quia obſtetrices men
tientes meruerunt præmium

apud iuſtum iudicem. ſ. Deũ,
qui falli non poteſt: ut patet
Exod.1. Dicendum ſecundũ
Gloſ. quòd non eſt remune-
rata mendacii, ſed pietatis
earum beniuolentia. Sed nũ
quid unum & idem factum,
fuit peccatum: & tamen ha-
buit beneuolentię meritum?
Et uidetur, quod ſic: dicit. n.
Gloſ. Deus unum idemque
factum propter bonum, ma-
lum cõdonat, & bonũ remu-
nerat. Dicendum, quòd unũ
fuit connexione, non † indi- †
uiſibilitate; quia † aliud fuit Aliàs
intentio liberandi, aliud uo- identi
luntas mentiendi, † licèt co- bilita-
ordinata, [illegible] te.
¶Nolite zelare &c.] Hic hor †
tatur ad iuſtitiam operis: & Aliàs,
primò per rationes ſumptas adfuit
ex parte creationis: ſecundò †
ex parte retributionis, ibi [iu Aliàs,
ſtitia. n, &c.] Ex parte crea- ſed.
tionis primo per ratione ſum
ptam ex bonitate creatoris.
[Quoniã Deus] ſecundò per
rationem ſumptam ex parte
finis creationis, [creauit] ter
tiò per rationem ſumptã ex
parte conditionis creaturæ
[non eſt in illis.] Nolite zela
re &c. quaſi dicat, quia men-
dacium occidit, nolite zela-
re. i. diligere, uel appetere af-
fectu [mortem]. ſ. animę, quã
per culpam incurrit: ſecundũ
illud Aug. Vera mors eſt,
quam homines non timent;
ſeparatio (u. delicet) animæ à

Deo, qui est beata uita animarum: sicut mors corporalis est separatio corporis ab anima. [Mortem] dico [in errorem uitę uestræ] causaliter constitutam, secundum illud Prouerb. 14. Errant, qui operantur malum; omnis enim malus errans, secundum Philosophum. [Neque acquiratis] in effectu [perditionē] æternæ pœnę, quod est in uestra potestate, secundum illud Osee 13. Perdio tua Israel tantummodo, auxilium tuũ ex me. [In operibus manuum uestrarum] causaliter idest, merito operum uestrorum. Sed obiicitur secundum Aug. omnes appetunt uitam & beatitudinem: ergo nullus mortem, uel perditionem. Dicendum ꝙ uerum est per se: sed per accidens & ex consequenti dicuntur eam appetere, qui appetũt actum, qui est causa mortis, & perditionis. Vnde ponit consequens pro antecedente, subdens, Bene dixi, errorem causam mortis esse, & opera mala causam perditionis [Quoniam Deus] qui author est omniũ, secundum illud Ioan. 1. Omnia ꝑ ipsum facta sunt [mortem nō fecit] scilicet præsentem. Sed contra Ecclesi. 11. Vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. Dicēdum ꝙ hic loquitur de morte culpæ: uel si de morte naturæ, loquitur quantum ad priuationem, non quantum ad sensum doloris. De morte etiam gehennę uerum est, quod hic dicitur, Deus mortem non fecit. Sed contra: omnis pœna iusta, & omne iustum bonũ, & omne bonum est a Deo. Dicēdum, ꝙ cum dicitur, omnis pœna iusta intelligitur ꝑ se, scilicet secundum ꝙ est pœna, nō secundum id quod est: unde non potest concludi, quod simpliciter sit a Deo, sed secundum ꝙ pœna est, [Nec lætatur in perditione uiuorum,] scilicet futura. Cōtra Prouerb. 1. Ego quoq; in interitu uestro ridebo &c. Dicendum, ꝙ non delectatur in pęna, inquantum est perditio naturæ, sed inquantum est effectus iustitiæ. Vnde Isai. 1. Heu ego consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Et benè dixi, quod non delectatur, uel lætatur in perditione, quæ est uia ad non esse [Creauit.n. Deus, oīa] Gen. 1. [ut eēnt] Glos. nō ut perirent: unde & naturalē appetitum existēdi omnibus indidit, id est, intus dedit: Et quia communis cōceptio animi est secundum Boethium, omne, quod est, ad bonum tēdere, & omnia tendunt ad esse, probat quod esse omnium est bonum. [Et sanabi es,] .i. in spūali sanitate creatas ꝰ innocētiā & ad sanitatē reducibiles

les per pœnitentiam, ne perirent: non enim vult mortem peccatoris &c. Sanabiles, inquam [fecit nationes orbis terrarum,] id est: omnes, quotquot nascuntur in orbe terrarum. Insanabilitas ergo earũ ex ipsis est, non ex Deo Ierẽ. 30. Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua [Nõ enim est in illis &c.] Glosa in natura illorum, scilicet nationum [medicamentum exterminii,] id est poculum peccati secundum Glos. quod est causa extermini in præsenti morte. Baruch. 3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Exterminiũ dicitur peccatum, quia extra terminos gratiæ ponit. Item, mors temporalis, quia extra terminum uitæ naturę ponit. Item mors gehẽnalis, q̃a ponit extra terminos gloriæ: & loquitur per antiphrasim: sicut si uenenũ appellaretur medicamẽtum: & sicut piscina uocatur aqua carens piscibus. Sed obiicitur de hoc; quod dicit [Non est in illis &c.] q̃a Ephes. 2. Eramus natura filii iræ. Sed dicendum, ꝙ hic loquitur de actuali peccato, uel de natura instituta, id est, ante lapsum, non destituta per peccatum: de qua loquit̃ Apostol. Eph. 2. [Nec infernorũ regnum,] id est, perditio æterna [in terra,] id est, in homine facto de terra. Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Intendit ergo ostendere, quòd mors peccati, & perditio supplicii ęterni non sunt a natura, sed a uoluntate peruersa. De morte peccati patet per Glos. quæ dicit: nõ peccamus necessitate, sed uoluntate peruersa. De perditione supplicii patet per aliam Glos. quæ dicit: nihil diabolus homini nocuisset, nisi homo acquieuisset.

¶ Iustitia enim perpetua est &c.] Hic monet ad iustitiam operis ex retributionis consideratione: & primò tangit pręmium iustitiæ: secundo supplicium iniustitiæ. [in iustitia autẽ &c.] tertiò ęquitatem iustitiæ seu pœnæ inflictæ. [Impii autem] [Iustitia enim perpetua est &c.] Quasi diceret, benè dixi, ꝙ mors nõ est a Deo, nec a natura, sed ab iniustitia peruersæ uoluntatis: iustitia enim perpetua est, uitam perpetuam tribuendo, secundum illud Prouerb. 12. In semitis iustitiæ uita, uel semita, [& immortalis] a perpetua morte liberando: unde infra cap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentum mortis [iniustitia autem mortis est acquisitio] mortis, scilicet tẽporalis & æternæ: unde Ro. 6. Stipendia peccati mors. Itẽ Prouer. 12. Iter deuium ducit ad mortem. ¶ Impii aũt &c.

His

cit, nec lætatur in perditione uiuorum. Creauit enim, ut essent, omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec infernorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis: iniustitia autem, mortis est acquisitio: impij autē manibus et uerbis accersierūt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius.



VONIAM (sicut dictum est) Principes, & Prælati, & per consequens omnes prouocantur in hoc Libro ad studium, & amorē sapientię, cumque sapientia siue obseruantia iustitiæ haberi non possit: In maleuolam enim animam nō introibit sapientia &c. infra hoc eodem capite. & Eccles. 1. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiā. Ideo secūdū. Glos. primò hortatur ad iustitiam, scilicet usque ad 6. cap secundò ad sapientiam, scilicet à cap. 6. usq; in finem. In prima parte primò facit tria secundum tres partes iustitiæ generalis: primò enim agit de iustitia hominis quò ad deum cap. 1. Secūdo de iustitia quò ad proximum cap. 2. & 3. tertiò de iustitia hominis quò ad seipsum cap. 4. & 5. In Prima ergo excitat ad iustitiam cordis: secūdò oris [Benignus est] tertiò operis [Nolite zelare.] In prima primò ponit exhortationem ad iustitiæ bonum: secundò utilitatem acquiescentium [Quoniam inuenitur] tertiò detrimentū cōtemnentium. [Peruersæ enim cogitationes] In prima primò quantum ad rectam affectionem, dicēs [Diligite iustitiam] secundò quantum ad rectam æstimationem [Sentite de domino] tertiò quantum ad rectam intentionem [& in simplicitate]

Dicit ergo [Diligite &c.] Glos. non solum facite: non enim est meritorium opus iustitiæ, nisi fiat ex amore iustitiæ. Gregor. Non habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. [Iustitiā]. s. increatam, quæ est rectitudo diuinæ uoluntatis: & creatam, quæ est rectitudo humanæ, secundum Anselm. Diligite (in quam) iustitiam, ut Deo conformemini; quia iustus dominus, & iustitias dilexit: item ut spirituali lætitia impleamini, secundum illud Psal. Dilexisti

xisti iustitiam &c. propterea benedixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: item ut beatificemini, secundũ illud Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. ¶ Qui iudicatis terram] specialiter uos Prælati, qui iudicatis terram iudicio publico [terram] subiectæ plebis. Glos. Quibus data est potestas iudicandi. Subiectę (inquam) merito peccati. Dicit enim Greg. Vbi nõ delinquimus, ibi pares sumus. Et ideo benè dicit [terram]. i. terrena diligentes: non cęlestes, quia opus nõ est. Spiritualis enim homo diiudicat omnia. s. in spe: & à nemine iudicatur. i. iudicari debet. 1. Cor. 2. sed bestiales secundum Glos. super illud Genes. 1. Bestiis terrę. i. bestialiter uiuentibus. Item uos omnes generaliter, qui iudicatis iudicio priuato [terram] proprii corporis. Glo. 1. qui corpus discretè reprimitis: ita quòd rationale sit obsequium uestrum Rom. 12. ¶ Notandum autem, quod legitur esse quadruplex terra. s. terra superior: terrã (inquam) uiuentium: de qua in Psal. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Inferior terra. s. mortuorũ. Ezechiel. 31. Ecce deductus es cũ lignis uoluptatis ad terram ultimã. Exterior etiã terra. s. morientiũ s. præsens mundus.

In Pastor. part. 2. ca. 6.

Psal. 26.

Apocalyp. 8. Væ, uæ, uæ habitantibus in terra. i. in mundo. Interior terra. s. mortis. i. corpus mortale & terrenũ. Ecclesi. 10. Quid superbis terra & cinis? Prima terra non subiacet nostro iudicio: q̃a nõ est in potestate nostra: & ideo benè dictũ est Petro. Quodcunque ligaueris super terrã, non super cœlum. Secũda, iã iudicata est, nec potest pœnitere: Ioã. 3. Qui non credit, iã iudicatus est. Tertia iudicanda est iudicio iustitiæ, secundum illud Psal. Rectè iudicate filii hominum. Quarta iudicanda est iudicio disciplinæ discretæ, secundum illud Eccles. 33. Cibaria, & uirga, & onus asino; panis, & disciplina, & opus seruo. i. corpori, quod spiritui seruire cogendum est exemplo B. Martini, qui artus, febre fatiscentes, spiritui seruire cogebat: item exemplo Pauli, dicentes. Castigo corpus meũ, & in seruitutem, in qua. s. erat ĩ statu innocẽtię, redigo p̃ uirtutẽ, & opera pnię. Prædicto seruo debetur sustentatio panis, ne deficiat: uirga disciplinæ, ne lasciuiat: & occupatio sãcti operis, ne torpeat. ¶ Sẽtite]. s. rectè ęstimãdo [de dño in bonitate]. i. benè, nõ malè, ut hæretici. Monet autem ad benè sentiendum & sensu exteriori piè diuinas scripturas legẽdo: & sensu interiori

1. Corin. 9.

teriori piè intelligẽdo. Vnde Glos. scripturam piè legite, & intelligite: piè. s. deuotè approbando & exequẽdo quod intelligitis: & non redarguendo uel contemnendo quod non intelligitis. ¶ Et in simplicitate cordis quærite illũ] ad ipsum. s. totam cordis intẽtionẽ dirigendo. Vnde Glos. uoluntati eius uos subiicite. Quod non faciunt hypocritæ: & ideo inconstantes sunt: secundum illud Iacob. 1. Vir duplex animo inconstans est omnibus uiis suis: & propter hoc, uæ eis, secundum illud Eccles. 2. Væ duplici corde. Cor duplex est, quando partes eius ad diuersa feruntur principaliter: quod est occasio mortis spiritualis, secundum illud Osee. 10. Diuisum est cor eorũ, nunc interibunt. Simplex autem est cor, quando omnes partes eius ad unũ simplicissimum feruntur. s. ad Deum, secundum illud Eccles. 30. Congrega cor tuum in sanctitate. ¶ In simplicitate cordis] .i. in simplici unitate cordis. Hanc unitatem faciunt, fides in rationali, secundum illud Ephes. 4. Vnus dominus, una fides &c. charitas in cõcupiscibili. 1. Cor. 6. Qui adhęret domino, unus spiritus est: pax ĩ irascibili. Ephes. 4. Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Prima unitas prohibet diuisionem errorum in intellectu: secunda desideriorum in affectu; tertia schismatum in effectu. ¶ Et bene dixi in simplicitate &c. [Quoniam inuenitur] in præsenti per gratiam, secũdum illud Cantic. 3. Inueni quẽ diligit anima mea [ab iis, qui non tentant illũ] ad exterius prætendendo, ad interius intendendo: sicut Scribæ & Pharisęi Christum tentantes: & hoc dicit contra hypochrisim & duplicitatẽ. Matth. 22. Quid me tentatis hypochritæ? [Apparet autẽ] scilicet in futuro per gloriã. Ioan. 3 Cum apparuerit, similes ei erimus. & Coloss. 3. Cum autem Christus apparuerit; tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria [his, qui fidem habent in illum.] Hoc dicit contra hæresim, & infidelitatem. Et nota quòd dicit [in illum] quia non suffi cit credere illiusmodi illum, sed credere in illum, quod est actus fidei formatę, secũdũ Aug. Vel, inuenitur propter deuotionem affectus, apparet per contemplationem intellectus. Ps. Gustate. s. affectu, ui- Ps 33
dete. s. intellectu. Notadũ autem, quòd secundum Greg. tentare est callidè experiri: & secundum hoc cõtingit, Deũ tentare quadrupliciter, scilicet uel indebitè uolẽdo experiri eius potentiam: sicut illi, qui tentantes Christum, de

cœlo signum quærebant. Matth. 8. uel eius sapiētiam: ut Saducæi proponentes ei quæstionem de resurrectione, secundum iuditium eorum, insolubilem ponentibus resurrectiouem. Matth. 22. uel eius iustitiam: ut Pharisæi de solutione tributi q̃rendo. Matth. 22. Scimus, q̃a uerax es &c. uel eius misericordiam: ut iudæi de iuditio mulieris in adulterio deprehensæ, interrogando. Ioan. 8. Et quia omnis talis tentatio ex diffidētia uenit, & de Deo nullatenus est diffidendum: ideo prohibetur omnis talis tentatio: unde Deuteron. 6. Non tētabis dominum Deū tuum. item Ecclesi. 18. Noli esse, quasi homo, qui tentat Deum. ¶ Peruersę enim cogitationes.] Hic tangit multipliciter detrimentum contēnentium exhortationem ad bonum iustitiæ: quorum primum est exclusio à cōsortio Dei. [Peruersæ enim cogitationes] secundum exclusio à consortio sapientiæ. [Quoniam in maleuolam animã] tertium exclusio à consortio Spiritus sancti [Spiritus. n. sanctus.] Primũ pertinet ad patrem, secũdum ad filium, tertium ad Spiritum sanctũ: quorum præsentia per dilectionem iustitiæ habetur: unde Ioan. 13, Si quis diligit me &c. absentia uerò, uel carentia per odium iustitiæ. [Peruersæ enim &c.] Benè dixi, quod apparet his, qui fidem habent in illum, & non aliis [peruersæ enim cogitationes] scilicet peruersitate fidei, uel morum [separant à Deo] quò ad pœnam damni 2. Cor. 6. Quæ societas lucis ad tenebras? Prouerb. 17. Qui peruersi cordis est, non inueniet bonũ. Item Isai. 60. Iniquitates uestræ diuiserunt &c. ¶ Probata autem &c.] Quasi dicat, nec hoc sufficit ad pœnam [autem] pro sed [probata uirtus] id est uera uirtus: secundum Glos. scilicet diuina uirtus [corripit] puniendo. Psal. Domine, ne in ira tua corripias me [in sipiētes] Glos. hoc dicit quãtum ad pœnã sensus. ¶ Quoniam in maleuolam animã.] Benè dixi, quòd separãt &c. [Quoniam in maleuolã animam] quò ad spiritualia peccata [non introibit sapiētia] se illi infundendo: sapientia (inquam) quæ desursum est: quæ primum quidem pudica est &c. quamuis introeat illa, quæ de deorsum est, terrena. s. aliàs diabolica. Iacob. 4. [Nec habitabit] permanēdo [in corpore subdito peccatis.] Hoc dicit quantum ad peccata carnalia; quæ licèt sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ: ut dicit Gregor. Obijcitur tamen, Ps. 6.

quod bonũ omnia exoptāt: ergo nulla anima est maleuola .i. malum uolēs. Dicendũ, quod nullus uult malum per se, sed per accidens: quia scilicet uult illud, quod est malũ. scilicet actionem malam, nō in eo quòd mala, sed in eo ꝙ delectabilis, uel apparens bona. Rursus dubitatur: corpus non potest esse habitaculum sapientiæ, nec subiectum peccati, uel insipientiæ, uel gratiæ: ergo falsum supponit, cũ dicit [nec habitabit &c.] Ad hoc dicendum, quod corpus ibi non appellatur pars hominis corporea tantum, sed per synecdochen, secundum quā pars solet poni pro toto, sumitur hic corpus ꝓ toto homine, inquantum sentit passiones corporis. Vnde Glos. qui peccatis subiacet, corpus, non spiritus est. In tali non habitat sapientia: unde Glos. Frustra sibi blandiuntur hæretici, pharisæi, falsi christiani: soli enim mundo corde sapientiam Dei possunt accipere. ¶ Et benè dixi, quòd [non habitabit &c.] [Spiritus enim sanctus disciplinæ] Glos. qui docet omnem disciplinam, secundum illud Ioā. 16. Docebit uos omnem ueritatem. s. rationalem, naturalem, & moralem. *Psal. 118.* Psal. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. [sanctus] inquantum purgat, & reuocat, secundum illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ [disciplinæ] inquantum ignorātiam tollit, & sapientiam donat, secundum illud Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapiētiæ &c. [effugiet]. i. in præsenti longè fugiet. [fictum] idest peccatorem, secundum illud Psal. Longè à peccatoribus *Psal. 118.* salus, & præcipuè hypochritam, qui propriè fictus est. Ioan. 13. Non ueniet in conspectum eius omnis hypochrita [& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu]. i. falsis & erroneis: intellectus enim uerorum tantum est. [Auferet se &c.] ecce pœna damni [& corripietur &c.] ecce pœna sensus. Item notandum, quod auferre se dicitur, quia naturaliter commissio culpæ præcedit subtractionem gratiæ: Deus enim primus est in accessu, & ultimus in recessu. Et ꝙ se auferat ab eis; nō tamen remanebunt immunes: unde subdit [& corripietur &c.] correctio fit uerbis, correptio fit flagellis [corripietur] inquam. s. fictus in futuro, i. punietur [à superueniente iniquitate]. i. propter superuenientem iniquitatem. Vnde Glos. fictus, cum dies retributionis uenerit, pro iniquitate punietur [superuenien-

niente] .i. opprimente: propter quod superueniens dicitur: sicut qui opprimit, super uenit. Vel [corripietur] .i. simul in anima & corpore rapietur ad supplicium.

¶ [Benignus enim, &c.] Hic monet ad iustitiam locutionis, retrahendo à sermonibus malis. Et primò remouet ab ipsis maledictis impunitatis confidentiam: secundò prædicit eorum pœnam. [Propter hoc qui loquitur] tertiò monet ad prauarum locutionũ cautelam [custodite &c.] In prima primò remouet impunitatis confidentiã, quæ posset oriri ex iudicis misericordia [Benignus] secundò ex eius ignorãtia. [Quoniam reuelabit &c.] tertiò ex eius impotentia. [Quoniam spiritus domini.] Dicit ergo [Benignus enim est spiritus] Benè dixi, quod corripietur fictus &c. benignus.n. est spiritus sapientiæ. s. increatæ. s. filii, à qua datur. s. Spiritus sanctus: uel creatę, quam ipse dat: infra cap. 12. O quam bonus, & quam suauis est domine spiritus tuus in nobis. Psal. Spiritus tuus &c. [& tamen non liberabit maledictum &c.] quamuis, sit benignus: quia (sicut dicit Gregor.) disciplina & misericordia multum destituitur, si una sine alia teneatur. Vel sic, & quia benignus, non liberabit maledictũ &c. quia benignitas malitiæ contraria est, ut dicit Glos. Non liberabit (inquã) maledicentem: quando male dictus est, quia fecit contra Dei mãdatum, qui prohibet maledicere. Psal. Maledicti, *Psa.*
qui declinant à mãdatis tuis: 118.
ecce maledictio in præsenti. Item Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum &c. ecce maledictio in futuro. ¶ A labiis suis]. i. à peccato labiorum suorũ: uel à pœna, quam meruit peccato labiorum suorum. Matth. 12. Ex uerbis tuis condemnaberis. Item in Psal. Labor la *Psa.*
biorum suorum operiet eos. 139.
Et notandum, quod ponitur consequens pro antecedẽte, cum dicit, maledictum, pro maledicente. [Quoniam renum &c.] Quasi dicat, re uera punietur ꝑ peccatis suis, licet occultis; quoniam renũ illius .i. affectionum, seu delectationum carnalium, quarũ sedes est in renibus [testis est Deus] .i. cognitor certus, sicut testis de re, pro qua facit testimonium. Ierem. 29. Ego sum testis & iudex, dicit dominus, [& cordis illius] .i. cogitationum de corde exeuntium. Matth. 25. [Scrutator est uerus] .i. inquisitor infallibilis: uñ spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Ierem. 17. Ego dominus scrutans corda, & probans renes. Psal.

Ps.7. Psal. Scrutans corda, & renes Deus.[Et linguæ eius].i. locutionum, quæ lingua formantur [auditor].i. cognitor immediatus sine narratione
Ps.93 alterius. Psal. Qui plantauit aurem, non audiet?quasi dicat, sic. Et notandum, ꝙ ponit instrumenta pro operationibus, ab ipsis procedentibus: eò quòd sicut instrumenta immediatiùs se habent ad animam, quàm eorum operationes: sic Deus immediatius, quàm aliqs alius cognoscit omnes hominis actus, tã interiores, quàm exteriores. ¶ Quoniam spiritus domini &c.] quasi inferret: benè dixi, quod hoc potest spiritus, [quoniã spiritus domini] intransitiuè. i.qui est dominus, secundum illud Athanasii, Dominus pater, Dominus filius, Dominus Spiritus sanctus. Vel trãsitiuè.i.spiritus, qui est à domino, secundum Isa. 61. Spiritus domini super me &c. Item Ioan. Spiritum ueritatis, qui à patre procedit. [repleuit orbem terrarum] sua presentia rebus omnibus assistendo, & ea continendo. Ierem. 23. Nunquid non cœlū & terram ego impleo? Quia secundum Grego. ubiq; est Deus: intra omnia non inclusus: extra omnia non exclusus: supra omnia non elatus: infra omnia non depressus. [Et hoc quod
Ca.14

continet omnia]. s. spiritus sanctus omnia continẽs, sua potentia cõseruando. Sicut enim ꝓbat Boethius in Lib. de Consol. mundus ex tam diuersis, contrariisque partibus non conuenisset, & cõiuncta discors diuersitas dissociaret, nisi esset unus, qui coniungeret, & quod contexuit, contineret. [Scientiam habet uocis.]. i. omnium locutionum & linguarum, omnia cognoscendo. Ex hoc patet, ꝙ potest cognoscere & punire omnia; tam facta, propter uniuersalem præscientiã; quàm dicta, propter uniuersalem notitiam. Vel secundum Glos. [Hoc quod cõtinet omnia]. i. Spiritus sanctus, qui continet omnia.i. ecclesiam, extra quam quod est, nihil est: sicut extra archã Noe. [sciẽtiam habet uocis] causaliter loquendo. i. intelligentiam scripturæ præstat hominibus. Vel formaliter [sciẽtiam habet uocis. i. eiusdem scientiæ est, cum uoce, idest cum uerbo & Dei filio: de quo Ioan. 1. In principio erat uerbum &c. Allegoricè secundum Glo. potest exponi de temporali aduentu spiritus sancti. Et primò tangitur persona missi, cum dicitur [spiritus] secundò eius ęterna origo [domini] tertiò temporalis missio [repleuit] quartò missionis manifestatio

tio [& hoc quod cõtinet omnia.] Dicit ergo [Spiritus domini repleuit] Glos. donis [orbem terrarum] .i. ecclesiam, per omnes terras dilatatam, ut dicit Glos. [& hoc quod cõtinet omnia] Glo. i. homo, qui conuenientiam habet cũ omni creatura: propter quod omnis creatura appellatur: Marc. ult. secundum Grego. [sciẽtiam habet uocis.] Glos. diuersarum linguarum à Spiritu sancto: ut patet Act. 2. Orbi uerò terrarum comparatur ecclesia primitiua, primò propter sui dilatationẽ,
Ps. 18 secundum illud Psal. in omnem terram exiuit sonus eorum. Secundò propter sui pfectionem, quæ per orbis rotunditatem intelligitur. Cantic. 6. Vna est columba mea, perfecta mea. Tertiò propter sui stabilitatem: Terra a. in æternum stat. Eccles. 1. Quartò propter sui compressionẽ & attritionem. 1. Cor. 4. Puto q Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos &c. Sicut terra nouissimum est corporum: unde ab omnibus teritur & conculcatur. Quintò propter humani generis sustentationem & uiuificationem: quia de terra uiuit, & à terra sustentatur, sicut ab ecclesia primitiua. Iob. 9 Sub quo curuantur, qui portant orbem. s. apostoli, & eorum sequaces: nec tamen franguntur: quia in Psal. Ego confirmaui columnas eius. Sextò Psal. 74. propter ornatum omniũ uirtutum, & productionem, secundum illud Genes. 1. Germinet terra herbam uirentẽ &c. Septimò propter aquarum. i. sapientiæ doctrinæ salutaris originem: secundum illud Genes. 2. Fons ascendebat de terra, irrigans uniuersam superficiem terræ.

¶ Propter hoc qui loquitur, &c.] Remota impunitatis stulta confidentia, hic prædicit malæ locutionis pœnam. Et primò quia in iudicium deducetur: secundò quia à iudice discutietur [cogitationibus impii] tertiò, quia omnibus publicabitur. [Quoniam aures zeli.] Dicit ergo [Propter hoc] quia. s. Spiritus sanctus habet scientiam uocis. i. omnis locutionis [qui loquitur iniqua] de qbus in Psal. Psal. 62. Obstructum os loquentium iniqua [non potest latere]. s. Spiritum sanctum in præsenti: unde Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Item Prouerb. 16. Omnes uiæ hominum patent oculis eius. [Nec præteriet]. s. dissimulando [eum] .s. iniqua loquentem, [corripiens]. i. puniens: uel [corripiẽs] .i. simul rapiens corpus eius, & animam; uel cuncta eius opera mala, & dicta & cogitata.

[Iudicium]. s.futurum: cuncta enim quæ fiunt, adducet Deus in iudicium: ut habetur Eccles. ult. ¶ In cogitationibus.n.impii] .i. de cogitationibus impii. in quibus minus peccatum est, quàm in prauis sermonibus, [erit interrogatio].i.discussio iudicis & examinatio, secundũ illud Psal. Dominus interrogat iustum & impium. Iob.ult. Scio, ꝙ nulla te latet cogitatio. Et si erit discussio de cogitationibus, multò fortiùs de locutionibus: propter hoc subdit [sermonum autem &c.] Quasi dicat, non solum de cogitationibus.[autē]pro sed [sermonum illius auditio] .i.examinatio ad Deum tanquam ad examinatorem, & iudicē ueniet [& ad correptionem] .i. punitionem [iniquitates illius] quas cōmisit, iniqua loquendo. Genes. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est &c. Et benè dixi, ꝙ ueniet &c.[Qm̄ auris zeli]zeli (inquam) Dei, animas tanquam sponsas zelantes [audit omnia].i.nouit, sicut ille, qui audit omnia.s. tam mala, quàm bona, quàm indifferentia: sicut zelotypus diligenter audit & notat uerba sponsæ, & loquentium cū ea. Exod. 20. Ego sum Deus fortis zelotes &c. [Et tumultus murmurationum] quibus homines murmurant contra

Psal.10

Deum Eccle s. 21. Præcordia fatui quasi rota plaustri. Et dicitur [tumultus] quia homo murmurans quasi intra dentes suos tumultuet, non clarè enunciat. [Non abscondetur]sed toti mundo propalabitur. Luc. 12. Nihil opertū, quod non reueletur; neq; absconditum, quod non sciatur. Exod.16. Audiui murmurationes filiorum Israel.

¶ Custodite &c.] Hic monet ad prauæ locutionis cautelā: & primò ponit suam exhortationem, secundò exhortationis necessitatem. Quoniam sermo &c.] Construendum, autem, siue continuandum sic. Ex quo non abscondetur tumultus &c. [custodite ergo uos à murmuratione].s. contra Deum [quæ nihil prodest] immo multum obest. Vnde 1. Cor. 10. Quidā eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. [Et à detractione] . s. contra proximum. Iob.6. Quare detraxistis sermonibus sanctis ueritatis, [parcite linguę] nō dicitur parcite proximo, sed linguæ.s. uestræ: quia detrahens alteri, primò seipsum lædit. Vnde peior est detractio serpentino ueneno. Seneca. Illud uenenum, quod serpentes in aliorum pernitiem ferunt, sine sua continent malitia: ipsa detractio partem sui ueneni bibit. Glo. pernitiosæ

sunt

sunt murmurationes, & detractiones. Rom. 1. Detractores Deo odibiles. Detractores dicit pluraliter: quia detractio fit pluribus modis. s. uel cum occultum bonũ negatur, uel cum apertum diminuitur: uel cum occultum malum propalatur, uel quando apertum amplius diuulgatur. ¶ Et bene dixi, parcite [quoniam sermo obscurus.] Glos. ociosus, ut est uerbum murmuris; [in uacuum non ibit], i. sine pœna non remanebit: quia nec sermo ocio-
Ca. 12 sus. Matth. De omni uerbo ocioso &c. ergo multò magis de uerbo malicioso. Verbũ ociosum (ut dicit ibi Glosa) est, quod dicitur sine utilitate loquentis, uel audientis. Hierony. Omne, quod non ędificat loquentes, in periculum uertitur loquentium.

¶ Os autem, quod mentitur] scilicet detrahendo [occidit animam] Glos. mucrone pec-
Ps. 5. cati animã mentientis. Psal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et notãdũ, quod loquitur de mendacio pernicioso, quod est mortale: non de iocoso, uel officioso. Vnde Glos. Est mendaciũ leuioris culpæ, cum quis pręstando beneficium, mentitur. Sed uidetur, quod aliqđ mendacium sit bonũ & meritoriũ, quia obstetrices mentientes meruerunt præmium apud iustum iudicem. s. Deũ, qui falli non potest: ut patet Exod. 1. Dicendum secundũ Glos. quòd non est remunerata mendacii, sed pietatis earum beniuolentia. Sed nũquid unum & idem factum, fuit peccatum: & tamen habuit beneuolentię meritum? Et uidetur, quod sic: dicit. n. Glos. Deus unum idemque factum propter bonum, malum cõdonat, & bonũ remunerat. Dicendum, quòd unũ fuit connexione, non † indi- †
uisibilitate; quia † aliud fuit *Aliàs*
intentio liberandi, aliud uo- *identi*
luntas mentiendi, † licèt co- *bilita-*
ordinata, [illegible] *te.*

¶ Nolite zelare &c.] Hic hor- †
tatur ad iustitiam operis: & *Aliàs,*
primò per rationes sumptas *adfuit*
ex parte creationis: secundò †
ex parte retributionis, ibi [iu- *Alias,*
stitia. n, &c.] Ex parte crea- *sed.*
tionis primo per rationẽ sumptam ex bonitate creatoris. [Quoniã Deus] secundò per rationem sumptam ex parte finis creationis, [creauit] tertiò per rationem sumptã ex parte conditionis creaturæ [non est in illis.] Nolite zelare &c. quasi dicat, quia mendacium occidit, nolite zelare. i. diligere, uel appetere affectu [mortem]. s. animę, quã per culpam incurrit: secundũ illud Aug. Vera mors est, quam homines non timent; separatio (uidelicet) animæ à

Deo, qui eſt beata uita animarum: ſicut mors corporalis eſt ſeparatio corporis ab anima. [Mortem] dico [in errorem uitę ueſtræ] cauſaliter conſtitutam, ſecundum illud Prouerb. 14. Errant, qui operantur malum; omnis enim malus errans, ſecundum Philoſophum. [Neque acquiratis] in effectu [perditionẽ] æternæ pœnę, quod eſt in ueſtra poteſtate, ſecundum illud Oſeę 13. Perdio tua Iſrael tantummodo, auxilium tuũ ex me. [In operibus manuum ueſtrarum] cauſaliter ideſt, merito operum ueſtrorum. Sed obiicitur ſecundum Aug. omnes appetunt uitam & beatitudinem: ergo nullus mortem, uel perditionem. Dicendum ꝙ uerum eſt per ſe: ſed per accidens & ex conſequenti dicuntur eam appetere, qui appetũt actum, qui eſt cauſa mortis, & perditionis. Vnde ponit conſequens pro antecedente, ſubdens, Bene dixi, errorem cauſam mortis eſſe, & opera mala cauſam perditionis [Quoniam Deus] qui author eſt omniũ, ſecundum illud Ioan. 1. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt [mortem nõ fecit] ſcilicet præſentem. Sed contra Eccleſi. 11. Vita & mors, paupertas & honeſtas a Deo ſunt. Dicẽdum ꝙ hic loquitur de morte culpæ: uel ſi de morte naturæ, loquitur quantum ad priuationem, non quantum ad ſenſum doloris. De morte etiam gehennę uerum eſt, quod hic dicitur, Deus mortem non fecit. Sed contra: omnis pœna iuſta, & omne iuſtum bonũ, & omne bonum eſt a Deo. Dicẽdum, ꝙ cum dicitur, omnis pœna iuſta intelligitur ꝑ ſe, ſcilicet ſecundum ꝙ eſt pęna, nõ ſecundum id quod eſt: unde non poteſt concludi, quod ſimpliciter ſit a Deo, ſed ſecundum ꝙ pœna eſt, [Nec lætatur in perditione uiuorum,] ſcilicet futura. Cõtra Prouerb. 1. Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo &c. Dicendum, ꝙ non delectatur in pęna, inquantum eſt perditio naturæ, ſed inquantum eſt effectus iuſtitiæ. Vnde Iſai. 1. Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Et benè dixi, quod non delectatur, uel lætatur in perditione, quæ eſt uia ad non eſſe [Creauit. n. Deus, oĩa] Gen. 1. [ut eẽnt] Gloſ. nõ ut perirent: unde & naturalẽ appetitum exiſtẽdi omnibus indidit, id eſt, intus dedit: Et quia communis cõceptio animi eſt ſecundum Boethium, omne, quod eſt, ad bonum tẽdere, & omnia tendunt ad eſſe, probat quod eſſe omnium eſt bonum. [Et ſanabi es,] .i. in ſpũali ſanitate creatas & innocẽtiã & ad ſanitatẽ reducibiles

les per pœnitentiam, ne perirent: non enim vult mortem peccatoris &c. Sanabiles, inquam [fecit nationes orbis terrarum,] id est: omnes, quotquot nascuntur in orbe terrarum. Insanabilitas ergo earũ ex ipsis est, non ex Deo Iere. 30. Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua [Nõ enim est in illis &c.] Glosa in natura illorum, scilicet nationum [medicamentum exterminii,] id est poculum peccati secundum Glos. quod est causa extermini in præsenti morte. Baruch. 3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Exterminiũ dicitur peccatum, quia extra terminos gratiæ ponit. Item, mors temporalis, quia extra terminum uitæ naturę ponit. Item mors gehẽnalis, qa ponit extra terminos gloriæ: & loquitur per antiphrasim: sicut si uenenũ appellaretur medicamẽtum: & sicut piscina uocatur aqua carens piscibus. Sed obiicitur de hoc; quod dicit [Non est in illis &c.] qa Ephes. 2. Eramus natura filii iræ. Sed dicendum, ꝙ hic loquitur de actuali peccato, uel de natura instituta, id est, ante lapsum, non destituta per peccatum: de qua loquit Apostol. Eph. 2. [Nec infernorũ regnum,] id est, perditio æterna [in terra,] id est, in homine facto de terra. Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Intendit ergo ostendere, quòd mors peccati, & perditio supplicii ęterni non sunt a natura, sed a uoluntate peruersa. De morte peccati patet per Glos. quæ dicit: nõ peccamus necessitate, sed uoluntate peruersa. De perditione supplicii patet per aliam Glos. quæ dicit: nihil diabolus homini nocuisset, nisi homo acquieuisset.

¶ Iustitia enim perpetua est &c.] Hic monet ad iustitiam operis ex retributionis consideratione: & primò tangit pręmium iustitiæ: secundo supplicium iniustitiæ. [in iustitia autẽ &c.] tertiò ęquitatem iustitiæ seu pœnæ inflictæ. [Impii autem] [Iustitia enim perpetua est &c.] Quasi diceret, benè dixi, ꝙ mors nõ est a Deo, nec a natura, sed ab iniustitia peruersæ uoluntatis: iustitia enim perpetua est, uitam perpetuam tribuendo, secundum illud Prouerb. 12. In semitis iustitiæ uita, uel semita, [& immortalis] a perpetua morte liberando: unde infra cap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentum mortis [iniustitia autem mortis est acquisitio] mortis, scilicet tẽporalis & æternæ: unde Ro. 6. Stipendia peccati mors. Itẽ Prouer. 12. Iter deuium ducit ad mortem. ¶ Impii aũt &c.

Hic ostēdit retributionis æquitatem, quam scilicet impii hic meruerunt, primò iniustitiam faciendo, propter quod dicit [impii autē manibus.] Secundò familiariter amando, ibi [& æstimantes &c.] tertiò inseparabiliter adhærendo [& sponsiones &c.] quartò fortiter defendendo [quoniā morte digni sunt &c.] Impii igitur &c. Benè dixi, quòd mors non est a Deo, uel a natura, [autem] pro sed, impii in Deū & proximū [manibus & uerbis] Glo. factis & dictis [accersierunt] quasi diceret, non se ingessit, sed ipsi aduocauerūt [illum,] scilicet impietatem, & mortem, & patet in primis parentibus. Genes. 3. [& æstimantes illam amicam,] id est utilem, nec damnosam, Glos. quia putant se impunè peccare [defluxerunt,] id est, fluxerunt deorsū. Glo. in mortē æternam: sed primò in mortē culpæ: secundò in mortē temporalis pœnæ, tertiò in mortem æternę pœnæ. Hebr. 2. Oportet nos obseruare, quæ audiuimus, ne fortè pefluamus. ¶ Et sponsiones posuerunt ad eam,] id est; fœdus inseparabile, quasi despōsationis per obstinationis impœnitentiam, Glos. ne separentur. Isai. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Et meritò defluxerunt in mortem [quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius,] scilicet iniustitiæ, eam scilicet tenendo, & defendendo; sicut homo defendit partem, de qua est, Rom. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte. Potest autem hic notari processio in peccatis, de qua Eccle. 20. Est processio in malum uiro disciplinato. Quia primò est impietas in corde per cōsensum iniquitatis: deinde in manu per cōsummationem operis: deinde uerbum defensionis, uel gloriationis: deinde amicitia, & spes impunitatis: postea defluxus per iterationem prauæ cōsuetudinis: deinceps sponsio pro durationē mētis: postremò mors impœnitentię finalis.



D IXERVNT enim impij cogitātes apud se non recte, Exiguum, & cum tędio est tempus uitę nostrę, & non est refrigerium in fine hominis, & nō est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam si non fuerimus: quoniam fumus, afflatus est in naribus nostris: & sermo scintillæ ad cōmouendum cor nostrum: quia extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer, & transibit uita nostra tanquam uestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis & à calore illius aggrauata: & nomē nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuētute celeriter. Vino pretioso, & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratū sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo uestrum exors sit luxuriæ nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus uiduæ, nec ueterani reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra, lex iniustitiæ: quod enim infirmū est, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis

in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad uidendum: quoniam dissimilis est alijs uita illius, & immutatæ sunt uiæ eius. Tanquam nugates æstimati sumus ab illo, & abstinet se a uijs nostris tanquam ab immunditijs, & prefert nouissima iustorũ, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemus quę erunt nouissima illius. Si enim est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manu contrariorum. Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excęcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.



VPRA egit de iustitia hominis ad Deũ: hic principaliter de iustitia hominis ad ꝓximum. Et primò ab iniustorum similitudine retrahendo, hic in Secundo hoc Cap. secundò ad iustorum similitudinem prouocando, scilicet in Tertio Cap. In prima primò a parte iniustorum ꝓponit iniustè uiuendi causam motiuam, secundò describit uitam iniustam, ibi [Venite ergo &c.] tertiò ostendit eam non esse imitandam. ibi [Hæc cogitauerunt &c.] In prima tãgitur triplex causa motiua; prima ex parte status: secunda ex parte naturæ [Quia ex nihilo nati sumus.] tertia ex parte nominis, siue famæ. [Et nomen nostrum obliuionẽ &c.] Ex parte status triplex, primò quo ad statum mundi, ibi [Exiguũ & cũ tędio &c.] secundò quò ad statum paradisi: [Nõ est refrigeriũ &c.]

ter-

tertiò quò ad statum inferni. [Et non est q agnitus sit &c.]

¶ Dixerunt autem impii cogitantes apud se non rectè &c. Benè dixi, ꝙ impii manibus & uerbis accersierunt iniustitiam & mortẽ: nam dixerunt impii, id est, carentes pietate in Deum & proximum. Glos. uox est perditorum, qui tanquã bruta animalia, quæ pręsentia sunt, amant; & futura despiciunt: nec post hanc uitam requiem æternam spetant [Apud se] quia apertè non audent, secundum illud

Ps. 13 Psalm. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Si enim apertè dicerent, pęnam incurrere timerent [non rectè cogitantes] immò malè [Exiguũ est] propter breuitatem, secũdum illud Iob. 14. Breues dies hominis sunt [Et cum tędio] propter pęnalitatem. Iob 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis [tempus uitæ nostræ] Glos. præsentis, quam sibi uiuunt, non Deo: ideo addunt [nostræ] contra quos 2. Cor. 5. Qui uiuunt, iam nõ sibi uiuant: sed ei, qui pro eis mortuus est, & resurrexit [Et nõ est refrigerium in fine hominis] Glos. 1. quies post mortem: Quod tamen est falsum: quia dicitur in Psal. in persona sanctorum. Transiuimus per ignem & aquam, & deduxisti nos in refrigerium. Item

Psal. 65.

Ierem 6. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea; & inuenietis refrigerium animabus uestris. Item Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur &c. ut requiescãt à laboribus suis. [& non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis.] per hoc intendunt excludere infernum esse. Sed eadẽ ratione possunt dicere mortẽ nõ esse: quia nullus mortuus reuertitur ad uitam. Vnde ratio eorum non ualet, quia si à priuatione ad habitum nõ est regressus secundum naturam; & ideo de inferno inferiori nullus reuertitur secundum legem: unde Iob. 7. Qui descẽdit ad inferos non ascendit. Aliqui tamen leguntur reuersi priuilegio gratiæ, ut iuuenis, quẽ suscitauit Ioannes Euangelista: & Traianus, quẽ Gregorius: De inferno uerò superiori reuersus est Christus, & multi alii per ipsum, uel eius apostolos suscitati.

¶ Quia ex nihilo nati sumus &c.] Hic ponitur causa motiua ex parte naturę: & primò ex consideratione humanæ originis: secundò ex consideratione compositionis, ibi [quoniam fumus.] tertiò ex consideratione resolutionis [qa extincta] Benè dixi, ꝙ nõ erit refrigerium nec supplicium; quia nec subiectum susceptibile talium [quia ex nihilo]

hilo] origine immediata quò ad corpus. 2. Machab. 7. Intelligas; quia ex nihilo fecit ea Deus, & hominum genus [& poſt hoc,] id eſt, poſt hanc uitam [erimus tanquã non fuerimus,] quaſi dicat, in nihilũ reuertemur, ſecundum illud Damaſceni: Omne, ꝙ à uerſione incepit, uerſioni ſubiectũ eſt. Item Aug. Naturale eſt, quod ex nihilo eſt, in nihilum poſſe reſolui. Quod intelligẽ-
A. l. poten tia, ut pro- pria. dũ eſt de poſſibilitate † primæ aptitudinis, non neceſſitatis: quia manu creatoris tenẽtur, ne in nihilum cadant: ſicut dicit Gregor. [Quoniam fumus,] ſcilicet quantum ad ſpiritum uitalem corporeum intrinſecum: fumus enim eſt uapor igneus, & ſpiritus uitalis eſt corpus ſubtile igneum, [& flatus,] id eſt uentus quò ad ſpiritum exteriorem corporeum, qui ſpiratur. Iacob. 4. Quæ eſt uita ueſtra, uapor eſt ad modicum parens. Iob. 7. Ventus eſt uita mea. Pſalm.
Pſal. 101. 101. Defecerunt ſicut fumus dies mei [ĩ naribus noſtris] hoc dicit ſpiritualiter, a parte totum corpus dans intelligere propter facilem exitum, qui eſſet in naribus: item propter manifeſtationem, quia ibi inſpirando, & reſpirando magis manifeſtatur; [& ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum,] id eſt anima, ſcintillæ comparabilis, ut dicit. Gloſa. unde 2. Reg. 14. Quærunt extinguere ſcintillam meã. Anima autem [ſermo] dicitur, ſecundum reputationem infidelium: quia ſecundum eos nihil eſt in re; ſed tantum ſecundum nomen; uel ſermonem: ſcintillæ autem comparatur, quia ſecundum aliquos philoſophus anima dicta fuit igneę eſſe naturę. Vel melius, poteſt dici anima ſermo, ab effectu, quæ ſcilicet habet uim ſermocinandi: ſcintillæ autem comparatur propter naturæ ſubtilitatem & motus agilitatem. Vnde Sapien. 3. Et tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent: Item propter durationis breuitatem ſecundum infideles. Vnde Gloſ. Scintillę comparabilis, quę ſtatim nihil [ad commouendum cor noſtrũ,] id eſt, uiuificandum, uel uegetandum: ſecundum Gloſ. reparatio eſt [in naribus noſtris,] id eſt, in corporibus noſtris ita prompta ad exeundum de corpore, ſicut flatus de nare. Sequit, [quia extinctas &c.] Benè dixi, ꝙ anima comparatur ſcintillæ, ꝙ cito extinguetur: quia corpus noſtrum erit [cinis extinctus,] ſcilicet poſt animæ extinctionẽ, quæ ſecundum infideles in mortę extinguitur. ¶ Sed uerior litera eſt, [qua extincta.] Secũdum quam lectionem, ſiue literam dicendum: ꝙ hic tangit cauſam motiuam ex conſide-

ſideratione reſolutionis:& primò ex conſideratione reſolutionis,quantum ad corpus: ſecundò quantum ad ſpiritum ibi [& ſpiritus diffundet] tertiò quantum ad uitam. [& tranſibit uita noſtra &c.] Dicit ergo [qua,] ſcilicet anima [extincta] ſecundum eos [cinis erit corpus noſtrum.] Eccleſi.17. Omnes homines terra & cinis.Item Geneſ.18.Loquar ad dominum meum, cũ ſim puluis & cinis? Per conſumptionem .n. humidi naturalis a calore,corpus conſumitur, & in cinerem uertitur [& ſpũs] corporeus uitalis [diffundetur,].ſ.redeundo in ſua principia componentia [tanquam aer,mollis] id eſt faciliter,& inuiſibiliter: mollis autem dicitur aer, quia non reſiſtet tactui. Vel ſpiritus incorporeus, ſiue anima diffundetur,ideſt euaneſcet, & diſſoluetur ſecundum eos, iuxta illud Pſalm.Spiritus per tranſibit in illo,& non ſubſiſtet &c. [& tranſiet uita noſtra,]id eſt per annihilationem ſuorum principiorum totaliter deſinet [ſicut ueſtigium nubis] quod non apparet poſt nubis reſolutionem. Iob.30. uelut nubes per tranſiit ſalus mea, ſcilicet tẽporalis.Item cap. 7. Sicut conſumitur nubes, & ꝑ trãſiit:ſic qui deſcendit ad inferos,non aſcendet [& ſicut nebula diſſoluetur] quæ ſcilicet eſt reliquiæ nubis: nubes enim ex uapore groſſiori & depreſſiori conſiſtit: nebula uerò ex rariori,[quæ] ſcilicet nebula [fugata eſt à radiis ſolis], calore continentis aeris adunante partes & fugante partes frigidi uaporis.[& a calore illius aggrauata] eodem calore frigus nubis ad interiora fugiente: & ſic per accidẽs partes illius nebulæ cõdẽſante ,& ſic aggrauãte,& in aquã poſtea reſoluente. Iob.37.Subitò aer cogetur in nubes, & uentus trãſiens fugabit eas.

¶ Et nomẽ noſtrum &c.] Hic oſtenditur cauſa motiua ex parte famæ uel nominis:& primò tangitur famæ abolitio: ſecundò abilitionis ratio, ibi [umbrę enim trãſitus.] Dicit ergo [Et nomen] quaſi dicat, non tantum eſſentia, uel ſubſtantia noſtra tranſibit in nihilum , ſed [& nomen noſtrum,] id eſt,fama, quò ad ꝑſonam [obliuionem accipiet per tempus,] ideſt, temporis diuturnitatem . Prouerb. 10. Nomen impiorum putreſcet [& nemo habebit memoriam operum noſtrorum] quò ad uitam.Iob 18.Memoria eius pereat de terra. Item in Pſal. Pſ.9 Periit memoria eorum cum ſonitu. Et econtra. In memoria ęterna erit iuſtus. Sed obiicitur , quod opera multorum reproborũ, ſcilicet Cain, Pharaonis, Neronis &c.adhuc me

morantur. Dicendum, ꝙ uerbum istud est uerbum reproborum: & ideo non est inconueniens dicere illud esse falsum. Vel dicendum, quod nō memorantur memoria laudabili, uel eis utili: de hac autem loquitur hic. Sed obiicitur, ꝙ multorum reproborum facta celebria & laudabilia memorantur. Ad hoc dicendum, ꝙ ipsorum non fuerunt, sed Dei in ipsis: secundum illud Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Ad memorandum autem duo requiruntur. s. fortis impressio, & frequens reiteratio: & utrũque excludit, cum subdit [umbræ enim transitus] propter transeundi uelocitatem. 1. Paralipom. 29. Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora [umbræ (inquam) trãsitus est tempus nostrum]. i. quod ad uoluntatem nostram faciendam, non Dei expendimus: sed dominus quãdoque sibi accipiet ipsum tempus.
Psal. Psal. cum accepero tempus,
74 ergo &c. [& non est reuersio finis nostri] propter redeundi impossibilitatem. Iob. 10. Antequàm uadam, & non reuertar &c. [quoniam cõsignata est]. s. reuersio nr̃a. i. sub sigillo clausa. Glo. consignata, quasi non apparens, quia non est [& nemo reuertitur] ad ui-
Psal. tam. s. secundum communem
48 legem. Psal. Sepulchra domus illorum in æternum s. secundum opinionem istorum: sed secundum ueritatem omnes quandoque resurgent per uirtutem diuinam. Vnde 1. Cor. 5. Omnes quidem resurgemus. ¶ Notandum autẽ, quod uita & status impiorum comparatur fumo propter rationabilis obcæcationẽ. Infra hoc eodem cap. Excæcauit eos malicia eorum. Item Roman. 1. Obscuratum est insipiens cor eorũ. Assimilatur flatui, propter inquietam irascibilis perturbationem. Isai. 57. Impii quasi mare feruens. Scintillæ, propter concupiscibilis inflãmationem Ecclesi. 23. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur. Aeri, propter intentionis uacuitatem. Cineri propter operum infructuositatem. Infra cap. 3. Opera eorũ inutilia. Nubi densiori, propter gratiæ oppositionem. Nebulæ leuiori, propter mentis eleuationem siue elationem. Vmbræ propter exteriorem simulationem.

¶ Venite ergo &c. Hic describit uitam iniustam, & primò tangitur iniustorum concordia, & mutua cohortatio ad propriæ uitæ dissolutionem: secundò iustorum oppressio. ibi [opprimamus &c.] Primò ergo cohortantur se ad uacandum dissolutioni, primò celeriter, secundò abundanter, ibi [uino precioso &c.] tertiò cui den-

denter, ibi [coronemus] quartò communiter, uel uniuersaliter, ibi [nemo nostrũ] quintò hilariter. ibi. [ubique relinquamus.] Dicũt ergo, ex quo præsens uita transit, & futurã nõ speramus, uenite ergo &c. [uenite] dicit, quia inquit Seneca, nullius rei possessio iocunda est sine socio: & ideo mutuò se hortantur: hoc. n. est inuitatorium in Matutino diaboli. Notandum. n. quòd sicut Ecclesia iustorum secũdum diuersa festa, diuersa habet inuitatoria, & Venite: sic & Synagoga peccantiũ. Vnũ est uanitatis. Genes. 11. Venite & faciamus nobis ciuitatẽ & turrim. Aliud iniquitatis. Genes. 37. Venite & occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem. Tertiũ auaritiæ, & cupiditatis. Prouerb. 1 Veni nobiscum &c. Quartũ uoluptatis, de quo hic. s. ueni te, & fruamur bonis, quę sunt &c. Is respõdet illud Matth. Discedite maledicti in ignem &c. [fruamur] inquam amando affectu, nihil unquam desiderando: frui enim est alicui rei amore inhęrere ꝓpter se. [bonis, quæ sunt]. i. bonis pręsentibus [& utamur] delectando in effectu. Augusti. uti est assumere aliquid in facultatẽ uoluntatis. August. isdem. Totum malum hominis est frui utendis, & uti fruendis. [utamur] inquam [creatura. s. contempto creatore: aliter namq; non esset peccatum uti creatura [tanquam in iuuentute] id est, quam diu sumus iuuenes: quia sensus iuuenum magis percipit delectationẽ, quã senum. Vnde 2. Reg. 19. Nonagenarius sum hodie, nunquid uigent sensus mei &c. Ideo Eccles. 11. Lætare iuuenis in adolescentia tua. [celeriter] Glos. ne nos & illa ante transeamus, quàm illis fruamur: secundum illud Isai. 22. Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur [uino prætioso] interius quò ad gustum excitando calorem ab interiori [& unguentis] exteriùs quò ad tactum excitando calorẽ ab exteriori [impleamus nos] per usum superfluum & immoderatum. Amos. 6. Bibentes in phialis uinum, & optimo unguento deliburi &c. [& non prætereat nos flos temporis]. i. amenitas quò ad aspectum. Ierem. 46. Date florem Moab &c. Tales non curant dẽ fructu autumni cęlestis, sed tantum de flore ueris pręsentis [coronemus nos rosis, antequam marcescãt] Isa. 40. Cecidit flos. & cap. 26. uæ flori decidenti: Ad delectandum quò ad odoratum. Sed uæ coronæ superbiæ ebrii Effraim. Isa. 28. [Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra]. i. nullus locus amęmus: hoc dicit quãtum ad uni-

uniuersalitatẽ loci. Iere. 2. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosternabilis meretrix. [Nemo uestrum] hoc dicitur quantum ad uniuersalitatem personarum. Talis erat Sodoma, in qua nec decem iusti poterant inueniri: ut patet Genes. 28. [nemo] inquam [exors sit luxuriæ nostrę] .i. sine sorte, hoc est expers, uel immunis. [Vbique relinquamus signa lætitię nostræ] hoc dicitur quantum ad usitatem in facto. Ezechiel. 28. ad omne caput uiæ ædificasti signũ prostitutionis [quoniam hęc] scilicet uita dissoluta [est pars nostra]. s. ex parte animæ [& hæc est sors nostra]. s. ex parte corporis: uel idem sunt in re pars, & sors: sed differunt ratione: quia pars nominatur ex parte recipientis, sors ex parte dantis, Isa. 57. In partibus torrentibus pars tua, hæc est sors tua. E contra dicit uir iustus Dñs pars hæreditatis meæ, Item Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

¶ Opprimamus pauperem iustum &c.] Hic describit uitam iniustam quantum ad bonorum oppressionem. Primò, quia opprimunt sine reuerentia personæ: secundò, quia sine timore iustitiæ, ibi [Sit autem fortitudo &c.] opprimamus. Glos. uox pditorum est [pauperem iustum] quęcunque. s. Iob. 24. Oppresserunt pariter mansuetos terræ [& non parcamus uiduæ] Psal. Viduam, & aduenam interfecerunt. [nec ueterani reuereamur canes multi temporis] id est quemcunque senem. Baruc. 4. Non sunt reueriti senem [Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ] .i. totum reputemus licitum quidquid possumus facere Abac. 1. Factum est iudicium, & contradictio potẽtior. [Vel iustitię] uñ Interlinear quasi fortitudinem ꝓ iustitia habeamus, id est, quod poterimus facere per iustitiam, faciamus ꝓ uiolentiam, [Quod enim infirmum est &c.] quasi dicat, nõ opprimamus tantũmodo pauperes & debiles, ut uiduas & senes; sed quosque poterimus [quod enim infirmum est]. s. in se, ut uidua, pauper, & senex [inutile inuenitur] scilicet aliis: unde de talibus parum, uel nihil est curandum. Non sic dominus sentiebat, q̃ infirma mundi elegit &c. 1. Cor. 1. Non sic Paulus, qui dicebat, quod uirtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. Allegoricè exponitur hoc de hęreticis, qui nõ parcunt pauperi iusto, idest populo Christiano: nec uiduæ, id est ecclesiæ: nec ueteranis, id est, Apostolis & prophetis.

¶ Circumueniamus ergo iustum &c.] Hic specialiter describit

scribit Christi persecutionē: & primò tangit causam: secūdò finem. ibi [Videamus ergo si semones &c.] tertiò modū, ibi [Contumelia & tormento &c.] Causam, propter quā Iudęi persecuti sunt Christū, tāgit tripliciter, primò ex parte suarum operationum: secūdò ex parte suarum cogitationum, ibi [factus est nobis] tertiò ex parte suarum locutionum, ibi [tanquam nugaces.] In prima parte ex parte operum tangit duplicem causam, quarum prima est operum iudæorum detestatio: secundò trangressionum Christi commendatio, [promittit se &c.] Circumueniamus ergo &c. quia dixi, fortitudo nostra sit lex iniustitiæ, & hoc non possumus, nisi iustum circumueniamus; circumueniamus ergo iustū: ut. s. fortitudinis nostræ legem liberè exercere possimus. [Circūueniamus] (in quam) per fraudulentiam, [iustum,] id est, christum, q per antonomasiam iustus appellatur. Ierem. 23. Hoc est nomen, quod uocabunt eum, dominus iustus noster. Quia peccatum actuale non fecit, 1. Pe. 2. nec originale contraxit in conceptione. Isai. 46. Iustitia oriatur simul &c. Vel circumueniamus &c. potest esse uox quorumlibet malorum cōtra quemlibet iustum, contra qd monet Apostolus 1. Tessal. 4. dicens, ne quis circumueniat in negocio fratrē suum: sicut nec ipse fecerat: unde 2. Cor. 7 Nos neminem lęsimus, scilicet facto: neminem corrupimus, scilicet exemplo prauo: neminem circumuenimus, scilicet uerbo [Quoniam inutilis est nobis] Gloss. cum tamē utilitatem eius in omnibus uiderent, secūdum illud Act. 10. Qui pertrāsiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo. Sed inutilem sibi reputabant in temporalibus. Vnde Ioan. 11. Venient Romani, & tollēt locum nostrū & gentem. [Et contrarius est operibus nostris] scilicet sicut bonum est cōtrarium malo: secundum illud Eccle. 33. Contra bonum malum, & cōtra uirum iustum peccator. [& improperat nobis peccata legis, [id est, quia peccamus transgrediendo legem: unde Ioan. 7 Nonne Moses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem?] & diffamat in nos,] id est, cōtra nos uel in nos retorquendo [peccata disciplinæ nostrę] .i. dicēdo, quot peccamus, traditiones nostras, uel tenendo, uel teneri faciēdo: unde Matt. 15. Quare transgredimini mandatū Dei pp traditiones uestras?

¶ Promittit se scientiā Dei habere] Glos. i. omnia se scire tanquam Deus: & hoc quātum ad essentiam] filiū Dei

se nominat] .i. Deo consubstantialem, & coęternum quò ad personam. Ioan. 5. Patrem suum dicebat Deum: æqualē se faciens Deo. Sic quilibet iustus scientiam Dei habet in intellectu, filius Dei est per gratiam in affectu: unde in Psal. Psal.
81. Ego dixi, dii estis, scilicet sciētes bonum & malum: & filii excelsi omnes.

¶ Factus est nobis in traductionem.] Hic ponitur causa mouens ex parte cogitationum: & primò tangitur cogitationum Iudæorum ꝑ christum manifestatio: secundò manifestationis effectus, non ex parte Christi causatus, sed ex parte iudæorum. s. inuidia eorum, ibi [Grauis est &c.] Factus est nobis in traductionem, id est, in propalationem [cogitationum nostrarum] Glos. cogitationes nostras traducit in lucem, id est extra ducit in notitiam. Vnde Matt. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Sic accipit [traducere] Matth. 1. s. pro manifestare: ubi dicitur. Noluit eā traducere. [Grauis est etiam nobis ad uidendum] .s. propter manifestationem peccatorum ipsorum. Aug. Oculis ægris odiosa est lux. Ioan. 3. Qui malè agit, odit lucem. Hoc autem quòd ipsum uidere non poterant, signum erat inuidiæ: unde 1. Reg. 18. Non rectis oculis Saul aspiciebat (Dauid. s.) quia inuidebat ei. [Quoniā dissimilis est aliis uita illius] uita. s. tota exterior, seu conuersatio. Contra Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. Dicendum ꝙ Apostolus loquitur de similitudine passibilis naturæ: hic de similitudine culpæ. Notandum autem ꝙ dissimilis fuit uita, siue conuersatio eius aliis, & quantum ad initium, quia sine peccato conceptus & natus. Isai. 6. Semen sanctum est, quod steterit in ea. i. in Maria. Matth. 1. Quod in ea natū est, de Spiritu sancto est. Et quantum ad medium, qa sine peccato conuersatus. 1. Petr. 2. Peccatum non fecit, nec inuētus est dolus &c. Et quò ad terminum, quia mortuus est sine mortis debito. Psalm. Quæ nō Psal.
rapui, tunc ex soluebam. [Et 68.
immutatæ sunt uię illius] Glo. dissimiles factæ sunt. s. facta & disciplina eius. Isai. 55. Non. n. cogitationes meæ cogitationes uestræ, neque uiæ meæ uiæ uestræ, dicit dn̄s.

¶ Tanquam nugaces &c.] Hic tangitur causa mouēs ex parte locutionum: & primò ponitur ipsorum reprobatio: secundò aliorum approbatio, ibi [Et ꝑfert nouissima &c.] tertiò sui comendatio, ibi [Et gloriaẗ patrē se habere deū.] Tanquam igitur nugaces æstimati sumus ab illo. i. inania facientes, & dicentes. Sophon. 3.

Nugas, qui à lege recesserant, congregabo [& abstinet se a uiis nostris] Glos. id est actionibus & traditionibus nostris [tanquam ab immunditiis] & quidem iustè: quia uerè immunditiæ erant. Vnde Ezech. 36. Iuxta immunditiam menstruatæ facta est uia illorum coram me. [& præfert nouissima iustorum] .i. finem. Et meritò quidē, quia mors peccatorum pessima: sed mors iustorum prætiosa, secundum illud Psalm. Prætiosa in conspectu domini mors sanctorū eius. Ideo Nume. 23. Dicebat Balaā, Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Vel secundum Glos. præfert nouissima iustorum, id est uitam ęternam uoluptati. [Et gloriatur patrem se habere Deū] Ioan. 8. Est pater meus, qui glorificat me.

Psal. 115.

¶ Videamus ergo, si sermones &c.] Hic in persona Iudæorum primò tangit finem persecutionis Christi, q. erat, ꝙ de Christo ueritatem scire uolebant: secundò subditur, qualiter hoc scire poterant, ibi [Si enim est uerus filius Dei &c.] Videamus &c. quasi dicant, ex quo ita gloriatur, uideamus, quasi a remotis de morte eius tractādo. Ioan. 11. Collegerunt Pōtifices, & Pharisæi consilium aduersus Iesum. Videamus, inquam [si sermones illius ueri sunt] .s. ꝙ sit uerè filius Dei. Hoc uidit, & cognouit ille Cēturio, qui uidēs eum clamando expirare, & motum terræ, aliaq; signa, ait Matth. 27. Verè filius Dei erat iste [& tentemus] de prope, eū. s. crucifigendo, & morti exponendo, [quę uentura sunt illi] .s. si poterit se liberare. Matth. 27. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. [& sciamus] uel [ut sciamus, quæ erunt nouissima illius] .s. si resurget: & hoc sciemus eius sepulchrū custodiendo. Vnde Matt. ult. Domine, recordati sumus ꝙ seductor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgam [si enim uerus est filius Dei] ut prędixit; non per gratiam adoptionis ut nos, sed per naturalem proprietatem ęternę generationis [suscipiet illū] .s. in gloria. Isai. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum [& liberabit eum] .s. a pœna: & hoc est, quod sequitur [de manibus contrariorum,] id est, crucifixorum, qui ei erant cōtrarii. Vtrunque fecit ei Deus ipsum enim liberauit à pęna, secūdum illud Psal. Liberator meus de inimicis meis iracundis. s. ipsa die passionis, postquam temporalem mortem sustinuit: sed non statim, at tertia die, secundū illud Sopho. 3. Expecta me in die resurrectionis meæ: & ipsum cum glo Psal. 17.

Psal. 72 ria suscepit in die Ascensionis: unde in Psalm. cum gloria suscepisti me.

¶ Contumelia,& tormento interrogemus &c. Hic tangit speciale modum oppressionis: & primò quantum ad ipsa disponentia ad mortem: secundò quantum ad ipsam mortem, [morte turpissima &c.] Dicit ergo [cõtumelia] scilicet uerborum [& tormenta] .s. uerberum. Hebr. 11. Sãcti ludibria & uerbera experti [interrogemus eũ] id est examinemus. Sic factũ est: ut patet Matt. 27. & Ioan. 19. quia illusus est uerbis contumeliosis, & cesus flagellis, & tandẽ affixus clauibus in patibulo crucis. [ut sciamus reuerentiam eius] .i. humilitatem, qua Deum reueretur. Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerẽtia [& probemus patientiam eius] scilicet per tormenta .i. si uerè humilis & patiens est. Et uerè sic, quia cum malediceretur, non maledicebat, cũ pateretur nõ comminabatur. 1. Petr. 2. Gregor. Qualis unusquisque apud se lateat, contumelia illata probat. [Morte turpissima] Glos. i. morte crucis, quæ usque ad passionem Christi pœna fuit reorũ: nũc autem est uictoriæ trophæũ, & gloria ecclesiæ. Augustin. Crux de pœnis latronum transiit ad frontes Imperatorum. Et quia turpissima erat mors crucis: ideo ad ostendendum uilitatem mortis Christi, dicit Apostolus Philip. 2. Humiliauit semetipsum &c. Fuit autem mors Christi turpissima ratione loci, quia extra ciuitatem in loco Caluariæ, ubi proiiciebantur capita decollatorum. Matth. 27. Ratione temporis, quia die solemni, & hora maiori, scilicet hora sexta. Ioan. 20. Ratione instrumenti, quia in ligno crucis. 1. Petr. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Ratione consortii, quia inter latrones. Luc. 23. Ratione opprobrii, quia multa opprobria pendenti illata sunt: ut patet Matth. 27. [Condemnemus eum] Notãdum, quod ipsum condemnauit Pilatus authoritate, Iudæi persuasione [Erit enim ei respectus ex sermonibus illius] id est cognitio ueritatis sermonum illius. Glos. Videbimus, si post mortem ualeat resuscitare carnem: dixit enim, solui te templum hoc, & in triduo reædificabo illud. Ioan. 2.

¶ Hæc cogitauerunt, & errauerunt] Hic ostendit taliũ uitam esse fugiendam tanquã erroneam: & primò tãgit causam erroris eorum meritoriam: secundò erroris materiam, [& nescierunt &c.] tertiò erroris autorem, [inuidia autem diaboli &c.] Hæc scilicet prædicta [cogitauerunt

runt] scilicet impii & perfecerunt [& errauerunt:] unde infra cap.5. Ergo errauimus a uia ueritatis & iustitiæ, & lumen non luxit nobis. Item prouerb. 14. Errant, qui operantur malum. [Excæcauit enim eos] scilicet oculum eorum interiorem [malicia eorum] Vnde in oratione Ieremiæ, væ nobis, quia peccauimus: propterea obtenebrati sunt oculi nostri. Item 2.Cor.4. Deus huius sæculi excæcauit mentes infideliũ, [& nescierunt sacramẽta Dei] id est, sacra, & secreta consilia, & dispositiones, de passione, & resurrectione xpi. Ephes. 3. Notum mihi factũ est sacramẽtum quod aliis generationibus non est agnitũ. [neque mercedem sperauerunt iustitiæ] Glos.i. mortis Christi, scilicet exaltationem eius per mortem: de qua Philip.2. Propter quod & Deus exaltauit illum, [nec iudicauerunt] Glos.i. intellexerunt [honorem animarum sanctarum] id est, salutem animarum per mortem Christi; & resurrectionem obtinendam. Vnde Glos. nõ intellexerunt, quia mors Christi honor est, & salus animarum. Ps. Nimis
Psal. 138. honorati sunt &c. Item 1. Petri 2. Vobis igitur honor est &c. Et benè dixi [Honorem: quia Deus creauit hominem in exterminabilem] id est potentem non mori, ex parte corporis [& ad imaginem] scilicet ex parte animæ. Gene.1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ad imaginem, scilicet in naturalibus [similitudinis suæ] scilicet in gratuitis. Vel ad imaginem in potentia cognitiua, ad similitudinem in potentia affectiua: imago .n. est principium cognoscendi, similitudo ratio diligẽdi: omne .n. animal diligit sibi simile Ecclesi. 14. [fecit illum: in uidia autem diaboli] qui scilicet inuidit fœlicitati primorum parentum [mors intrauit in orbem terrarum] Contra Roman. 5. Per unum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors. Dicendum, quòd intrauit per Diabolum suggerentem, & per hominem cõsentientem [imitantur autem illum] scilicet diabolum inuidendo iustis [qui sunt ex parte illius] scilicet impii, qui sunt de parte diaboli: ipse enim est caput omnium iniquorum, ut dicit Gregorius.

CAPVT III.



IVSTORVM autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & existimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, et quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Et in paucis uexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent ueritatem, & fideles in dilectione acquiescēt illi: quoniam donum & pax est electis eius. Impij autē secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à domino recesserunt. Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit, infœlix est: & uacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorum: quoniā fœlix est sterilis et incoinquinata; quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum: & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum glo

riosus

riosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Filij autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longę uitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celeriùs defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis alloquutionem. Nationis enim iniquæ diræ sunt consumationes.



IN præcedentibus retraxitá malorum imitatione: hic prouocat ad bonorum imitationem. Et primò per status eorum commendationem: secundò per status oppositi reprobationem, ibi-Impii autē secundum quæ cogitauerunt &c.] In parte prima ex parte retributionis iustorum tangitur primò eorum liberatio à malo: secundò eorum præmiatio in bono. Fulgebunt iusti &c.] In prima primò tangitur eorum liberatio à malo æternæ damnationis: secūdò à malo mortis temporalis, ibi. Visi sunt oculis &c.] tertiò à malo præsentis uexationis, uel tribulationis. Et si coram hominibus tormenta passi sunt.]

¶Iustorum animæ in manu Dei sunt &c. Rabanus sic continuat: in priori Capite iniquorum sententia expressa est, quam circa Christum protulerunt: nunc condemnantur stultitiæ, quia sanctos interire putant, quos pro eius confessione trucidant. Sed potest cōtinuari hoc modo. Benè dixi quòd imitātur diabolum, qui sunt ex parte illius [Autem] pro sed [iustorum animę &c.] id est, martyrum secundum Glos. quod etiam uerum est de aliis iustis. Sed martyres dicuntur specialiter iusti, quia iustus est, qui negligit damnum propter amicum: ut habetur Prouerb. 12. & hoc prę cipuè faciunt martyres, quia pro Christo negligunt damnum rerum, & amicorum carnalium, & etiam propriorum corporū; ut patet Hester. 11. [Iustorum] inquam [animæ] Non dicit corpora: quia terra. i. corpus de terra factum, tradita est in manus impii. Iob. 9. Non dicit temporalia. Iob. 1. Ecce omnia, quæ habet, in manu tua sunt &c. Sed animæ in manu dei sunt. i. protectione, & ideo sunt securæ. Psal. Qui habitat in adiutorio altissimi &c. Ioan. 10. Non rapiet eos quisquam de manu mea. [& non tanget illos tormen

mentum mortis] scilicet æternæ: ut dicit Glos. Vnde Iob. 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum .i. mors gehennæ. Hoc tormentum describitur Iob. 24. Ab aquis niuium transiet ad calorem nimium, Item in Psal. Pluet super peccatores laqueos ignis &c. Nomine autem mortis in sua communitate sumpto, intelligitur hic mors æterna: quia illa est uera mors: temporalis autem est quasi umbra mortis: est enim quidam transitus ad uitam, secundum illud Ioan. 5. In iudicium non uenit, sed transit a morte in uitam.

Psal. 10.

¶ Visi sunt oculis &c.] Notandum, quod mali & increduli mortem sanctorum reputant mortem in separatione coniunctionis animæ ad corpus: afflictionem in dolore coniuncti; exterminium in perditione animæ, quam putant cum corpore interire: iter exterminii, quantum ad sequentem incinerationē corporis. Legendum igitur sic [Visi sunt] id est. iusti [oculis insipientium mori] scilicet morte æterna, cum transeant ad uitam meliorem. Vnde Augustinus. Tantam præstitit Deus gratiam fidei Christianæ, ut mors, quam uitæ constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quam transiretur ad uitam. Oculis (inquit) insipientium, qui oculos suos statuerunt declinare in terram id est, qui solum cōsiderant præsentia, nec futura; & ideo talibus uidentur prorsus mori: sed oculis sapientium uidentur nasci: propter quod obitus Sanctorum uocatur *Natale*, secundum illud Iob. undecimo. Cum te consumptum putaueris, orieris ut lucifer, [& æstimata est] scilicet ab impiis [afflictio] scilicet sola sine aliqua utilitate [exitus illorum] de corpore: cum transit illius consolatio, secundum illud Philip. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Bernardus. Sancti habent mortem in desiderio, uitam in patientia. Reprobis autem est afflictio exitus suæ mortis: & hoc quia (ut dicit isdem Bernardus) est eis dolor in exitu, horror in transitu, pudor in Dei conspectu. ¶ Et ab itinere iusto] id est, a uia iustitiæ [abierunt in exterminium] Glosa, id est, reputatione malorum, quia palmam martyrii afflictionem putant, & exterminium, id est, secessum in nihilum. Et repete [abierunt iusti] reputatione impiorum [in iter exterminii] id est, incinerationem quantum ad corpus: quod exter-

minium, siue iter extermi-nii [est a nobis] id est, a primis parentibus. Roman. 5. Per unum hominem mors intrauit in mundum. Vel exterminium uocat mortem tẽporalem, quia excludit à uita præsenti: iter autem exterminii uocat mortem æternã: quia excludit à uita æterna. Baruch.3. Exterminati sunt & ad inferos descenderunt. Et cum hoc ibi transitur, uel itur à pœna mortifera in pœnam mortiferam, secundum illud Iob. 24. Ab aquis niuium transeat ad calorem nimium. Tales errant sic æstimando: unde infra cap. 5. Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.

¶ Illi autem sunt in pace] Glos. perpetuę quietis, nunc in spe, tandem in re. Apocalyp.18. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Terminus enim iustorum est pax: unde Isa.32. erit opus iustitiæ pax.

¶ Et si coram hominibus &c] Hic tangitur liberatio a malo præsentis uexationis: & primò liberatio in spe, secundò in re, ibi [in paucis uexati &c.] tertiò causam utriusque, ibi [Quoniam Deus tẽtauit eos &c.] Dicitur ergo [Et si] pro quamuis [coram hominibus] Glosa, quia coram Deo corona gloriæ [tormenta passi sunt] scilicet grauia, & uaria, ut patet in Martyribus, de quibus Hebr. 11. Lapidati sunt, secti sunt &c. [spes illorum] scilicet iustorum, secundum illud Prouerb. 14. Iustus sperat in morte sua [immortalitate plena est] immortalitate (in quã) non qualis fuit immortalitas primorum parentum, scilicet cum possibilitate moriendi: non qualis damnatorum in inferno scilicet cum moriendi perpetuo desiderio. Apocalyp.9. Desiderabunt mori, & fugiet ab eis mors: non qualis paruulorum in limbo scilicet cum defectu uitæ gloriosæ: sed qualis beatorum in cœlo. Ro.5. Gloriamur in spe filiorum Dei. Et meritò sperant, quia [in paucis uexati] Glosa corporaliter [in multis benè disponentur] Matth. 25. Quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Luc.21. Ego dispono uobis regnum &c.. Quæ autem sint ista multa, dicitur. Isa.64. Oculus nõ uidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. ¶ Sed dubitatur de hoc, quod dicit [In paucis uexati &c.] quia dicitur Hebr.11. Lapidati sunt, secti sunt &c. Dicendum, ꝙ multa fuerunt eorum tormenta in se; sed pauca in comparatione. Primò in comparatione suæ reputationis, secundum illud

illud Genes. 29. Videbantur enim (s. Iacob) dies pauci prę amoris magnitudine. Secundò passionis Christi Thren. 1. O uos omnes, qui transitis
Psal. 140. per uiam. Item in Psalm. Absorpti sunt iuncti petrę, scilicet Christo iudices eorum. i. ipsi Apostoli, & alii maiores. Tertiò in comparatione futuræ mercedis. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones &c. Item 2. Cor. 4. Id, quod in pręsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis. Quartò in comparatione æternę aflictionis. Iob. 6. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Quintò in comparatione debiti, & obligationis, id est, pœnæ debitæ propter dimissa, & obligationis pro-
Psal. 115. pter commissa. Psal. quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.

¶ Quoniam Deus tentauit eos &c.] Hic tangitur causa prædictorum: & primò eorū castigatio: secūdò eorum purgatio, ibi [Tanquam aurum in fornace &c.] tertiò futura remuneratio, ibi [& in tempore erit &c.] Benè dixi, ꝙ in multis benè disponenī [quoniam Deus tentauit eos] Glo sa. i. castigauit uariis tribulationibus. 2. Cor. 6. Vt castigati, & non mortificati. Sed contra, quia Deus neminem tentat, ut habetur Iacob. 1. Dicendum, ꝙ non tentat ad addiscēdum, ut homo. Daniel. 1. Tenta nos obsecro &c. nec ad cōdemnandum, ut diabolus. Matth. 4. Accedens tentator, dixit ei &c. Item. 1. Cor. 7. Ne tentet uos satanas: sed ad erudiendum, ut magister discipulum. Psalm. Proba me domine, & tenta me &c. [& inue- Psal. 25.
nit eos dignos se] scilicet participatione beatitudinis suæ, quæ per tibulationes acquiritur. Vnde Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Item Tob. 3. Si in tentatione fuerit, coronabitur [tanquam aurum in fornace probauit illos]. s. ex parte animæ, eos ꝑ ignem tribulationum purgādo, sed non consumendo. Gl. sicut aurum in fornace non uritur, sed probatur: ita Martyres non deficiūt, sed ad gloriam præparantur. Ecclesi. 2. In igne probatur aurum & argentum, homines uerò receptibiles in camino humiliationis, quæ scilicet est per tribulationes pręsentes. Iob. 23. Probauit me quasi aurum, quod per ignem transiit. [& quasi holocausti hostiā] quæ tota inceditur in sacrificio Dominici corporis [accepit eos] scilicet ex parte animæ, eorū deuotionē approbādo, uel acceptando. Ro. 12. Exhibeatis corpora uestra hostiā uiuen-

uiuentem, sanctam, Deo placentem [& in tempore]. s. retributionis. Glos. Non est perpetua mors sanctorum, sed in die iudicii copiosa remuneratio [erit respectus illorum,] id est, respicientur a Deo, scilicet oculo misericordiæ, quod
Psal. 85. petebat, Psalm. dicens. Respice in me, & miserere mei. Respectus (inquam) eorum, id est, iustorum, qui modò uidentur derelinqui a Deo,
Ps. 21 secundum illud Psalm. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Item, con-
Psal. 43. temni, secundum illud Psal. Quare faciem tuam auertis.

¶ Fulgebūt iusti &c.] Postquam egit deliberatione à ma o, hic subdit de præmiatione in bono; Primò quantum ad stolam corporis: secūdò quantum ad honorem iudiciariæ potestatis, ibi [Iudicabūt nationes &c.] tertiò quātum ad gloriam diuinæ fruitionis, ibi [Qui confidunt in illo &c.] Bene dixi, quod erit in tempore respectus illorum, quia [Fulgebunt iusti] .s. dote claritatis in iudicio quò ad substantiam corporis, secun-
Ca 4 dum illud Matth. Fulgebunt tunc iusti sicut sol, sol autem septempliciter quàm modo, Vnde Isa. 30. Erit lux lunæ, ut solis, & lux solis septempliciter, [& tanquam scintillæ discurrent,] id est ad discurrēdum habiles per dotem agilitatis, & hoc quò ad operationem, uel motum corporis; secundum illud Isa. 40. Qui sperant in domino, mutabūt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ. Aug. ubi uoluerit spiritus, protinus erit & corpus. Tanquam scintillæ (inquam) [in arundineto] quod incendent, & consument.

Arundinetum uocat hic collegium reproborum: quia est exterius per similitudinem splēdidum, interius ueritate uacuum, nullo fructu boni operis onustum, palude carnalis concupiscentiæ assiduè irrigatum, a uento superbiæ agitatum, æternæ combustioni aptum. In hoc arundineto dicūtur Sancti discurrere, eos conculcando Malach. ulti. Calcabitis impios. In scintilla uerò quatuor dotes corporis notari possunt, scilicet per ignem, claritatem, subtilitatem, agilitatem: & uirtutem actiuam; per quam impassibilitas potest intelligi. [Iudicabunt nationes] Hoc specialiter dicitur de sanctis perfectis, qui iudicabunt, & non iudicabuntur, Quatuor enim ordines in iudicio erunt ut dicit Glosa super illud Psalm. Non resurgunt impii in iudicio. Sed quomodo iudicabunt sancti, cum scriptum sit Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio? Dicendum, quod est iudicium auctoritatis, quo iudica-

dicabit tota Trinitas: disceptationis, quo solus Christus homo: assessoriæ dignitatis, quo soli sancti perfectiores: approbationis, quo omnes boni: comparationis, quo boni, id est minus mali. Matth. 12. Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabunt eam, [& dominabūtur populis] scilicet post iudicium. Apocalyp. 5. Regnabimus super terram, id est, terrenos. Vel, dominabuntur populis post mortem. Math. 15. Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, id est, nos de beneficiis beatorum [& regnabit cum eis (uel, in eis) dominus illorum] .s. Christus. Apocalyp. 19. Rex regnabit &c. [in perpetuum] Isai. 9. Regni eius nō erit finis. Psal. Regnum tuum regnum omnium seculorum.

¶ Qui confidunt in &c.] Hic tangit gloriam fruitionis: & hanc tangit in tribus, scilicet in cogitatione ueritatis, in inhæsione bonitatis, ibi [& fideles in dilectione] in perfectione comprehensionis ibi [quoniam donum, & pax est &c. ¶ Dicit ergo [qui confidunt &c.] quasi dicat, non solum iudicabunt, sed etiam q confidunt in illum. s. Deum in presenti, secundum illud Psalm. Qui confidunt in domino sicut mons Sion. [intelligent ueritatem] aperta uisione. Ioan. 3. Videbimus eū sicuti est. Glos. secundum cōfidentiam ueram datur intellectus ueritatis, [& fideles in dilectione] id est, fideliter illum diligentes, & inseparabiliter, sicut Apostolus qui dicebat. Quis nos separabit a charitate Christi, &c. Rom. 8. Ecclesi. 6. Amico fideli nulla est comparatio [acquiescent illi] Glos. quia in futuro ab eius societate non poterunt auelli, quam hic fide & spe iā tenebant: Succedet ergo intelligentia fidei, quies in deo per dilectionem [quoniā donum] Glos. æternę societatis. Psal. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Item, Inebriabunt ab ubertate domus tuæ. Ps. 15 [& pax] æterna, secundū Glosa. Isai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item Philippēs. 4. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, [& electis eius] sanctis, quos Deus elegit de hoc mundo. Io. 15. Non me elegistis, sed ego elegi uos de mundo. Potest etiam hoc exponi de merito præsenti, quod consistit in cognitione ueritatis p fidem, in conformitate humanæ & diuinæ uoluntatis p amorem; ita quòd donum referatur ad fidei cognitionem, & pax ad amoris tranquillitatem & quietem.

¶ Impii autem secundum,

quæ cogitauerant &c.] Hic ponit oppositi status reprobationem. Et primò ostendit falsum esse impiorum errorem de sua impunitate: secūdo erroneam esse eorū opinionē de præmio continentis uitę, ibi [quoniam felix est sterilis] tertio de supplicio incōtinētiæ, ibi [filii autem adulterorum &c.] In prima parte tangit primò eorum punitionē in seipsis: secūdò æquitatem punitionis, ibi [Sapientiā.n. & disciplinam &c.] tertiò punitionem exuberātem etiam in suis, ibi [Mulieres enim insensatę &c.] Sequitur igitur [Impii autem &c.] Benedixi quod iusti sic præmiabuntur [autem] pro sed [impii secūdum quæ cogitauerunt]. i. merito malarum cogitationum, locutionum, & operationum, ex malis eorum cogitationibus procedētium [habebunt correptionem]. i. pœnam, ut dicit Glos. unde dicit. Cū iusti intrabunt in requiem, impii ibunt in supplicium æternū [qui neglexerunt iustum] neutraliter, id est, iustitiam: uel masculinè iustum, id est, ipsum Deum secundū Glos. & hoc bonum omittendo. Ierem. 48. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Seneca. Grauis iactura est, quæ per negligentiam fit [& à domino recesserūt] malum apertè committendo. Iere. 2. Quoniam malum & amarū est, te dereliquisse Deum tuum: malū propter pœnam damni: amarum propter pœnam sensus. Glos. dicit, à Domino recedunt, qui disciplinam & sapientiam abiiciunt. Hoc autem ualde malum [Sapientiam enim &c. enim, pro quia [qui abiicit] Glos. male operando [sapientiam] de æternis [disciplinam] de temporalibus: uel potius [sapientiam] fidei [disciplinam] morum [infelix est] scilicet eius id est felicitate indignus. Sed ecōtra, beatus homo, qui inuenit sapientiam. Prouerb. 3. & ideo ibidem. Disciplinam domini fili mi ne abiicias. Item Heb. 12. Noli negligere disciplinam domini, [& uacua est] scilicet effectu [spes illorum] Glos. qua putabant tēporalia fore æterna, & peccata fore impunita. Eccle. 34. Vana spes, & mendacium homini insensato [& labores] in sustinendo [sine fructu] Glos. mercedis æternę. Eccle. 10. Labor stultorum affligat eos. Econtra iusto dicitur. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es. Vnde infra cap. 5. Ambulauimus uias difficiles, sed scilicet infructuosas. Vnde Abac. 2. La† borabūt enim populi in multo igne, & gentes in uacuum & deficient [& †inutilia opera eius] in agendo: inuti- *Alias inhabitabilia.*

lia; quia cœlestem habitationem non merentur: ut dicit Glos.Gala.5. Qui talia agũt, regnum Dei non consequentur. Ex prædictis patet, quod tales consequentur quatuor mala,quę sunt, personæ infelicitas, spei uacuitas, laboris infructuositas,operis inutilitas,idest opus demeritorium. [Mulieres &c.] quasi dicat, nec solum ipsi, sed & mulieres,id est, uxores [eorum insensatæ sunt] id est, sapientia carentes [& nequissimi filii eorum,] quia paterni sceleris imitatores: sceleris(inquam) in se, & in proximum, & in Deum; & ideo nequissimi. [Maledicta creatura eorum,] id est factura secundum Glo. Sapientia enim,quę Deus benedicendo creauit, nõ maledicit:sed operationem reproborum maledictione æterna dignam ostendit. Secundum Glos. hæc allegoricè de hęreticis exponi possunt,ut dicamus. Mulieres, id est, carnales uoluptates, uel prauæ interpretationes,uel dogmata: & filii.i.opera praua,& creatura eorum, id est, discipuli: uel maledicta creatura, non simpliciter,sed eorũ,inquantum uenit in abusum eorũ.

¶Quoniam fęlix sterilis &c.] Hic ostendit pręmium continẽtis uitę,ꝙ reprobi putabãt nullum esse. Et primò illud ostendit ex parte sexus fœminei: secũdò ex parte sexus uirilis[& spado &c.] Dicit igitur[quoniam &c.]quasi, benè dixi, quòd mulieres eorũ & filii ex eorum luxuria procreati sunt maledicti:quoniã econtra [fœlix sterilis] id est, casta corpore: & ponit consequens pro antecedente [& incoinquinata mente] Luc. 23. Beatę steriles, & uentres, quę non genuerunt [quę nesciuit] scientia experientiæ [thorum in delicto] adulterii, dicit Glos. Quantum autem sit peccatum adulterii, tangitur Ecclesi. uersus finem,quasi per totum:& Prouer.6.Nõ grãdis culpę est,cũ quis furatus fuerit &c. & infra. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.Glo.etiam hæc exponit de adulterio spirituali, dicens. Fœlix anima casta & cõtinens, quę nec hęresi,nec idololatria polluitur, [habebit fructum] Glos.ęternę beatitudinis fructum, scilicet uel trigesimum, qui debetur coniugatis, uel sexagesimum,qui uiduis: uel centesimum, qui uirginibus. De hoc multiplici fructu dicitur ĩ paraboia de semine. Luc.8. Et ortum fecit fructum &c. [in respectione animarũ suarum]Glo.in die iudicii, quando Deus respiciet animas sanctas,eas remunerando:& ipsę respiciẽt eum contemplãdo.

Et

¶ Et ſpado &c.] Hic ex parte ſexus uirilis primò tangit continentiæ meritum, ſecundò præmium, ibi [Dabit &c.] tertiò ratio præmii [bonorũ enim &c.] Sequitur igitur [Et ſpado] qui ſcilicet caſtrauit ſe propter regnum cœlorum. Matth. 19. [qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem] id eſt peccatum incontinentiæ non perpetrauit opere, ſed mundus eſt corpore [nec cogitauit aduerſus Deũ nequiſſima,] id eſt, nec peccauit conſenſu, uel uoluntate, ſed eſt mundus corde: utraq; enim mundicia requiritur: unde Auguſtin. Vbi dominus iudicans mentis corruptionem inuenerit, ſimul & corporis corruptionem damnabit. Spado (inquam) talis [fœlix eſt] modò in ſpe, ſed tandem in re. [Dabitur enim illi] in præſenti ſcilicet [fidei donũ electum] fidei (inquam) quæ in ſpe beatificat: ſecundum illud Ioan. 20. Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. Donum electum uocat donum fidei, quia ex diuina electione datur, & homines electos facit Philippenſ. 1. Vobis datum eſt non ſolum ut in eũ credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini [& ſors,] id eſt, portio in futuro [in templo Dei] Gloſ. cœlo. Pſalm. Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cœlo ſedes eius. Sed contra, quia Apocalyp. 21. Templum non uidi in ea, ſcilicet in ciuitate ſuperna. Dicendum, quod non eſt ibi templum materiale, ſed ſpirituale [acceptiſſima] Notandum quòd ſors accepta eſt ĩ bonis naturæ, acceptior in bonis gratiæ, acceptiſſima in bonis gloriæ. Hæc eſt datum optimum: de quo Iacob. 1. [Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus] Glo. i. æternum gaudium. 1. Cor. 3. Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum laborẽ ſuũ, [& quæ non concidat radix ſapientiæ] intranſitiuè: ſapiẽtia enim eſt radix huius fructus. Hęc radix non concidit, quia perpetuæ ſalutis fructũ affert ſecundum Gloſ. Eccle. 1. Radix ſapientiæ timere dominum. Hęc radix paucis eſt nota. Pſalm. Non eſt timor domini ante oculos eorum. Eccleſi. 1. Radix ſapientiæ cui reuelata eſt?

Filii autem adulterorum &c.] Hic determinat pęnam incontinentiæ, quam putabant reprobi nullam eſſe: & primò tangitur pœna eis infligenda in futuro: ſecundò inflicta in hoc mundo, ibi [ſi quidem] tertiò pœnæ ratio, ibi [Nationes &c.] Dicit igitur, filii &c. benè dixi, quòd continentes remunerabuntur: [autem] pro ſed [filii adulterorum] imitatores ſcili

cet paternę incontinentiæ [in consummatione erunt,] id est,æterna consumptione, secundum Glos. Exod. 20. Vindicans peccata patrum in filios.s. imitatores paterni sceleris [& ab iniquo thoro,] scilicet adulterii[semen] supple, productum [exterminabuntur] Glos. in futuro: quando scilicet extra terminos uiuentium proiicientur. Vnde Baruch.3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.Glo.uerò aliter exponit de filiis, & semine,id est, de discipulis hæreticorum, quibus comminatur hic pœnam sensus,& pœnam damni, quia adulterant uerbum Dei.De talibus dicitur 2.Corinth.2.Non sumus sicut plurimi adulterantes uerbũ Dei. [Et si quidem longæ uitæ erunt] scilicet in hoc mundo [in nihilum computabũtur] scilicet sine nullo ualore in se. August.nihil sunt,& nihil fuerint homines,cũ peccant. Vel [in nihilum computabũtur] secundum Glo.i.memoria eorum in æternum benedictione carebit. [& sine honore]. s. ab aliis exhibito. 1. Reg.2.Qui contemnunt me, erunt ignobiles. Sine honore,inquam [erit nouissima senectus illorum] quæ tamen deberet esse reuerenda: unde Leuitic.19. Honora personã senis. Item hic infra cap. 4. Senectus uenerabilis est, nõ diuturna,neq; annorum numero computata. [Et si celerius defuncti fuerint].s. morte præoccupati, secundùm illud Psal. Viri sanguinum,& dolosi non dimidiabunt dies suos[non habebunt spem].i. rem speratam post mortem, s.uitam æternam: quia spes ĩpiorum peribit. Prouerb.10. [nec in die agnitionis].s.uniuersalis, quæ erit in iudicio, secundù m Glo. Dies autem iudicii dicitur dies agnitionis quò ad bonos, quia tunc à Deo cognoscentur, sicut frattes Ioseph ab ipso. Gen. 45.Item quò ad malos: quia occulta eorum cognoscentur.1 Cor.4.Illuminabit abscondita tenebrarum &cæt. Item quò ad ipsum Deum, quia à sanctis cognoscetur.1. Cor.13.Tunc cognoscam,sicut & cognitus sum. Itẽ quò ad Christum hominẽ, quia tunc à cunctis apertè uidebitur.Esai. 40. Videbit oĩs caro, ꝙ os domini locutũ est. Item eiusdem 52. Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Item Apocalyp. Videbit eum omnis oculus.Item quò ad ipsum mundum, in quo nihil est, quod tunc latebit, uel abscondetur:secundùm illud Psai. Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. [Nec in die(in quam)agnitionis] repete,habe-

bebunt [allocutionem] ideſt blandam,uel conſolatoriam: ſed aſperrimam licentiam: unde Matth.25. Diſcedite à me maledicti &c. [Nationes enim iniquæ] ideſt iniquitatis actores [diræ ſunt cõſummationis] ideſt finis.ſ. aſperi tatem pœnæ habent in fine: quidquid ſit de principio, uel de medio: quia *Non eodem curſu reſpondent ultima primis.* Eccl. 41. Filiorum peccatorum periet hęreditas: & cũ ſemine illorum aſſiduitas opprobrii.

CAPVT IIII.



O Quàm pulchra eſt caſta generatio cũ claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines. Quum præſens eſt, imitantur illam: & deſiderant eam, quum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium uincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore germinauerint: infirmiter poſita, à uento commouebuntur, & à nimietate uentorum eradicabuntur. Cõfringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata. cani autem ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis, uita immaculata. Placens deo factus dilectus, & uiuẽs inter peccatores translatus eſt: raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet ani-

mam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: et inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. populi autem uidentes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia. Quoniam gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Condemnat autem iustus mortuus uiuos impios, & iuuentus celeriùs consumata longam uitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem dominus irridebit: & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum; quoniam disrumpet illos inflatos sine uoce, & commouebit illos à fundamentis, & usque ad supremũ desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.


Ic agit de iustitia hominis ad seipsum. Commẽdat aũt iustitiam, reprobat iniustitiam, comparando statum iustorum statui iniustorum, primò ante iudicium. s. in hoc capitulo secundò in iudicio capit. sequenti. Ante iudicium tripliciter: primò quantum ad statum uitæ præsentis: secundò quantum ad statum mortis. [Iustus in morte] tertio quãtum ad statum post mortem [condemnat &c.] In prima parte primò ostenditur status iustorum commendabilis ex se: secundò est status oppositi. s. iniustorum reprobatione [Multigena &c.] Statum iustorum primò commendat à decore, secundò ab immortalitate. [immortalis est] tertiò ab ędificatione [cũ præsens &c.] quartò à remuneratione. [& in perpetuum &c.

O quàm pulchra &cęt.] quasi dicat, benedixi, quòd nationes impiorum sunt diræ consummationis; sed ò quàm pulchra &c.admirãdo hoc dicit.[pulchra] quãtum ad opera.[casta]quantum ad innocentiam mentis [cum claritate]quantum ad uirtutum nitorem, secundùm Gl. Canti.4. Tota pulchra es amica mea &c.Item Luc. 12. Sint lumbi uestri præcincti, per innocentiam; & lucernæ ardentes per uirtutum nitorem: & uos similes hominibus expectãtibus dominum suum per bonorum operum sollicitudinem. Et benè dixi, quòd pulchra est.s. pulchritudine spirituali[immortalis enim ē memoria illius] per felicem recordationem Prouerb.10. Memoria iusti cum laudibus [quoniam apud deum nota est] per approbationem.2. Timoth. 2. Nouit Deus, quæ sunt eius [& apud homines]s. ratione utentes, & sapientes per laudem, seu laudis continuationem. Eccl. 44. Sapientiam, scilicet sanctorum ipsorum narrent populi,& laudem eorum nunciet ecclesia. Et benè dixi, qnòd immortalis est &c.[cum enim præsens est] scilicet in uita præsenti [illam imitantur] quasi exemplar pulcherrimum. Philip. 3. Imitatores mei estote [& desiderant eam]scilicet iustorum pulchram & castam generationem uidere.s.ad imitandum[cum se eduxerit] de uita ista per mortem. Iob.9. Transierunt quasi naues poma portantes, quæ scilicet post suum transitum relinquunt odorem.Cantic.1. Curremus in odorem unguẽtorum tuorum. Notandum quòd iustos educit deus de uita pręsenti effectiuè secundùm illud Psal. Educ de custodia, uel de carcere animã meam, Ipsi autem educunt seipsos cõsentiendo, uel hęc desiderando, & petendo; in Psalm. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam,& apparebo ante faciem dei [Et in perpetuum coronata] scilicet corona uitæ perpetuæ. Apocalyp. 2. Esto fidelis usque ad mortem,& dabo tibi coronam uitæ [Triumphat]idest triumphando acquirit [præmium coinquinatorum certaminũ] idest quod debetur certaminibus incoinquinatis.i. non inquinatis per defectum per seuerantiæ[pręmium] inquã [uincens] præmium datum pro certamine certatorio, ut dicit Glo. Vnde.1. Cor.9. Illi,ut corruptibilem coronam accipiant,nos autem incorruptam. Vel [præmium uincens]idest superans magnitudinem persecutionum, secun

dùm illud Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam: unde Gloss. præmium, quod maius est illis certaminibus, & persecutionibus, quas sustinuerunt in præsenti.

Multigena &c. Hic tangit statum iniustorum reproborum, ipsum uituperando primò in seipsis: secundò in ramis [& si in ramis] tertiò in fructibus [& fructus] quartò ĩ posteris. [ex iniquis &c.] Multigena autem &c. quasi dicat, talis est pulchra & casta iustorum generatio [Autem] pro sed [multigena multitudo impiorum &cæt.] Eccle. primo. Stultorum infinitus est numerus. Tãgit autem hic triplicem pluralitatem, seu multitudinem impiorum in tribus uerbis, scilicet quia spargitur per diuersos errores quò ad rationabilem: contra quod Iacob. 4. Nolite plures magistri fieri. Item per diuersos appetitus quò ad concupiscibilem. Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Item per diuersa odia quantum ad irascibilem. Michee. 3. Ierusalem in aceruum lapidũ erit, idest sine cemento charitatis: Primam tangit, uel innuit per hoc quod dicit [multigena] idest multos generans errores; secundam per hoc quod dicit [multitudo] quasi sine charitate, unitate, uel uinculo: tertiam per hoc quod dicit [impiorum] pluraliter, idest sine pietate, sed cum multa crudelitate. Multigena] inquã [multitudo impiorum nõ erit utilis] immo nociua, ut dicit Glos. Isa. 30. non fuerunt in auxilium, & in aliquam utilitatem. Sed contra, quia sicut dicit August. si pauciores essent mali, quàm boni, non auderent exercere bonos: hoc autem exercitium est bonis utile: quia dicit Gregor. ꝙ Abel esse non potest, quem Cain malicia non exercet. Item in Psal. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, scilicet coronam perpetuam mihi. Sed dicendum, quòd hanc utilitatem non consequentur iusti ex impiorum intentione: quia non intendent eis prodesse: sed ex sua bonitate, uel ex sua bona uoluntate, malis eorum bene utente [& spuria uitulamina non dabunt radices altas] ita habet litera Rabbani, & omnium antiquorum Item Ambro. in quadam epistola dicit quibusdam. Vos estis nobilia uitulamina, idest nobiles plãtationes. Sed August. Libr. Secundo de Doctrina Christiana dicit, quòd meliùs diceretur adulterinæ plantationes: & propter hoc remã

ſit in Textu [adulterinæ plantationes] in nouis Bibliis. Notandum autem, quòd uitulamina ſunt plantæ infructuoſæ, quæ naſcuntur iuxta trũcum uitis. Vnde dicitur uitulamen à uite. Vel ſecundum quoſdam dicitur à uitulo, quia talis planta naſcitur in terra, uitulis, ſiue bobus arata. Spurius autem dicitur idem quod ignobilis, uel degenerans: unde ſpuria uitulamina, ideſt plantationes degenerantes, uel innaturales, & adulterinæ plantationes, id eſt generationes impiæ de ſpirituali adulterio natæ, ſcilicet per propagationem impietatis multiplicatæ Matth. 12. Generatio adultera ſignum quærit [Non dabunt radices altas in ſe] ideſt cogitationes, & affectiones in cœlum tendentes, ſed in terra defixas; homo enim ſecundum Philoſophum eſt arbor euerſa: unde radices ſuas debet mittere & figere ſurſum, ſcilicet ſuũ intellectum, & affectum. Vnde in Pſalm. Meditatio mea in conſpectu tuo ſemper. Itẽ. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem Item. Domine ante te omne deſiderium meum. Item Coloſſ. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, ſcilicet inueſtigando intellectu: quæ ſurſum ſunt ſapite, ſaporando affectu. Pſalm. Guſtate, & uidete [Nec ſtabile firmamentum, uel, fundamẽtum] ſcilicet rectæ fidei ad deum [collocabunt fides enim eſt fundamentum ſpiritualis ædificii: unde Hebræ. undecimo. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum &cæt. 1. Cor. 3. Fundamentum nemo poteſt ponere aliud, præter id, quod poſitum eſt, Chriſtus Ieſus. ideſt fides de Chriſto Ieſu. Aliter ſecundum Gloſſ. exponitur de hæreticis & eorum diſcipulis. Sequitur [& ſi in ramis] ideſt exterioribus bonis &cæt. Tales erant rami illius babilonicæ arboris, ſcilicet Nabucdonoſor. Daniel. 4. [in tempore germinauerunt] ideſt ad tempus modicum aliquod principium boni oſtenderunt ſecũdum illud Iſai. 18. Immatura perfectio germinauit [infirmiter poſita] ideſt ad horam, ut dicit Gloſſ. uel [infirmiter poſita] ideſt debiliter in bono radicata [à uento commouebuntur] ideſt à tentatione leuiori, ſecundum illud Ezechiel 17. Nõne cum tetigerit eam uentus urens, ſiccabitur [& à nimietate uẽtorum]. i. perſecutione grauiori [eradicabuntur] Gloſſ. penitus euellentur. Matt. 15. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. [confringentur enim rami inconſummati]. i. doctrinæ eorum, uel operationes

nes carentes perfectione. Ephes. 4. Super omnia charitatem habentes, quæ est uinculum perfectionis[& fructus illorum], scilicet proprii, idest opera eorum mala, secundùm illud Matth. 7. Arbor mala fructus malos facit [inutiles] ut non reficiant. Isai. 59. Opera eorum opera inutilia[& acerba ad manducandum] ut non delectent, sed torqueant. Deutero. 32. Vua eorum uua fellis, & botrus amarissimus. Ezechiel. 18. Patres comederunt uuam acerbam &c. [ad nihilum apti] ut in nullo de se proficiant. Ezech. 15. Cum esset integrum, non erat aptũ ad opus: quantò magis cum ignis illud deuorauerit [Ex iniquis &c.] quasi diceret, uerè multigena multitudo impiorum non erit utilis &c. [ex iniquis enim omnes filii, qui nascuntur] non solùm natiuitate propagationis, sed etiam imitationis, de qua Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. [testes sunt nequitię aduersus parentes] per prauitatis similitudinem [in interrogatione sua] idest in iudicii diuini examinatione: quoniam deus iustus iudex interrógabit opera eorum: infra cap. 6. Item eorum uerba. Matth. 12. De omni uerbo ocioso &c. Item eorum cogitationes, supra cap. 1. In cogitationibus impii interrogatio erit &c.

¶ Allegoricè exponit hoc Gloss. de hæreticis, qui sunt multigena multitudo, quia per diuersas sectas diuersorũ Hæresiarcharum diuiduntur; qui inutiles sunt ecclesiæ, immo nociui, quia eam persecũtur. Adulterinæ plantationes sunt eorum discipuli, qui ex eorum doctrina erronea generantur. Radices altas non dant, quia in Christo Do & homine non collocantur. Eorum rami sunt instabiles, qa sicut boni habere uidentur, tempore persecutionis ab ecclesia euelluntur. Fructus eorum sunt &c. quia doctrinis eorum & expositionibus homines simplices inuenenantur. Filii eorum sunt testes nequitiæ aduersus parentes, qa ex multiplicatione discipulorum erroris magistri grauiùs damnabuntur.

Iustus autem &c.] Hic ponit comparatiuam commẽdationem iustorum quò ad statum mortis. Et primò ostẽdit hic non esse sanctis damnosa temporalis mortis acceleratio: secundò subditur accelerationis ratio, ibi[placens Deo] tertiò populi aspicientis stulta opinio. [populi autem uidẽtes] Dicit ergo. iustus autem &c. quasi dicat, sic est de iniquis. [autem] pro sed [iustus si morte præoccupatus fuerit] idest accelerata ante tẽpus morte præuentus, secundum

dùm illud Isai. 38. Dum adhuc ordirer, succidit me: unde dixit [præoccupatus] quia subita morte, idest improuisa non potest mori iustus: quia dicitur in Psal. de persona iusti. Prouidebam dominum in conspectu meo semper &c: Item, Anima mea in manibus meis semper: quasi dicat, paratus sum reddere eam, quandocunq; deo placuerit, quòd ego moriar. Iustus (inquam) si præoccupatus fuerit, [in refrigerio erit]. s. æternę quietis. Psal. Trāsiuimus per ignē & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. [Senectus enim est &c.] quasi dicat, nec obstat prępoccupatio ætatis [senectus enim uenerabilis &c.] Glos. nō ætas corporis, sed uitę maturitas, & morū probitas laudatur: [uenerabilis] inquam, digna ueneratione apud deū & angelos, & homines iustos [est enim diuturna] multitudine dierum. Iob. 32. Nō sunt longæui sapientes [nec numero annorum computata,] id est nec multitudine annorū: maledictus. n. puer centū annorum. Isai. ulti. [Cani enim sunt sensus hominis] idest loco canorum. Gloss. quasi benè est canus, qui benè est sensatus, secundùm Daniel. 13. Tibi dedit deus honorem senectutis, idest discretionem, & sapientiam, quæ solet esse in senibus, secundùm illud Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Item Eccl. 25. Corona senum multa peritia [& ætas senectutis] idest ætatis uicem supplens [uita immaculata] Quasi dicat, benè est senex mundus et simplex. Prouerb. 16. Corona dignitatis senectus, quę in uiis iustitiæ reperiatur. ¶ [Placens deo] Hic ponitur multiplex ratio accelerandæ mortis: quarum prima est iustorum dignitas: secunda mortis utilitas [raptus est etc.] tertia uitę periculositas, [Fascinatio etc.] quartò temporis opportunitas [consummatus etc.] quintò beneplacita Dei uolūtas [placita etc.] Ergo placens Deo, scilicet per ueram fidem, secundùm illud Hebr. 6. sine fide impossibile est placere Deo [factus dilectio] propter perfectam dilectionem, secundum illud Prouerb. 8. Ego diligentes me dilĩgo [uiuens] scilicet per gratiā, non moriens per culpam [inter peccatores,] scilicet impollutus: quod ualde magnum est, cum scriptum sit in Psal. Cum peruerso peruerteris: sed iustus quasi lilium inter spinas, quia nec amittit suæ puritatis candorem, nec suæ famæ odorem. Cantic. 2. Sicut lilium inter spinas &c. [translatus est] de exilio huius mūdi ad patriam cœlestem, de morte ad uitam, de certamine

ne ad coronam. Notandum enim, quòd multiplex est trãslatio: prima de culpa in gratiam. 1. Ioan. 3. Nos scimus, quia translati sumus de morte. s. culpæ ad uitam gratiæ, quoniam diligimus fratres. Secunda de gratia imperfecta ad perfectam gratiam. 2. Corin. 3. Transformamur in eandem imaginem, à claritate in claritatem tãquam a domini spiritu. Tertia de gratia perfecta ad gloriam: de qua hic [translatus est, raptus est] quasi dicat, non solũ est translatus, sed cito, quia cito mortuus, & quasi præter naturæ debitum per uiolentiam sublatus. Est autem raptus sanctorum in uita sua. 2. Cor. 12. & in morte: de quo hic [raptus est &c. & post mortem, de Tessalon. 4. Rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aera. Raptus est (inquam) [ne malitia] idest aperta iniquitas [mutaret intellectum eius] ipsum à ueritate & sanctitate fidei auertendo [aut ne fictio] idest simulata æquitas, de qua Aug. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas; quia est iniquitas & simulatio. [Ne fictio inquam deciperet] idest corrumperet [animam illius] scilicet affectum eius à dilectione dei auertendo. 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri [fascinatio enim &c.] quasi dicat, benè erat ei necesse, ut sic raptus esset &c. fascinatio. n. nugacitatis] ab exteriori, idest nugax, & adulatoria laudatio, secundum quòd homines maligni dicuntur laudando pueros, fascinare ipsos [obscurat bona] scilicet iustorum, & si non destruat illa; obscurat (inquam) quia facit non uideri defectus & imperfectiones ipsorum bonorum, & per hoc superbire de ipsis. Galat. 4. O insensati Galathæ, quis uos fascinauit? &c. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua [& inconstantia concupiscentiæ] ab interiori, scilicet concupiscibilis, quæ facit hominem inconstantẽ. Iacob. 1. Vir duplex animo, scilicet qui partim sequitur rationem, partim sensualitatem, incõstans est in omnibus uiis. Inconstantia (inquam) concupiscentiæ, idest concupiscibilis [transuertit] scilicet à bono in malum [sensum sine malitia] idest priùs bonũ & simplicem. Iacob. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua attractus, & illectus [consummatus in breui] idest perfectus in gratia modico tempore. Isai. 10. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. [expleuit tẽpora multa]. s. expletione meriti, quia acquisiuit meritũ,

quod

quod alii acquirunt, per multa tempora, uel expletione præmii, quia adeptus est æternitatem, quæ perfectione superat tempora multa.

¶ Placita enim erat Deo anima eius] ecce causa consummationis, scilicet gratia & dilectio diuina. Placita (inquã) per fidem cordis intus, & mãsuetudinem morum exteriùs. Eccles. 1. Beneplacita est deo fides, & mansuetudo [propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum] idest de mundo, qui plenus est iniquitate. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est [populi autem] Gloss. persecutores [uidentes pœnam, & non intelligentes] futuram gloriam [nec ponentes sunt in præcordiis suis] idest intus in corde, quamuis aliunde audiant prædicari. Isai. 57. Iustus perit, & nemo est, qui recogitet [talia] scilicet, quæcõsequũtur: supra cap. 3. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace [Quoniam gratia Dei] scilicet ad benè operandum. 1. Cor. 15. Non ego, sed gratia Dei mecum [& misericordia est in sanctos eius] ad liberandum de malis. Eccles. ult. Liberasti me secundum multitudinem nominis tui [& respectus in electos illius] scilicet ad præmium consequendum. Gloss. 1. condigna retributio. Et nota, quòd sancti dicuntur per præsentem iustitiam, electi per æternam prædestinationem, secundum illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

¶ Condemnat autem &c.] Hic ponitur comparatiua cõmendatio iustorum quantũ ad statum post mortem: & primò in comparatione iustorũ adhuc uiuentium: secundò in comparatione morientiũ, [& post hæc &c.] tertiò mortuorum [quoniam disrumpet &cæt.] quartò resurgentium [uenient in cogitationibus peccatorum] In prima parte tangitur primò, impiorum à iustis condemnatio: secundò condemnationis ratio [Videbunt enim finem sapientis.] Dicitur ergo, condemnat autem iustus mortuus uiuos impios] Glos. martyr persecutores suos, scilicet comparatione melioris facti, sicut Niniuitæ. Matth. 12. [& iuuentus celerius consummata] scilicet hominis iusti [longam uitam iniusti] Glos. 1. persecutores, quia plus boni fecit tempore modico, quam ille multo: unde districtiùs iudicabitur. Apocalyp. 2. Dedi enim tempus, ut pœnitentiam ageret, & non ultra pœnitere, &cæt. [uidebunt &c.] Hic ponitur duplex

duplex ratio prædictæ condemnationis, scilicet ignorantia, & contemptus. Primam ponit dicens [Videbunt.n.] scilicet impii [finem]. i. mortem &c. ut dicit Glos. [sapientis] Glos. i. martyris: unde de Martyre legitur illud Eccles. 14. Beatus uir, qui in sapientia morabitur [& non intelligent quid cogitauerit de illo deus] idest quid ei cogitauerit dare in futuro, secundum Glo. s. uitam æternam. Prouerb. 28. Viri mali non cogitant iudicium [& quare munierit illum Deus] scilicet in præsenti. Glos. armis fidei, secundum illud Ephe. 6. In omnibus sumentes scutum fidei. Item, induite uos armaturam fidei. Deinde ponit secundã rationem, dicens, [uidebunt eum] quasi dicat, & quia hæc non intelligunt, uidebunt eũ, Glos. mori [& contemnent illum] unde infra 5. capit. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum &c. Itẽ Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Sic contempserunt iudæi Christum morientem. [illos autem] scilicet impios [dominus irridebit] Glos. in iudicio idest dignos irrisione iudicabit, ut fatuos. Psal. Qui habitat in cœlis irridebit eos &c. [& post hæc] scilicet post bonorum persecutionem, & domini irrisionem, idest postquam bonos in præsenti afflixerit, & ipsi à Deo in morte derisi fuerint [erunt decidẽtes] idest deorsum per casum mortis in infernum cadentes. Psal. Quemadmodum holera herbarum cito decidunt. [sine honore] scilicet societatis beatorum [& in contumelia] scilicet confusionis reproborum [inter mortuos] Glos. damnatos [in perpetuum] idest sine fine. Hierem. 23. Dabo uos in opprobrium sempiternum, & in contumeliam sempiternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

¶ Quoniã disrumpet &c.] Hic tangitur commendatio iustorum in comparatione impiorum mortuorũ. Et primo tangitur separatio à corpore, secundò euulsio à mundo [& commouebit] tertiò exclusio à gloria [& usque ad summum, uel supremum] quartò detrusio in pœna [& erunt gementes] quintò deletio ab hominum memoria [& memoria eorum peribit &c.] Sequitur igitur, quoniã disrumpet &c. Benedixi, ꝙ erunt decidentes &c. quoniã disrumpet eos, scilicet dominus, secundum Glos Osee 13. Disrumpam interiora iecoris eorum, Illos (inquam) inflatos uento superbiæ. 1. Cor. 5. & uos inflati estis, & non magis luctum habuistis [sine uoce] excusationis. Matt. 22. At ille obmutuit [& commouebit

uebit illos à fundamētis.]Glo. euertet uiiam illorum, quàm ſtabilem eſſe putabūt. Iob.22. Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum[& uſque ad ſupremū deſolabuntur].i.in tantum, ꝙ locum ſupremū amittent.i.uſque ad hoc, ꝙ à celſitudine gloriæ excludentur, ſicut fatuæ uirgines: quibus, legitur, ꝙ clauſa eſt ianua. Matthę.25. [& uſque ad ſummum deſolabuntur].i. punientur, quouſque reddant quadrantē nouiſſimum, id eſt pœnam pro omni peccato tam magno, q̃ minimo. Matth. 5. Non exies inde, donec reddes nouiſſimū quadrantem. Prima tamē expoſitio magis concordat cum diuiſione prædicta[& erunt gemētes]Glo.in pœnis, quia nulla conſolatione reuelabuntur [& memoria eorum]non quæcunque, ſed felicis recordationis[periet]apud Deum & homines, ſecundum illud Pſalm. Vultus domini ſuper facientes mala, ut pereat de terra memoria eorum[uenient tandem]ſcilicet in fine mundi: unde Glo. ad iudicium: tunc enim de inferno exhibunt. Veniant (inquam) in cogitatione peccatorum ſuorum] remordente eos conſcientia [timidi] de pœna inferenda, infra cap.5. Videntes turbabuntur timore horribili [& traducent illos] Gloſ. in ignem æternum [ex aduerſo]Gloſ. accuſantes eos, ſicut aduerſarius accuſat aduerſariū ſuum [iniquitates ipſorum,] id eſt peccata ab eis perpetrata corde, ore, uel opere, Hier.2. Arguet te malitia tua. Peccata autem dicuntur accuſare reprobos, qa erūt materia accuſationis & dānationis eorū. Ro. 2. Cogitationum inter ſe accuſantiū, ut ēt defendētium &c.

CAPVT V.



TVNC ſtabūt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerūt labores eorū. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus: dicentes intra ſe, pænitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gemētes, dicentes, Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorū ſine honore: &c.

TVNC


VNc stabunt &c.] Hic comparat statũ iustorum statui iniustorum in ipso iudicio. Et primò tangit iustorum cõstantẽ accusationẽ, secũdò reproborũ coactã cõfessionem, [uidẽtes turbabũtur] tertiò utrorũque iustã retributionẽ. [Iusti aũt in ppetuũ uiuẽt. Tũc stabũt&c.] quasi sic venient impii ad iudiciũ timidi [tunc] Glo. cum iudicabuntur impii. s. in die nouissimo. Et dicit [tũc] indeterminate, quia de die illa nemo scit Matth. 24. Itẽ Act. 1. non est uestrũ nosse tẽpora uel momẽta, quę pr posuit in sua potestate [stabunt] s. qui in pręsenti uisi fuerãt cadere uel iacere. Luc. 16. erat quidã mẽdicus Lazarus, q iacebat ad ianuã eius. Ecõtra mali qui nũc uidẽtur stare, tũc iacebũt. Prou. 14. Iacebũt mali ante bonos. Stabũt (in quã) iusti in magna cõstãtia]. i. constãter & audacter propter cõfidentiã, q̃ habebũt. ¶ Ex septẽ cõfidẽtia sanctorũ in iudicio surget. Ex iustitia causę suæ Iob. 13. Si fuero iudicatus, scio q iustus inueniar. Itẽ in Psal. Iudica me secundum iustitiã meã. Secũdò ex sufficiẽtia seu copia pbationũ: habebũt. n. paratã probationẽ pscripti instrumentũ Iob. 31. Librum scribat ipse qui iudicat &c. Itẽ Apoc 20. Iudicati sunt mortui ex iis quæ scripta erãt ĩ libris. Itẽ p testes Iob. 16. Ecce testis meus in cœlo. s. ipse deus. Vnde Ier. 29. Ego sum iudex & testis, dicit dñs. Tertiò ex fidelitate aduocatorũ. 1. Io. 2. Aduocatũ habemus in cœlo Iesum Christũ. Itẽ spiritũ sanctũ. Ro. 8. Spiritus postulat &c. Itẽ beatã virginẽ: vnde clamamus Aduocata &c. Quartò ex impotẽtia aduersariorũ, sm id Ps. Nõ resurgũt impii in iudicio. s. ad accusandos iustos. Apoc. 12. Proiectus est accusator &c. Quintò ex amicitia & affinitate iudicis ipsorũ. Gen. 37. Caro nostra & frater noster est. Bernar. puto spernere me non poterit, os ex ossibus meis & caro de carne mea. Sextò ex beniuolẽtia assessorũ. i. apostolorũ. Matth. 19. Sedebitis & uos sup sedes 12. iudicãtes &c. Itẽ Iob 36. Pauperibus iudicium tribuit. Septimò ex familiaritate officialiũ iudicis. s. angelorum Matth. 13. Exhibũt Angeli & separabũt malos de medio iustorũ. [Aduersus eos.] Glo. persecutores suos, [qui se angustia uerũt.] Glo. in martyrio eos psonaliter affligẽdo. Hęb. 11. Angustiati, afflicti &c. [& q abstulerũt labores illorũ,] corpales. s. eos p uiolẽtiã spoliãdo: cũ tamen sancti gaudẽter hęc sustinuerint. vnde Heb. 12. rapinã bonorũ uestrorũ tum gaudio. Vel labores spirituales, eorum fructũ auferre conãdo, scilicet prouocando eos ad peccatum: de hoc fructu supra 3. Bonorũ laborum

laborũ gloriosus est fructus. Vel utrosq; simul secundum .Glos.eorum.s.labores corporales, & spirituales uanos, & stultos iudicando.

Videntes turbabũtur &c.] Hic tangit reproborum coactam confessionem. Et primò tangit motiuum ad confessionem talem: secundò confessionis materiam:[Hi sunt, quos aliquando] tertiò confessionis suas approbationẽ. [Talia dixerunt &c.] Motiuum cõfessionis tangitur dupliciter.s.afflictio de uera bonorum felicitate, & anxietas de propria infelicitate. [Dicentes intra se &c.] Sequitur igitur [Videntes.] Glos.se de gloria ad pœnam perductos, & aduersarios suos de pœna ad coronam translatos [turbabuntur timore horribili.] Exod. 15. Tunc conturbati sunt principes Ebdon. Item Ezechiel.7. Conturbatio super conturbationem ueniet, scilicet conturbatio de afflictione reassumpti corporis super conturbationem prius habitam de afflictione animę prius cruciatæ in gehennalibus flammis [timore horribili] scilicet propter constantiam suorum accusatorum: de quibus supra immediatè. Secundò propter seueritatem diuinorum iudiciorum, iuxta illud Heb.10. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Item infra cap. immediatè sequenti: Horrende, & citò apparebit nobis. Tertiò propter præsentiam horribilium tortorum. Iob 20. Vadent & uenient super eum horribiles. Vel sic [turbabuntur] propter remordentem cõscientiam [timore] propter iudicis irreuocabilem sententiam [horribili] propter suppliciorum præparatorum, & tortorum horribilium uisam, præsentiam. [Et mirabuntur in subitatione] id est, subita adeptione [salutis] scilicet iustorum [insperatæ] id est, non æstimatæ ab ipsis impiis: speratæ tamen à iustis: secũdum illud Psal. In te sperauerunt patres nostri, &c. [Gemẽtes] interius [præ angustia spiritus] ex consideratione gloriæ, & salutis illius, quam perdiderunt. 1. Reg.4. Ingemuerunt Philisthim, dicentes: væ nobis, &c. [dicent intra se,] [inter se, uerior litera] scilicet 'dictione interiori, fortè propter uehementiam doloris [pœnitentiam agentes] de malo, quod fecerunt: pœnitentiam, sed tardam; sicut pœnitentia diuitis: de quo Luc.16. Pater Abraham miserere mei, [agentes] immò potius patientes. Hæc est pœnitentia desperationis, sicut pœnitẽtia Iudę: de quo Mat. 27. legitur, quod pœnitentia ductus retulit triginta argenteos,

teos,[& præ anguſtia ſpiritus gementes] de malo pœnæ, quam incurrerunt. Iſa. 65. Præ contritione ſpiritus ululabitis [& præ anguſtia, &c.] Hæc non habet Rabanus, quia idem eſt ſupra.

¶ Hi ſunt, quos aliquando, &c.] Hic ponit materiam confeſſionis impiorum confitentium errorem proprium: primò circa iuſtorum uitam: ſecundò circa uitam propriam [laſſati, &c] In prima primò confitentum ſanctorum contemptum præteritum, & irriſionem: Secundò ſtatus illorum reprobationem [nos inſenſati, &c.] tertiò eorum tūc præſentē exaltationem, [quo modo ergo computati ſunt] quartò concludunt ſuum errorem: [Ergo errauimus.] Hi ſunt ergo, ſcilicet irriſoria demonſtratione digni ſecūdum iudicium impiorū [quos aliquādo habuimus in deriſum] factis, & ſignis. Iob 12. Deridetur iuſti ſimplicitas. Itē in Pſal. Omnes uidentes me, deriſerunt me, &c. [Et in ſimilitudinē improperii] improperando uerbis. Pſal. Improperia exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Sed cū improperatur homini opus bonum, quod potius eſt materia laudis, non eſt uerum improperium, ſed ſimilitudo improperii: propter quod dicitur hic [in ſimilitudinem improperii.] 2. Corin. 6. Per infamiam, & bonā famā &c. Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. [Nos inſenſati, &c.] infra cap. 2. inſenſatorum infantium more uiuentes. Inſenſati (inquam) quia non ſentiebamus de rebus, ſicut erant. Eccleſ. 16. In iis omnibus inſenſatum eſt cor. 1. Corin. 14 Nolite eſſe pueri ſenſibus [uitam illorū] id eſt, conuerſationem, quæ erat in paupertate, labore, uilitate, ieiuniis, &c. [æſtimabamus inſaniam.] Vnde Dauid ab Achis reputatus eſt inſanus. 1. Regum 21. Sic & Chriſtus. Ioan. 8. Quia Samaritanus es tu & dæmonium habes. Itē, Ioan. 10. Dæmonium habet, & inſanit: ſic nuncius Heliſæi. 4 Reg. 9. Quid uenit inſanus iſte ad te? Oſeę. 9. Scito te Iſrael ſtultum prophetam, & inſanum uirum ſpiritualē; ſtultum, ſcilicet in temporalibus, inſanum ſecundū iudicium mūdanorum. [Et finem illorum] id eſt, mortem, [ſine honore] alicuius, ſcilicet remunerationis. Contra quod dicitur in Pſal. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Itē Ioan. 12. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis eſt. [quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei] per gratiam. Rom. 8. Non accepiſtis iterum ſpiritum ſeruitutis in

timore, sed spiritum adoptionis filiorum,&c. Item Ioan.1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri,&c.[& inter sāctos tuos illorum est]id est,portio gloriæ, de qua in Psalm. Portio mea domine sit in terra uiuentium. Item Colos.1. Qui dignos nos fecit in partes sanctorū in lumine. Et hæc duo sunt cōtra duo, quæ dixerat: dixerat enim uitam illorum insensatam, & finem contumeliosam.

¶ Ergo errauimus &c.]Concludunt sibiipsis:unde uerificatū est illud Psal. Infirmatæ sunt contra eos linguę eorum. Errauimus (inquiunt:) falsa enim pro ueris approbauerunt: August. autem dicit, quod falsa pro ueris approbare, erroris proprium est. Isa. Fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & uomens. [à uia ueritatis.]Glos. Euangelii, & diuinæ legis ad credēdum. Isa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus: unusquisq; in uiam suam declinauit, [& iustitiæ lumen]ad operandum.[iustitię lumen] in trāsitiuè,id est, iustitia,quæ lux est,secūdum illud Psalmi. Lux orta est iusto. Item, Prouerb.4. Iustorum semita quasi lux splendens, &c. [non luxit nobis.] Isa.59. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ. Hęc fuit causa erroris eorum, sicut defectus luminis est causa deuiationis, [& sol intelligentiæ,] scilicet ad inflammandum. Glos. Christus sol iustitię,qui oritur timentibus Deum: ut habetur Malach.ult. [non est ortus nobis.] Notandū quòd non est defectus ex parte Solis, sed ex parte ipsorum in tenebris iacentium, nec surgere uolentium, nec oculos aperire quærentium. Psalm. Supercecidit ignis inuidiæ, & non uiderunt Solem iustitiæ. Sol materialis oritur bonis & malis, ut patet Matt.5. Qui Solem suum facit oriri super bonos, & malos: sed Sol intelligentiæ solis bonis oritur, ut patet hic. Christus autem dicitur Sol: quia Sol dicitur quasi solus lucens: Christus autem singulariter lucet, id est,præ omnib. aliis, tanquā oculus mundi. Ioā.1. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, illuminatione cognitionis naturalis: ipse enim est magister, qui cathedrā habet in cœlis, corda hominum in terris: ut dicit Augu. Item Ioan.8. Ego sum lux mundi. Item, quia illuminator est ecclesiæ. Ecclesiast.50. Sicut plena in diebus suis lucet, scilicet ex irradiatione Solis. Item,quia est fons totius caloris,id est,amoris spiritualis. Psal. In Sole posuit tabernaculum suum.

est post. Nō est qui se abscon-dat à calore eius. 2. Macha. 1. Tempus affuit, quo Sol reful-sit, qui prius erat in nubilo: & accẽsus est ignis magnus, &c. Item, Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram, id est, calo-rem. Item, quia ipse est pater plantarū spiritualium, id est, potius pullulationis spiritua-lis. Ioann. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fru-ctum multum: quia sine me nihil potestis facere. Sol autẽ intelligentiæ dicitur, quia so-lo oculo intelligẽtiæ lux eius apprehenditur: quia per eius radium, scilicet per spiritum intellectus, intelligentia illu-stratur.

¶ Lassati sumus, &c.] Hic tangit confessionem erroris impiorum circa propriam ui-tam. Et primò confitentur propriæ uitæ laboriositatem: secundò cæcitatem, [Viam autem domini] tertiò inutili-tatẽ, [quid ꝓfuit nobis, &c.] quartò instabilitatem. [tran-sierunt] lassati igitur sumus uirtute nostra [in uia iniqui-tatis] quò ad culpam in præ-senti. Ierem. 9. Vt iniquè age-rent, laborauerunt [& perdi-tionis] quò ad pœnam in fu-turo. Prouerb. 2. Iniqui de terra perdẽtur: & qui iniquè agunt, auferentur ab ea. Nec mirum si lassati sumus uirtu-te nostra, quia [ambulaui-mus uias difficiles] de sui na-tura, scilicet uiam peccatorū, quæ multum affligunt ani-mam in præsenti per cōscien-tiæ remorsum. Non enim pa-titur ordo diuinæ iustitiæ, ut uel ad momentum sit culpa sine pœna. Vnde Aug. Iussi-sti domine, & sic est, ut pœna sibi sit ipse inordinatus ani-mus. Ecclesi. 21. Viam pec-cantium complantata lapidi-bus. Sed contra Mat. 7. Lata porta, & spaciosa est uia, quæ ducit ad perditionem. Dicen-dū, quòd facilis est in ingres-su, quasi strata floribus, scili-cet ꝑsentis delectationis dul-core, & temporali iocundita-te: sed difficiles in progressu propter remorsum consci en-tię: difficilior in egressu pro-pter separationem a præsen-ti uoluptate: sed difficillima post egressum propter tor-mentum gehennæ [uiam au-tem domini,] scilicet qua do-minus uenit ad nos, qua nos imus ad eum, scilicet chari-tatem secundum illud Apo-stoli. 1. Corin. 12. Adhuc ex-cellentiorem uiam uobis de-monstro [ignorauimus] scili-cet ignorantia crassa, & affe-ctata: unde Iob 21. Qui di-cunt Deo: Recede à nobis: scientiam uiarum tuarum no-lumus. Ignorans tali ignoran-tia ignorabitur: ut dicit Apo-stolus. 1. Cor. 14. [Quid no-bis profuit superbia?] scilicet in honorum excellẽtia, quasi

dicat

di at nihil: immo potius nocuit: quia dicitur in Psal. Retribuet abundanter facientibus superbiam. Prouerb. 16. Contritionem præcedit superbia. Luc. 1. Dispersit superbos mente cordis sui. [aut diuitiarum iactantia] scilicet de exteriorum bonorū abundantia [quid contulit nobis?] quasi dicat, nihil Ecclesiast. 5. Qui amat diuitias, fructum nō rapiet ex eis. Item, Luc. 6. Væ uobis diuitibus, &c.

¶ Transierunt, &c.] Hic tangit confessionem instabilitatis status reproborū sub multiplici metaphora: primò sub metaphora umbræ: secundò nuncii. [tanquam nuncius] tertiò nauis, [& tanquam nauis] quartò auis [ut auis] quintò sagittæ, [aut tanquam sagitta.] [Transierunt (igitur) omnia illa] scilicet diuitiæ, delitiæ, & honores secularis potentiæ. Vnde 1. Ioā. 2. Omne, quod est in mundo, &c. & ibidē infra: Transit mundus, & concupiscentia eius, id est, cōcupiscibilia quę in eo sunt, scilicet quantum ad exteriorem figuram, nō quò ad substantiam. Vnde 1. Corin. 7. Præterit figura huius mūdi, [uelut umbra] scilicet mētem obscurando. Eccles. 34. Quasi qui apprehēdit uerbum, &c. sic qui attēdit ad insana mendacia: quia anima ex conuersione sui ad terrena obscuratur, & eclipsatur per interpositionem terræ inter eam, & uerum Solem. [Et tanquam nuncius præcurrens] suo transitu mentē amouendo. Iob 9. Dies mei ueslociores fuerunt cursore. [& tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam] tribulationes multas substinendo. Luc. 10. Turbaris erga plurima, [cuius cum præterit, non est uestigium inuenire,] scilicet in aqua. Prouerb. 30. Tria sunt mihi difficilia, &c. uia nauis in medio mari [neq; semitam carinæ illius in fluctibus] id est, paruæ nauis, quæ maiorem nauem solet comitari ad euasionem periculi. Vel carina potest dici media pars, uel medius locus nauis, secundū illos uersus:

Prora prior pars est nauis: pars ultima puppis.
Dic latus esse ratem, uentrem dic esse carinam.

[aut auis] scilicet cor in superbiam, & lasciuiam exaltādo. Prouerb. 10. Qui innititur mendaciis, hic pascit uentos: idem sequitur aues uolantes, [quæ transuolat in aere scilicet ueslociter [cuius nullum inuenitur argumētū, scilicet certū signum [itineris illius: sed tantum sonitus] auditur: sonitus, inquam [alarum uerberans leuem uentum] id est, aerem motum, secundum illud Damasceni. Ventus est

aer motus. [& scindēs]id est, diuidens [per uim itineris aerem]scilicet quietum. Sic sonus leuis famæ impios comitatur,secundum illud Psalm. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Isai.18. Væ terræ cymbalo alarum, &c. [commotisq; alis transuolauit]scilicet ad locum alterū. Ose.9. Effraim quasi auis euolauit. [& post hoc nullum signum] id est,certum iudicium [inuenitur itineris illius.] Prouerb.30. Tria mihi sunt difficilia,&c.uia aquilę in cœlo. Item Iob 28. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eā oculus uulturis. [Aut tanquam sagitta] scilicet cor lętaliter uulnerādo, [emissa in locum destinatum] à sagittario. Prouerb.7.Donec transfigat sagitta iecur [diuisus aer] scilicet per motum sagittæ [continuò in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius: sic & nos nati continuò desinimus esse]idest,cito post natiuitatem: uel statim desinere incipimus, secūdum illud Augu. Quid est uita nostra, nisi continuus cursus ad mortem? Glos. Sic etiam uitæ huius incertus, & instabilis est cursus. Iob 13. Homo natus de muliere,&c.& fugit uelut umbra. Vel,desinimus esse continuò pro peccati acceleratione, [& uirtutis quidem nullum signum ualuimus ostendere,] scilicet in uita nostra per bonam conuersationem. Matth.ult. Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur.Galat.ult. Stigmata domini Iesu in corpore meo porto, [in malignitate enim nostra consumpti sumus]per impœnitentiam finalē. Iob. 13. Qui quasi putredo consumendus sum. Ioan. 8. In peccato uestro moriemini.

¶ Talia dixerunt, &c.] Ecce confirmatio confessionis eorum per exempla conuenientia: primò per exemplum lanuginis: secundò spumæ. [& tanquam spuma]tertiò fumi. [& tanquam fumus] quartò hospitis, [& tanquam memoria,&c.] Talia ergo dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt] dixerunt (inquam) dictione interiori, per conscientiæ remorsum: & si non fortè dictione exteriori; cū sint in inferno sine corporibus usque ad diem iudicii: & sine organis corporeis,licet nō sine potentiis organorum. Luc.16. Eleuans oculos, id est, potentiam uisiuam, quæ organis oculorum usa fuerat in præsenti [in inferno, &c.] Quō sciebat author iste, ꝙ ita dixerunt in inferno, cum nūquam ibi fuisset; nec alius inde uenisset, qui ei retulisset: unde & supra cap.2. Non est agnitus, qui reuersus sit ab inferis. Potest dici, quòd hoc

hoc sciebat ex reuelatione spiritus sancti: quia secundum Ambr. Omne uerum à quocunq; dicatur, à spiritu sancto dictante profertur. Item 2.Pet.1. Spiritu sancti inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Vel [dixerunt]id est, dicere potuerunt, [quoniam &c.] quasi dicat,& uerum dixerunt,[quoniam spes impii] id est,temporalis prosperitas, in qua spem ponunt impii. Isa.28. Posuimus mendaciũ spem nostrã[tanquã lanugo] id est,flos cardui,quò ad carnis fragilitatem[quæ à uento tollitur].i.modico flatu.Glo. lanugo carnis fragilitatẽ exprimit, quæ uento egritudinis, uel molestia cito tollitur. Isa.40.omnis caro fœnũ &c. Et benè comparatur carnis fragilitas flori cardui, quia cito spinas & tribulos tentationum generat: unde Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi, [& tanquam spuma gracilis] ex agitatione generata [quæ à procella dispergitur &c.]dicit quantum ad iactantiæ uanitatẽ. Vnde Glos. Hic est appetitus humani fauoris, & iactantiæ uulgaris, quæ à procella dispergitur tribulationis & aduersitatis alicuius præsentis, uel æternæ. Oseę. 10.Trãsire fecit Samaria Regẽ suum, sicut transit spuma super faciem aquæ. Item Ierem.23. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum ueniet, [& tanquam fumus, qui a uento diffusus est]quantum ad uitę breuitatem. Iacob.4. quæ est uita nostra? uapor ad modicum parens[à uento diffusus est]quia.n. in altum tollitur, euanescere cogitur, iuxta illud Psal. Mox vt honorificati fuerint& exaltati deficient, quẽadmodũ fumus deficient. Gl. Sicut fumus uẽto dissolui tur,sic humana uita tẽporum mutatione [Et tanquã memoria hospitis unius diei prætereuntis]quãtum ad famę modicam durationem. Iob. 13. Memoria nostra comparabitur cineri. Hospiti comparat in hac uita existentem: quia peregrini & hospitæ quasi in aliena domo sumus, secundum illud Psal. Aduena sum ego apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Item Hebrę.11. Confitentes, quia peregrini &c. [prætereunti] quia quotidie de uita ad mortem transimus. Tren.1.O uos omnes,qui transitis per uiam &c.Item Eccles.1. Generatio præterit &c.[vnius diei]quia parũ hic stamus. Vnde Heb. 11.Non habemus hic manentem ciuitatem,&c.

Iusti autẽ in perpetuum.] Hic ponit iustorum & reproborum condignam & iustam retributionem. Et primò præ

mium iustorum: secundò supplicium reproborum [& accipiet armaturam] Iustorũ præmium duplex tangit: primò pro operatione boni; & secundò pro uictoria mali [deo accipient &c.] Iusti autem &c. quasi talis est uita impiorum. [autem] pro sed iusti econtrario [in perpetuum uiuent.] Glos. uiuent uita æterna: de qua Ioan. 17. Hęc est uita ęterna &c. [Et apud dñm] .i. in ipso dño per spẽ, secundũ Glo. in psal. Mihi autẽ adhærere Deo (.s. per charitatẽ) bonum est, ponere in dño Deo spem meam [est merces eorum]. Glo. i. laboris præmium. ipse enim est merces sanctorum. Genes. 15. Ego ꝓtector tuus, & merces tua magna nimis. Item Numer. 18. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel [& cogitatio eorũ &c.] quasi dicat: & meritò apud dñm est merces eorum, quia [cogitatio eorum] .i. tota sollicitudo, & intentio eorum per fidem [apud altissimum] secundum illud Psal. Iacta cogitatum tuũ in domino &c. Vel [cogitatio] .i. agnitio intellectus eorum, [apud altissimum] solum: iusti.n. solum de Deo, uel de iis, quæ ad ipsum habendum conferunt, cogitant, iuxta illud 1. Cor. 7. quę sine uiro mulier, cogitat quæ dñi sunt: Et quia tales sunt in præsenti, ideo [accipient regnũ decoris] .i. regnũ decorũ quantũ ad aureã, siue essentiale pmiũ. Mat. 5. Beati pauperes &c. [Et diadema speciei] id est speciosum. Glos. de uicto hoste: & hoc quantum ad aureolam, siue quantum ad premium accidentale. 2. Timoth. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ. Deuteron. 3. Exod. 25. [De manu Dei] uel [domini] .i. à Christo, qui dicitur manus, & brachium, & dextera Dei patris. Est.n. manus operando: omnia nãque per ipsum facta sunt. Ioan. 1. Brachium protegendo, secundum illud Psal. Brachiũ meũ cõfortabit eum. Dextera pręmiando. Matth. 25. Statuet oues à dextris, [qm̃ dextera sua teget eos] hic, & in futuro ab ira superni iudicis. Isa. 49. In umbra manus suę protexit me. Eccles. 34. Tegimẽ ardoris, & umbraculum [& brachio sancto suo] .i. suæ sanctæ potentiæ [defendet illos] scilicet ab impugnatione aduersarii: secundum illud Psal. Dominus defensor uitę meę, à quo trepidabo?

¶ Et accipiet armaturam &c. Hic tangit supplicium reproborum sub metaphora Regis arma mouẽtis cõtra suos aduersarios. Et primò describit regis propositum: secũdò eius apparatum. [Donec &c.] tertiò bellum [ibunt directè] quartò belli effectum [& ad here-

hęremum perducet] quintò belli remedium[melior est sapiētia.] Et accipiet armaturā .s.contra aduersarios[zelus illius] Prouerb.6. Zelus & furor uiri non parcet in die uindictæ: Arma autem eius sunt ueritas, iustitia,& iudicium, secundum glosam.[& armabit creaturam].s.tanquā exercitum suum, secundùm illud infra cap.16.Creatura tibi fortiori deseruiens exardescit aduersus iniustos ad ultionem inimicorum. Psal. Deus ultionum &c.[induet pro thorace iustitiam]Loricę comparatur iustitia,siue thoraci: quia sicut lorica totum corpus protegit: sic iustitia undique animam:unde 2. Cor.6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris.Isa.59. Iustitia inductus est pro lorica [& accipiat pro galea iudicium rectū] uel certum: iudicium rectum.i. discretio: & comparatur galeæ, quæ munimētū est capitis.i. rationis.Prouerb.16. Diuinatio in labii Regis, in iudicio non errabit os suum [sumet scutum inexpugnabile æquitatē]scuto,quod defendit loricā,comparatur æquitas: quia iustitiam facit irreprehensibilem.Isai.11. Arguet in æquitate pro māsuetis terrę[acuet autem diram iram] diram dicit ad differentiam iræ leuis, quo modò irascitur [in lāceā] Ira dei lanceæ comparatur, quia attinget etiam quæcunque remota & penetrabit. Ezechiel. 21. Gladium exacutus &c.Ideo Exod.15.misisti iram tuam, quę deuorauit eos sicut stipulam [& pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos]Gregor. offenso creatore,omnis creatura offenditur. Glos. creator per creaturam sibi subiectam corripit delinquentes. Horribile bellum erit illud: de quo Iob.41.Memento belli, nec ultra addas loqui.

¶ Ibunt directè &c.] Hic describit bellum nouissimum secundum diuersas acies creaturarum.Et primò introducit ignem impios debellantem: secundò aerem [& petrosa] tertiò aquam [& candescet] quartò uentum seu turbine, de terra procedentem[contra illos stabit spiritus uirtutis] Ibunt ergo.s.contra illos[directè emissiones fulgurū pro uoto] Glossa. i. pro uoluntate ductoris. Ecclesiast. 43. Accelerat coruscationes emittere iudicii sui.Item, in Psal. Fulgura coruscationum, & dissipabis eos [& tanquam a bene curuato arcu nubium] .i.tanquam iridis lineę depressæ sole superueniente [exterminabuntur]impii.Quasi dicat: sicut citò & faciliter dissoluitur arcus celestis: sic impii cito,& faciliter extermina buntur.i.extra terminos uitę

præ-

præsentis, & æternę ponētur. Baruc.3.Exterminati sunt,& ad inferos descēderunt. Psal. Arcum suum tetēdit &c. [& ad certum locum insiliant].s. ad malos tātum: ita quòd bonos non tangent. Supra cap. 3. Non tanget eos tormētum mortis[ad certū locum] Glos. Quācunque necesse erit: non enim potest esse confusum, quod diuina sapientia est ordinatum. Vnde in Aegypto terra Iessen nihil mali patiebatur a plagis Aegypto inflictis. Exod.9.[& à petrosa ira] petrosa dicitur ira illa propter effectum: quia petris semanifestabit,uel quia infrangibilis,& dura,sicut lapis:uel quia inferetur à Christo, qui petra dicitur. 1.Cor.10.Petra autem erat Christus. [plenæ mittentur grādines] .i.grossę & magnæ:uel[plenè].i.plenariè, siue abundanter, Psalm. Ignis grādo,nix, glacies &c. Iob.38. Nunquid ingressus est thesauros niuis. Apocal. 16. Grando magna sicut talētum descendit de cœlo in homines. Græci autem sic habent [Et tanquam à bene curuato arcu nubium, ad certū locum insilient:& à petras iaciente ira plenè.] Hæc litera planior est,& uidetur uerior: cum in græco uideatur compilatus liber iste, [& candescet].i.feruebit[in illos].i.cōtra illos [aqua maris.] fiet. n. feruidum, turbidum, & spumosum.Luc.21.In terris pręssura gentium prę confusione sonitus maris, & fluctuum. Erit enim unū de xv. signis secundum Hieron. quòd mare se eriget super altitudinē montium.[& flumina]aquarum dulcium[concurrent duriter].i.fortiter. Exo.15.submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. Vel [aqua maris].i.amaritudo infernalis. [cādescet in illos].i.stridebit & feruescet sicut aqua per iniectionem ferri calidi. Isa.14.Infernus subtus te cōturbatus est. [& flumina] .s. angustiarum[concurrent duriter.] quia ibi erit dolor de bonis amissis;pudor de malis commissis;timor de præsentibus suppliciis.[cōtra illos stabit spiritus uirtutis] .i. fortis uentus secundum illud Exo. 15.flauit spiritu tuus &c.procedēs de cauernis terræ, secūdum illud psal.Qui producit uentos de thæsauris suis.Item in Psal. In spiritu uehementi conteres naues Tharsis. Item Iob. 1. Ventus uehemens irruit à regione deserti. hic est spiritus procellarum, de quo in Psal.[& tāquam]tanquam est espressiuum ueritatis non nota similitudinis[turbo uenti].i.impulsus compositus ex contrariis uentis pulueri mixtis.[diuidet eos &c]uel spiritus potest dici sententia iudicis

dicis secundum illud Isa. 11. Spiritu oris sui interficiet impium. Et tunc ly [tanquam] nota est similitudinis non ex praessiuum ueritatis, cum dicitur [Et tanquam turbo uenti diuidet eos]. s. a bonis Iob. 27. tollet eum uentus urens, & uelut turbo rapiet de loco suo. Isa. ult. Ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadrigę eius. [& ad heremū] .i. locum horribilem, & sterilem, & omni bono carentem: de tali loco Deuter. 32. In loco horroris, & uasle solitudinis [omnē terram]. i. terrenos [perducet iniquitas illorum]. i. propria iniquitas non aliena erit causa, quare illuc perducentur, secūdum illud Isa. 50. Ambulate in flammis quas succendistis uobis; uel secundum aliam literam. [terram iniquitatis eorum dicit] quia secundum psal. ignis ante ipsum iudicem praecedet: qui superficiem terrae, in qua factae sunt iniquitates eorum exuret, & aridā reddet. [& malignitas] quam exercuerunt, quę sonat in deterius. [euertet]. i. causa erit euertendi. [sedes potentum]. i. regna ciuitates, & castra, turres, & tribunalia. Eccl. 10. sedes ducum superborū destruet Dominus. Aliter exponit Glosa praecedentia. s. de pręsenti expugnatione impiorum infidelium, & haereticorum per Christū, & ecclesiam coruscatione miraculorum grandine increpationum. Inundatione tribulationum: turbine persecutionum, depraessione potētium. Melior est sapientia &c.] q. d. ex quo sic tractantur potentes insensati. [Melior est] idest utilior. [sapientia] dederimus quae secundum glossam super animam bene regit [quam uires corporis] quae saepe in peccata praecipitant. Eccles. 9. Dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. [& uir prudens] in rebus humanis, secundum Glosam nō tantum eloquio. [magis quā fortis] Glosa, corpore. Vnde in tali fortitudine non est gloriandum, secundum illud Iere. 9. Non glorietur fortis in fortitudine sua.

CAPVT SEXTVM.



ELIOR est sapientia, quàm uires: & uir prudens, quàm fortis. Audite ergo reges, & intelligite: discite iudices finiũ terræ. Præbete aures uos, qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas uobis, & uirtus ab Altißimo, qui interrogabit opera uestra, et cogitationes scrutabitur: quoniam cùm eßetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum uoluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit uobis: quoniam iudicium durißimum in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec uerebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior cruciatio. Ad uos ergo reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè uidetur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat qui se cõcupiscũt, ut illis se prior offendat. Qui de luce uigilauerit ad illam, non laborabit: aßidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitate ergo de illa, sensus est consummatus: & qui uigilauerit propter illam, citò securus erit. Quoniam dignos se, ipsa circuit quærens, in uiis

ostendit

ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. Initium enim illius uerissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legũ, consummatio incorruptionis est: Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ò reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis. Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam: & non abscondam à uobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo ueritatem: neque cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit uobis.



VDITE ergo reges &c.] Postquã monuit principes & potentes ad iustitiam: hic incipit eos monere ad sapientiam inquirendã, & amandam. Et primò ratione sumpta ex periculo officii eorum, quos monet, secundò ratione sumpta ab exemplo eius, qui monet. s. cap. 7. tertiò ratione sumpta à multis beneficiis sapientiæ, ad quam monet. s. à 10. cap. usq; in finem. In prima primò tangit insipientium rectorum pœnam & supplicium: secundò econtra sapiẽtium rectorum præmium. [ad uos ergo] tertiò monet utrosque concupiscere sapientiã. [concupiscite &c.] quartò promittit se docere eam. [Quid est autem sapientia.] In prima primò petit à rectoribus audientiam: secundò subdit audiendi causam. [Quoniam data est &c.] Audite ergo &c.] q. d. ex quo ita est utilis sapientia; audite ergo auditu exteriori [reges] Glosa, prælati [& intelligite] auditu interiori. Prou. 1. Audiens sapiens, sapientior erit, & intelligẽs gubernacula

la poſſidebit. Matth. 13. Qui habet aures audiendi audiat. [Diſcite iudices finium terrę].i. terrarum diſtinctarum, ſeu prouinciarum. Reges dicuntur prælati à bonum dirigendo: iudices inter bonũ & malum diſcernendo. Diſcite (inquam) ſapientiam: quia iudicibus neceſſaria eſt: Vnde Deut. 1. Date ex uobis uiros ſapiētes & ignaros[& prębete aures ueſtras].ſ. exteriorem, & interiorem[qui continetis à malo]cohibendo[multitudines populorum] uobis commiſſas. Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis [Et placetis uobis in tenebris regionum]. i. in prælatis ueſtris gloriamini contra quòd dicit Gregorius in Paſtorali: Totiens pręlatus in apoſtaſię crimen labitur, quotiens præeſſe hominibus delectatur. [Quoniam data eſt &c.] Hic ſubdit audiendi cauſam. ſ. ut poſſint euadere pœnam pro abuſu poteſtatis infligēdam. Et primò tangit collationem poteſtatis: ſecundò abuſum collatę. [Quoniam cum eſſetis] tertio iudicium pro abuſu. [horrendæ &c.]quarto iudicis æquitatem [Non enim ſubtrahet.] Quoniam &c.] Et audire debetis.[Quoniam data eſt uobis à Domino poteſtas.] Vnde Rom. 13. non eſt poteſtas, niſi à Deo.[poteſtas:]Gloſa, iudiciaria in terra .ſ. quò ad ſententiæ diffinitionem. Ioann. 19. Non haberes poteſtatem aduerſum me ullam niſi datum tibi eſſet deſuper. [& uirtus]Glo. puniendi quò ad potentiæ executionē. Vel poteſtas in cauſis ciuilibus: uirtus in cauſis criminalibus. [ab altiſſimo]. ſ. Deo ſupra nos conſtituto Pſal. Tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram [qui interrogabit]Gloſa, in iudicio. Luc. 15. Redde rationē uillicationis tuæ. [opera ueſtra].ſ. exteriora. Eccl. ult. cuncta, quę fient adducet Deus in iudicium. &c. Non enim ita dedit poteſtatem, quin exigat rationē: ideo Eccl. 18. Ante iudicem interroga teipſum: Et ante Deum inuenies propitiationem. [Et cogitationes ſcrutabitur.]. i. opera interiora Glo. tanquam de omnibus iudicaturus ſupra. 1. In cogitationibus impii interrogatio erit [ſcrutabitur] Sophon. 1. ſcrutabor Hieruſalem in lucernis. Nec ſolum ſcrutabitur; ſed etiam manifeſtabit. Vnde. 1. Cor. 4. Illuminabit abſcondita tenebrarum: Et manifeſtabit conſilia cordiũ. Notandum autem, quòd triplex fiet prælato interrogatio. Prima qualiter intrauit. Matth. 22. Amice quomodo huc intraſti &c. Secũda qualiter uixit. Iſa. 22. Quid tu hic? quis hic. Tertia qualiter

rexit

rexit: Et custodiuit gregem si bi commissum. Ierem. Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclitum tuum? [Quoniã cum essetis &c.] Benè dixi quod interrogabit &c. Et meritò] quoniam cum essetis ministri] tum domini [regni illius] .i. ecclesiæ militantis. 1. Pet. 5. nõ dominantes in clero; sed forma facti gregis ex animo. Item. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi &c. [Non rectè iudicastis] .s. alios. Vnde Isa. 1. Pupillo non iudicant, & causa uiduę non ingreditur ad eos. Item Ierem. 5. causam uiduę nõ iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt. [Neque custoditis legem iustitiæ.] .s. uobis ipsis. in Psal. Non custodierunt testamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Isa. 59. conuersum est retrorsum iudicium, Et iustitia longe stetit. Item. Iere. 5. Hi magis confregerunt iugum, ruperunt uincula. [Neque secundùm uoluntatem Dei ambulastis] peccando contra deum. Ier. 7. Abierunt in uoluptatibus, & prauitate cordis sui mali. Vel potest dici, Quod tangit triplicem modum, quo dicitur sententia iniusta: primò ex causa, quando. s. non subest causa iusta: secundò ex ordine, ut quãdo non seruatur ordo iuris: tertiò ex animo, ut quando corrupta intentione proceditur contra aliquem; contra quòd dicitur. Deut. 16. Iuste quod iustum est, exequeris. [horrendè] i. terribiliter Heb. 10. Horrẽdum est incidere in manus dei uiuentis. [& citò apparebit uobis.] Vnde Sophon. 1. Iuxta est dies domini, magnus & uelox nimis: Et licèt dies iudicii generalis longè sit: tamen dies particularis iudicii .i. mortis propè est. Vnde Eccl. 38. Memor esto iudicii mei: sic enim erit, & tui: mihi heri, & tibi hodie. Et uerè horrendè apparebit uobis prælatis: quoniam iudicium durissimum in suis, qui præsunt, fiet. Durum quidem, quia malè intrauerũt, durius quia malè uixerũt, durissimũ qa malè rexerũt. Vel durum ꝓpter peccata subditorũ, durius pp peccata ministrorum, durissimũ pp multitudinem & enormitatẽ propriorũ peccatorum. Durius punientur prælati ꝙ cęteri, primò ratiõe commissi, ſm illud Luc. 12. cui plus cõmodauerint, plus ponant ab eo: ratione peccati, quia cæteris paribus grauius est peccatum prælati, ꝙ subditi. Ier. 5. Ii magis fregerunt iugum &c. Ratione damni, quia .s. alios suo exemplo corrumpunt. Greg. Cum pastor per abrupta graditur, necesse est, ut in præcipitium grex sequatur. Ratione scandali:

dali: quia ecclesiam scandalizant. Vnde Malach. 2. Scandalizastis plurimos i lege. Ratione iudicii, quia scilicet hic non iudicamur, secundum illud Psalm. Tibi soli peccaui &c. & ideo in futuro simul & totaliter durius iudicabũtur: secundum illud 2. Machab. 6. Non enim sicut in aliis dominus patienter expectat, ut cum iudicii dies aduenerit, eos in plenitudine puniat. Ratione officii: quia etiam officium suum indignè exercendo, peccant. Rom. 2. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. [Exiguo enim].i. infirmo & humili. Vnde Glosa: Iis, qui per ignorantiam, uel fragilitatem, uel necessitatem peccauerunt: Et humili pœnitentia doluerunt. [concedetur misericordia] Glosa. remissio peccatorum quò ad pęnam; siue ex toto, siue ex parte, hic, uel in futuro. Isaia ult. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum &c. [potentes autem] id est potestate abusi in peccatum. [potenter] .i. fortiter illata [tormenta patientur.] quia pro peccatis suis, Et subditorum suorum. Vnde Num. 25. Tolle cũctos principes, Et suspende eos cõtra solem in patibulis. Item 3. Reg. 20. Custodii uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Item Ezechiel. 32. Loquẽtur et potentissimi robustorum de medio inferni. [Nõ enim subtrahet dominus].s. à punitione, & tormẽto. [personam cuiusquam].s. parui uel magni priuato amore. Ezechiel. 18. Vnumquẽque iuxta uias suas iudicabo domus Israel, dicit dominus. Act. 10. Non est personarũ acceptor deus. deinde reddit causam dicens. [qui est].i. quia ille est [omnium dominator] Apoc. 19. Rex regum, Et dominus dominantium. [nec uerebitur magnitudinem cuiusquam] .s. ex timore: quoniam ipse est dñs, Et rex magnus super oẽs deos: ut dicitur in Psal. & iterum: Magnitudinis eius non est finis. Vnde improportionabiliter superat omnem aliam magnitudinem [quoniam pusillum & magnum ipse fecit.] Malach. 2. Nunquid non unus est pater omnium uestrum? nunquid non unus deus creauit nos? Et quia omnes creauit, ideò omnes tàm paruos, quàm magnos sicut creaturas suas iudicabit. Apocal. 20. Vidi mortuos pusillos, & magnos stantes in conspectu throni. [Et æqualiter est cura de omnibus] Contra. 1. Cor. 9. Nunquid de bobus cura est deo? q.d. non. Dicendum quòd cura disciplinę solum est deo de rationalibus: sed cura prouidentię est illi de omnibus. Sed si ęqualis

est ei cura prouidentiæ de bonis & malis: ergo non differt apud illum bonum esse, uel malum. Respon. dicendum, quòd loquitur prouidentia naturali, nō de gratuita. Vel [æqualiter] .i. similiter. Et quamuis æqualiter fit ei cura de omnibus; non tamen omnes puniet equaliter. [autem] pro sed [fortioribus] in malo. [fortior instat cruciatio] in supplicio: ut patet in Lucifero, & aliis demonibus.

¶ Ad uos ergo &c. Hic determinat, & ostendit sapientiū rectorum præmium: & primò excitat ad sapientiam: secundò sapientium subdit mercedem, uel mercedis declarationem. [Ad uos ergo &c.] quia fortioribus fortior instat cruciatio. [Ad uos ergo ò reges &c.] Glos. finito sermone ad potentes, conuertit se ad rectorum ecclesiæ exhortationem, Glos. [ò Reges] .i. ecclesię rectores, uel omnes, quibus animarum suarum regimen commissum est. [Ad uos sūt ij sermones mei] .s. de studio, & amore sapientię. Vnde sequitur [ut discatis sapientiam] Glosa, diuinā, non mundanam. De utraque .1. Cor. 3. si quis uidetur inter uos esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. [Hi sermones] audiendi & retinendi, & opere implendi, Secundum illud Ier. 15. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos [& non excidatis] .s. à iustitia per præuaricationem mandatorum Dei, secūdum Glossam. Sapientia enim est sal, custodiens à putrefactione peccati: negligentia autem sapientiæ facit ruere in peccatum. Vnde Prou. 18. Qui euitat dicere, incidet in mala: quia in malum culpæ, & in malum pœnæ. Et benè dixi, ut discatis sapientiam, ne excidatis à iustitia [qui enim custodierint iustitiam] quæ est uia ad sapientiam; secundum illud Eccl. 2. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiam. [iustè iudicabuntur.] Glossa: Iustitię suæ præmium accipiet. .s. in bene. Vnde Isa. 3. Dicite iusto, quoniam bene: quoniā fructum adinuentionum suarum comedet. Item Ezech. 18. Iustitia iusti sup eū erit. Luc. 6. in qua mensura mensi fueritis, &c. [& q didicerint] .s. per sapientiam. [iusta] Glossa rectam fidem & opera [inuenient quid respondeant in iudicio] .s. de peccatis sibi obiectis. Abacuc. 2. Super custodiam meam stabo &c. contemplabor ut uideam, quid dicatur mihi. Et quid respondeam ad arguentem me.

¶ Concupiscite &c.] Hic monet rectores tā bonos quàm malos concupiscere sapientiam. Et primò ponit exhortationem ad concupiscendum

eam. Secundò facilitatem acquirēdi ipsam. [clara est &c.] Tertiò utilitatem acquirendi ipsam. [cogitare &c.] Quartò monet diligere eam. ibi [si ergo delectamini] Concupiscite ergo &c. ex quo tam utilis est sapientia quòd facit non excidere à iustitia &c. [concupiscite ergo sermones meos.] audiendos de sapientia. Eccle. 24. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me. [& diligite illos]. s. iam auditos Secundum illud Psal. Dilexi mandata tua super aurum &c. [Et habebitis disciplinam]. s. per ipsos sermones meos. Glosa. Qui diligit sapiētiam, seruat in moribus disciplinam secundum illud Ioā. 14. Si diligitis me, mandata mea seruate.

¶ Clara est] Hic ostendit facilitatem acquirendi sapientiā. Primò per hoc quòd clara est ad uidendum: Secūdò quòd est spontanea ad se ostendendum. [præoccupat.] Tertiò quia proxima ad ingrediendum [qui de luce uigilauerit] &c. [Clara est &c.] q. d. & debetis eam concupiscere: quia [clara est sapientia] sui. s. pulchritudine, & euidentia, quia . s. lux est. Vnde infra cap 7. Proposui pro luce habere illam. [& quæ nunquam marcescit]. i. a sua pulchritudine deficit. Vnde Glos. Decor sapientiæ immarcescibilis est. Non enim subiacet tempori, sed est supra tempus. s. diuina sapientia [& facile &c.] q. d. Nec desperandum de ea acquirenda [quia facile] uidetur oculo. s. intellectus. [Ab hiis qui diligunt illam] affectu. Vnde Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum: & manifestabo ei me ipsum: Dilectio enim purgat, & illuminat interiorem oculum ad uidendum. Vnde Eccl. 2. Qui timetis dominum diligite illum; & illuminabuntur corda uestra. [& inuenietur ab hijs qui quærunt eam.] effectu. Luc. 11. Quærite, & inuenietis. s. si quæratur ubi debet: nō enim inuenietur in terra suauiter uiuētium. Iob. 28. sed in asperitate uictus, & pœnitentiæ. Vnde Daniel; inuenieт sapiētiam merito abstinentię suæ: ut patet Dan. 1. [præoccupat]. s. antequam studio quærentis inueniatur. Glos. gratis se offerens: ipsa enim est uita. Vnde per eam itur ad ipsam, & peruenitur. [præoccupat] inquàm. i. præuenit eos. [qui se concupiscunt] ut illis se prior ostendat: quia illam nō inuenirent, nisi præuenti & illuminati ab ea: sicut lux solis illuminat ad se ipsam uidendum. Bernar. Vera sapientia, quæ Christus est, inueniri potest, præueniri non potest. [Qui de luce &c.] Benè dixi:

dixi: ꝙ inuenitur à quærentibus:quia[qui de luce].i.statim cum lux oritur. Glosa. a principio lucentis fidei non de nocte sicut peccatores semper in nocte manentes: sed sicut iusti: de quibus Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splēdēs &c,Infra.1.Tessal.5. Oēs filii lucis estis. [uigilauerit ad illam] contra neglıgētiam. Prou.8.qui mane uigilauerint ad me, inuenient me.[Non laborabit]quia dulcedo rei quæsitæ & inuentæ [alleuiabit laborem] Eccl.6. In opere eius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. [Assidentem autem &c.] hoc est inquiete & sine motu paratam intrare, sicut solis radius assidere fenestræ clausæ. [Assidentem] inquam illam[foribus suis].s. spiritualibus,intellectui.s.Et affectui[inueniet eam]Apoc. 3. Ego sto ad hostium & pulso &c.ipsa etiam fores habet, per quas intratur ad eam. Vnde Prou.8.Beatus homo,qui audit me, & uigilat ad fores meas quotidie,quę sunt,fides,& charitas:per fidem intrat ad eam intellectus, per charitatem affectus.[Cogitare quoque de illa &c.] hic ostendit acquirentium utilitatem. Primò in præsenti:secundò in futuro. [Initium &c.] Vtilitas in præsenti ostenditur quadruplex.Primò sensus in rationali. Secundò securitas in irascibili.[Et qui uigilauerit.]Tertiò hylaritas in cōcupiscibili.[quoniam dignos &c.] Quartò prouidentia futurorum. [& in omni prouidentia.

¶ Cogitare quoque de illa,] q. d. non solum uigilanti, & quærenti datur.[sed& cogitare de illa]non simplici cogitatione sed affectiua.Vn Glossa,diuinæ contemplationis. Eccl.14.Beatus uir,qui in sapientia morabitur, & in sensum cogitabit circumspectionem Dei. [Sensus est consummatus].i. perfectus, quia sapientia perficit sensum hominis:quia secundum Hug. de S. Vict. Sapientia est, in qua perfecti boni forma consistit. Vel cogitare de illa sensus est consumatus .i. tunc perfectę sensus ordinatus,cum studet sapiētiæ, secundum illud August. finis hominis in uia est perfectè quærere ueritatem [& qui uigilauerit]Glo.intētione mentis [propter illam acquirendam uel custodiendam,citò erit securus.s.à malo:quia eius adeptio est uera securitas, secūdum Glossam. Pro.11.qui cauet laqueos,securus erit. Hæc est bona securitas,de qua Prou.15. secura mens,quasi iuge conuiuium. [Quoniam dignos se.] Quasi benè dixi,quod cito erit securus. [Quoniam dignos se

ipsa].s.mundus corde & corpore. Vnde supra.1. in maliuolam animam nō introibit sapiētia &c. [circuit quærēs] id est ex omni parte continuè se offerens & indesinenter, quę indesinentia & continuatio datur intelligi per hoc, ꝙ dicit, [circuit.] motus enim rectus nō sic potest continuari, sicut circularis. Sic circuibat sapientia incarnata, ut patet. Mar.6. [& in uiis suis].s. præceptis & consiliis obseruatis: de quibus Prouerb.3. Viæ eius uiæ pulchræ, & semitæ illius pacificæ. [ostendet de illis] secundum illud Psal. A mandatis tuis intellexi.[hilariter] eos lætificando.s.de hoc quòd ipsa gratis se dat eis.1.Cor.9. hilarē datorem diligit Deus: sic etiam homo. vnde Seneca: quātum addis moræ, tantum subtrahis gratiæ[& in omni prouidentia] de futuris perfectè eis prouidendo necessaria ad salutem.[occurret illis] Glos. Adiutrix, sicut sapientia incarnata resurgens, occurrit mulieribus. Matth.28.

¶Initium &c.] Hic tanguntur gradus gloriæ per sapientiam acquirendæ. Et primò tangit initium Secundò profectum.ibi.[Cura ergo.] Tertiò consummationem.[custoditio autem legū &c.] Quartò consummationis finem. [concupiscentia igitur.] Gradus ergo primus.i initium sapientiæ concupiscentia disciplinæ: ex concupiscentia disciplinæ, dilectio: ex dilectione custodia legis Dei: ex custodia diuinæ legis incorruptiō mentis, & proximitas diuinę similitudinis: ex diuina similitudine, gloria regni cœlestis: ergo à primo ex concupiscentia sapientiæ habetur gloria cœlestis: hoc est quòd uult dicere[Initium.n.illius] scilicet sapientiæ &c. q.d. ita occurrit & ostendit & sapiētia. Nec est inutilis eius ostēsio, & occursus.[Enim]quia [initium illius]. s. per quod homo incipit fieri sapiēs. Nemo repente fit summus, ut dicit Glos. [est uerissima disciplinæ].i. sapientiæ [concupiscentia.] De hac concupiscētia dicitur in Psal. Concupiuit aīa mea desiderare &c. Concupiscentia enim sapientiæ est aliqua pars sapientiæ secundum illud Eccles.6. Si dilexeris audire, sapiens eris. Sed uidetur, quòd timor non amor sit sapientiæ initium: quia dicitur Eccl. Initium sapientiæ timor domini. Dicēdum quod timor est initium primum: sed amor proximū: uel, timor initium extrinsecum, amor initium intrinsecum. Verissima autem concupiscentia dicitur hic contra triplicem uanam concupiscētiam: de qua prima Ioan.2.

Omne,


Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis &c. quæ est ex triplici uanitate: de qua Eccl. 1. Vanitas uanitatum &c. [cura ergo &c.]. q. d. ex quo ita est, ꝙ concupiscentia disciplinæ est initium sapientiæ.[ergo cura disciplinæ].i. concupiscentia disciplinæ.[est dilectio].i.causa dilectionis ipsius sapientiæ: quod enim concupiscimus, diligimus cum habemus. Et nota quòd idem uocat sapientiam, & disciplinam: quod idem sunt in re, licet differant ratione: quia sapientia dicitur in quãtum mente interius delectabiliter afficit: disciplina in quantum actiones exteriores ordinat & disponit. Vel sic concupiscentia &c. est dilectio. i. causa dilectionis diuinæ, infra 7. Neminem diligit deus, nisi eum, qui cum sapiẽtia inhabitat. Hæb. 12. quòd si extra disciplinã estis, ergo non filii, sed adulteri estis. [Et dilectio, custodia legum illius] id est causa custoditionis. Roman. 13. plenitudo legis est dilectio. i. causa impletionis diuinæ legis. 1. Timot. 1. finis præcepti est charitas [legum].s. naturalis, Mosaicæ, & Euãgelicæ: de quibus Isa. 24. Ingressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. [Custoditio autem legum, consumma-tio incorruptionis].i. causa consummatæ incorruptionis spiritualis, scilicet tam mentis, quàm corporis in præsenti uel incorruptionis. i. immortalitatis in futuro secundum glossam Prouerb. 3. custodi legem meam, atque cõsilium meum: & erit uita animæ tuæ. Incorruptio autem facit esse proximũ Deo. Vnde de uirginibus cantatur, ꝙ sequuntur agnum quocunque ierit. Apoc. 14. Concupiscentia utique sapientiæ, quę est eius initium. [deducet ad regnum perpetuum.] Glos. ꝙ est in cognitione diuinitatis; secundũ illud Ioan. 17. Hæc est uita ęterna, ut cognoscant te Deum uerũ &c. [si ergo delectamini &c.] q.d. ex quo dat regnum perpetuum.[ergo si delectamini in sedibus, & sceptris,] Glos. Reges ammonet diligere sapientiam, sine qua regnare non possunt: tunc enim benè regitur res publica, cum philosophi regnant, & reges philosophantur. Meritò ergo rectores ecclesię assidui sunt in diuinæ legis meditatione: qui enim eam discendo, docendo, operãdo sequitur regni cœlestis coronam assequetur. [Si ergo delectamini in sedibus] iudiciarię potestatis, & in sceptris Regiæ dignitatis, secundum illud Matt. 24. Amant primas cathe-

cathedras &c. Alia littera habet [in sensibus] quò ad discretionem [& in schematibus] quò ad dignitatem [si delectamini] inquam ò Reges populi. i. rectores maiores. & prælati, tam seculares quàm ecclesiastici [diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Prou. 8. Per me Reges regnãt. [Diligite lumen sapientiæ] ad illuminationem animarum infra 7. luci comparata, inuenitur prior: quia illuminat spiritualia, quod maius est, quàm illuminare corporalia [omnes qui præestis populis &c.] i. uos etiam minores principes & prælati.

¶ Quid autem est.] Hic ultimò se promittit docere sapiẽtiam: Et primò tangit doctrinæ manifestationem; secundò docendi fidelitatem. [& ponã in lucem.] tertiò audiendi utilitatem. [multitudo autẽ &c.] Quartò subiungit suam ad audiendum exortationem. Ergo accipite. [Quid autem est sapientia.] q. d. imitamini uos ad sapientiam & ut acquiescatis, [referam &c.] Vel sic continuandum: hucusque monui ad sapientiam. [Autem] pro sed, amodo [referam quid est sapiẽtia &c.] Ecce magna promissio: abscondita enim est ab oculis omnium uiuentium. Iob. 28. ueruntamen reuelatione spiritus sancti nosci potest. [quid est] inquàm [sapientia.] increata. i. qualis: de ipsa enim nõ potest sciri. s. secundum essentiam quid sit, nec dici: sed qualis: quoniam bona, æterna, omnipotẽs &c. De sapientia uerò creata sciri potest, & dici quid sit. Vnde Augustin. Sapientia est cognitio rerum diuinarum [& qualiter, & quemadmodum facta sit]. i. qualiter genita de patre s. æterna sapientia, quæ est dei filius. 1. Cor. 1. Christum dei uirtutem & sapientiam. [uel quemadmodum facta]. i. creata: si exponatur de creata. Eccles. 24. Primò omnium creata est sapientia. Item ibidem: Ab initio, & ante secula creata sum. i. disposita creari. [Et non abscondam à uobis sacramentum dei]. i. sacra. & secreta opera sapientiæ Dei. Contra Tob. 12. Sacramenta regis abscondere bonum est. Dicendum, quòd temptatoribus debet abscondi, amatoribus debet reuelari. Vnde Ioan. 14. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis. Item, abscondẽda superbis sapientibus, sed reuelãda paruulis humilibus. Vnde Matt. 11. Abscondisti hoc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Item, non gulosis, sed abstinẽtibus: ut patet Dan. 1. [sed ab initio natiuitatis]. i. humanæ, uel ipsius sapientiæ [inuestigabo]

bo] ostendendo ipsam à deo patre procedere. [Et ponam in lucem] .s. manifestationis [scientiam illius.] clarè docēdo. Ecclef. 24. Qui elucidant me, uitam æternam habebũt. [& non præteribo ueritatē] falsa admiscendo. Ecclef. 37. Ante omnia opera uerbum uerax præcedat te. Aug. bonorum ingeniorum insignis indoles est, in uerbis uerum amare, non uerba. [Neque cũ inuidia tabescente] .i. tabescere faciente. Prouer. 14. Putredo ossium inuidia. Item in Psal. Peccator uidebit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. [Iter habebo] quia pessima est socia: deuorat. n. hominem sicut fera. Gen. 37. Fera pessima comedit eum: bestia deuorauit Ioseph. Talis erat Moyses. i. non inuidus: dicebat. n. Quis mihi tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis spiritũ tuum? Num. 11. [quoniam talis homo] .s. inuidus. [non erit particeps sapientię] Vnde supra cap. 1. In maliuolam animam &c Eccl. 14. Homini liuido. i. inuido ad quid aurum. i. sapientia, q̃ aurum appellatur propter suā pręciositatē: preciosior est. n. cunctis opibus. Prou. 3. [Multitudo autem &c.] q̃uasi & de betis audire. [autem] pro quia [multitudo sapiētium] Glossa. ortus prædicatorum. [sanitas est orbis terrarum]. i. causa sanitatis. Prouer. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa concilia. Qui ergo obuiat sapientum multiplicationi, uel multitudini, obuiat orbis saluti. Et ideo talis debet esse odio toti orbi. Tales erant, de quibus dicit Apostolus in frà Thessal. 2. Deo non placēt, & omnibus hominibus aduersantur. [Et rex sapiens populi stabilimētum est.] Eccl. 10 Iudex sapiens iudicabit populũ suum: & principatus stabilis sensati erit. Hoc autem maximè competit Christo, in cuius persona dicitur: Salus populi ego sum. Et quia ita est utilis sapientia, [ergo accipite disciplinam]. i. sapientiam [per sermones meos] excitatiuè, si ue occasionaliter: sed per inspirationem diuinam effectiuè, & causaliter. Vnde Eccle. 1. Omnis sapiētia a Domino deo est. [Et proderit uobis.] quia dicitur Ecclef. ult. uerba sapientum quasi stimuli scilicet prouocando ad bonum. Et quasi claui in altum defixi conseruendo a casu in malum.

CAPVT SEPTIMVM.



VM quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terre no illius, qui prior factus est, & in uentre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factā decidi terram, & primam uocem similem omnibus emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, et similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omnem aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententiā, & præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniā

ipse

ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina. Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam ueram: ut sciam dispositionem orbis terrarum, et uirtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem temporum, uicissitudinum permutationes, & consummationes temporum, morum mutationes, & diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones: naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia: Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim uirtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei syncera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit: candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest: & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non uincit malitia.

SVM quidem & ego] &c. Supra monuit rectores ad acquirēdam sapientiam,& amandam,per rationem sumptā ex periculo officii sui: hic exemplo sui. Et primò ostendit qualiter sapientiam acceperit. s. in isto cap. Secundò quantum eam amauerit. s. 8. Tertiò quantum deuotè eam à domino quæsierit. s. cap. 9. In parte prima, ut ad proposi tū descendat, primò humanæ fragilitatis miseriam describit: Secundò ostendit quòd hæc occasio ipsum ad acquirendam sapientiam prouocauit. [propter hoc optauit &c. Tertiò ostēdit à quo edoctus fuerit. [mihi autem.] In prima primò tangit naturæ humanæ defectibilitatem. Secundò conceptionis humanæ uilitatem [& in uentre] Tertiò natiuitatis conditionem [& ego] Quartò educationis laborem. [& in uolumētis.] Quintò miseriæ communitatem. [nemo enim &c.]

¶ Sum quidem &c.] Ita monui uos accipere disciplinam sapientiæ per sermones meos: & hoc potestis non solum per sermones meos, sed etiam exēplo meo. quia [& ego sum] quidem. hoc est certè [mortalis homo] sicut uos. [mortalis [in quam. i. potens mori ex prima conditione, sed necesse habens mori ex prima transgressione: homo enim, secundum Boetium, est animal rationale mortale. Item Rom. 8. Corpus quidem mortuū est propter peccatum. i. necessitati moriendi addictum [similis hominibus] aliis in hac conditione mortalitatis. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quę non reuertuntur. [Et ex genere terreni illius]. s. Adę præuaricatoris [qui prior factus est] de terra. s. Vnde Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Item. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus. Item ibidem, qualis terrenus, tales & terreni. [Et in uentre matris figuratus sum caro.] Secundum enim Aug. in lib. 8. quæstio. primis sex diebus semen est quasi lac: reliquis. 9. conuertitur in sanguiuem: reliquis. 12. figuratur in carnem. reliquis. 18. formatur in corpus organicum. Et tunc anima circa. 45. uel. 46. diem infunditur corpori: toto uerò reliquo tempore post animæ infusionē corpus uegetatur, & augetur. [decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis] secundùm physicos, ut dicit Glossa. mulieris sanguinolentum est, semen uiri candidū: ex quorum commixtione unius tanquam passiui, & alterius tanquam actiui fit coagulatio. Iob. 10. Nonne sicut lac mul-

mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti. Hęc autem coagulatio fit in prima parte decem mensium: ipsa uerò tota mora formationis tempus est. 9. mēsium. Vnde. 2. Machab. 7. Miserere mei fili, quę te. 9. mensibus portaui. Ratio, sicut dicit Glos. quidam nasci tur mense septimo; quidam octauo, quidam nono: sed qui in decimo perfectiores & sani tatiui esse dicuntur. Christus autem, secūdum Glossam, fuit in utero matris. 9. mensibus, & sex diebus. Vnde quòd ait [decem mēsium] synecdochicè accipitur: fuit enim ab viii. Kal. Aprilis, usq; ad viii. Kal. Ianuarii. [Et delectamento somnii conueniente, uel conuenientis]. i. actu delectabili communis dormitionis uiri cum muliere. Hæc autem delectatio comparatur delectationi somnii: quia rationem ligat, & citò transit sicut delectatio somnii. [& ego natus accepi communem aerem] ad necessitatem respirationis. Eccles. 3. Similiter spirant omnia [& similiter decidi de uentre] matris. [in terram factā] scilicet à Deo. Genes. 1. & hoc quantum ad necessitatem uitæ, & sustentationis. [& prima uocem similem de omnibus]. s. nascentibus [emisi plorans.] Dicit Augu. quòd puer à prolatu suo incipit, propheta tuę calamitatis: solum autem quando natus est, ferūt i. dicunt risisse Zoroastrem. Regem Bauanorum. Solus etiam Ioann. Baptista contra legem nascentium natiuitatē suam, lætitia, & exultatione præuenit. Luc. 1. Exultauit in gaudio infans in utero meo, [in uolumentis]. s. pannorum nutritus sum. Luc. 2. Pannis eum inuoluit. [& curis magnis.] 2. Macab. 7. Triennio lac dedi, & in hanc ætatē perduxi. [Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.] quia in naturalibus non est differentia inter reges & subditos, sed in bonis fortunæ. [Vnus ergo est introitus ad uitam]. s. per temporalem natiuitatem ita uilem, ut dictum est; [& similis exitus] s. per mortem ita asperam, sicut describitur Ecclesiast. ult. Item, unus est introitus. s. per pauperem natiuitatem: & similis exitus. s. per mortē pauperrimā; Iob. 1. Nudus egressus sum de utero matris meę, & nudus reuertar illuc. Eccl. 5. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo uenit, sic reuertetur.

¶ Propter hoc optaui &c.] Hic ostendit, quòd hæc occasio ad acquirendam sapientiā eum prouocauit. Et primò tāgit sapientiæ optatæ adeptionem: Secundò adeptæ æstimationem. [præposui illam.] tertiò æstimatæ dilectionem. [super

per salutem] quartò habitę & dilectæ communicationem [quam sine fictione didici.

Propter hoc].i.propter dictarum miseriarum considerationem, pulsatus. [optaui].s. sapientiam. [Et datus est mihi sensus].i.sapientia Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. [Et inuocaui.] Glo. dominum. Iac. 1. Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à Deo [& uenit in me] inuocantem. [spiritus sapiētię] secundum illud Psal. Os meū aperui, & attraxi spiritum. Item Eccl. 15. In medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientiæ [& præposui illam] in æstimatione ualoris. [regnis].i. dignitatibus regū. [Et sedibus].i. dignitatibus iudicis. Et meritò, quia dicit, Per me reges regnant, Prouerb. 8. [Et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius.] Prouer. 3. Pręciosior est cunctis opibus: quid enim prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit. [Nec comparaui illā].i. eius præcio uel uirtuti. [lapidem præciosum,] in Psalm. 118. Dilexi mādata tua super aurum & Topation. Item, Iob. 28. Non conferetur tinctis in die coloribus, nec lapidi Sardonico præciosissimo, uel Saphiro non adequabitur ei Topacius de Aethyopia. [Quoniam &c.] Quasi dicat. Et meritò [quia omne aurū] .i. totum aurum, quod est in mundo. [in comparatione illius, arena est] .i. terra infructuosa. Bernar. Quid est aurū nisi terra rubra [exigua].i. parui ponderis. Iob. 28. Non dabis aurum obrizum pro ea. [Et tanquam lutum] .i. nullius ualoris. [Aestimabitur argentum in conspectu illius.] Iob. 28. Non appendetur argentum in commutatione illius, Prouer. 3. Melior est acquisitio illius negociatione auri, & argenti &c. Luto uerò comparatur argentum: quia inquinat manus & animum. Abacuc. 2. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum. Notandum quòd sapiētia præponitur argento, & auro, & omni mundano thesauro; primò ratione originis, quia mūdanus thesaurus & de terra. Iob. 2. Habet argentum uenarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur, immo terra secundum beatū Bernard. Sapientia autem de cœlo est, ut patet Iacob. 3. Secundò ratione naturæ: quia thesaurus mundanus, est res corporalis: sapientia uerò, res spiritualis. Vnde Isa. 9. Requiescet super eum spiritus sapientiæ &c. Tertiò ratione uirtutis: quia thesaurus finitus, sapiētia uero infinita est, unde infra hoc eodem cap. infinitus thesaurus est homini-

bus; quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitię dei. Quarto ratione operationis: quia thesaurus pauca potest efficere: sed hęc.s.sapiētia omnia. Vnde infra. cap.8. Quid locupletius sapientia? quę omnia operatur. Quintò ratione æstimationis: quia thesaurus cadit sub ęstimatione: illa nō. Iob.28. Non cōferetur tinctis in die coloribus &c. Sextò ratione utilitatis: quia sapientia sine diuitiis prodest: diuitiæ uerò sine sapientia non prosunt, sed nocent. Vnde Eccle. 5. Diuitię conseruatæ in malum domini sui. Septimò ratione durationis: quia sapientia clara est, & quæ non marcescit: diuitiæ uerò corrumpūtur. Vnde Iacob. 5. Diuitiæ uestræ putrefactę sunt. Item Iac.1. Diues in itineribus suis marcescet. Octauò ratione inclinationis: quia sapientia cū sit desursum, sursum eleuat: sed aurum & argentum deorsum trahunt.s.ad terram, unde sunt. Baruc.3. Qui argentū thesaurizāt, & aurum in quo confidunt homines, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.

¶ Super salutem &c.] Hic ostendit sapientię æstimatæ dilectionem: Et primò ostendit huius dilectionis magnitudinem: secundò rationem. [Venerunt mihi] &c. [Super salutem. [Glo. corporis.s. interiorem. Psal.59. Quia uana salus hominis. [& speciem] Glo. rerum corporali.s. exteriorem pulchritudinē: quia fallax gratia, & uana est pulchritudo; Prouer.ult. [dilexi eam].s. sapientiam: quia quanto spiritus melior corpore, & magis carè diligendus: tantò magis spiritualia meliora sūt corporalibus & magis diligenda. Et in tantum dilexi eam, quòd [proposui pro luce habere illam] quæ (inquam) lux est pulcherrimū, & delectabilissimū, & optimum inter corporalia, secundum Aug. Sicut sapientia inter spiritualia lux est animæ. Eccl.ult. In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. Infra. 10. speciosior est sole. Sequitur. [quoniam inextinguibile est lumen eius]. s. quantum est de se infrà. cap. eod. Luci comparata inuenitur prior: illi enim succedit nox. [uenerunt mihi omnia bona].s. gratiarum intra me: absolutè [pariter cum illa].s. cum sapientia increata.i. filio dei. Vnde Rom.8. Qui proprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Glo. quæcū que Christi percipit notitiā, omnium uirtutum pariter habet gratiam, & in futuro uitā æternam. [uel cum illa].i. cū sapientia creata; quia ipsa est per-

perfectissimum donorum. Isa. 11. Hoc etiam expertus est Salomon: cui petenti sapientiã dominus addit diuitias & gloriam. [& immunerabilis honestas] externus in comparatione ad alios. [per manus].i. opera [illius.] supple uenit mihi. Vnde Infra cap. 10. Honestauit illum in laboribus &c. [Et lætatus sum].i. letitia repletus. [in omnibus].i. sapientiæ donis Eccle. ult. Lætatum est cor meum in ea. [quoniã antecedebat me illa sapiẽtia], dirigendo gressus meos. Eccl. 4. Suscipit exquirentes se, & præibit in uia iustitiæ: Hæc est columna ignis, & nubis præcedens filios Israel per noctẽ & diem. Exod. 14. [Et ignorabam]. s. antequam haberem eam. Glos. processu meditationis intelligit se tantum profecisse, ut priori scientiam posteriori comparando, ignorantiam putet. [Ignorabam (inquam) quoniam horum omnium. s. bonorum mater est. Ecclesi. 24. Ego mater pulchrę dilectionis & timoris &c. Item idem: In me omnis gratia &c.

¶ Quoniam sine fictione &c.] Hic primò tangitur liberalitas communicationis sapientiæ: secundò ratio communicandi. Infinitus enim thesaurus.] Quoniam sine fictione. i. toto corde [didici] sciens ꝙ spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. supra cap. 1. Itẽ Prou. 2. Si quæsieris illam &c. [& sine inuidia communico] .s. utilia non subtrahendo: supra cap. 6. Neque cum inuidia tabescente iter habebo. Prou. 5. deriuentur fontes tui foras [& honestatem illius.] .i. pulchritudinem [non abscondam.] uerbis obscuris uelando. Eccl. 4. Non abscondas sapientiam tuã in decore eius Ecclesi. 20. sapientia absconsa & thesaurus inuisus, quę utilitas in utrisque. [infinitus. n. thesaurus est in illa hominibus] Vnde & inexhauribilis est per communicationem: & ideò dicit quod scientia est nobilis thesaurus animæ quę distributa recipit incrementum, & auarum dedignatur possessorem nisi publicetur. Vnde Augu. Omne bonum, quod dando non deficit; si habetur & non datur, nondum habetur qualiter habendum est. Eccl. 1. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. [quo].s. thesauro sapiẽtię qui usi sunt, secundum illam se regendo. [participes facti sunt amicitiæ dei.] Vnde infra cap. eodem; Amicos dei, & prophetas constituit. [propter disciplinæ].i. sapientiæ, [dona] quæ habent, non per suam industriam, sed spiritus sancti distributionem, secundum illud. 1. Cor. 12. Hæc omnia

nia.s. dona gratiarum operatur unus atq; idem Spiritus, diuidens singulis, prout uult. [Commendati.i.] commendabiles effecti.s.deo, & hominibus. 2. Cor. 10. Non enim qui se commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

¶ Mihi autē dedit Deus &c.] Hic ostendit, à quo sapientiam didicerit. Et primò ostē dit, quis eum docuit: secundò qualia docuit [ipse enim mihi &c.] Tertiò per quod medium ipsum docuit. [omniū enim artifex &c. [Mihi autē &c.] Benè dixi [quo qui usi sunt &c.] ego autē usus sum. [autem] pro quia [mihi dedit Deus dicere].i. non tantum scire: sed etiam docere. Isa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est uerbo [dicere] inquam [ex sententia] & diffinitione firma. Prouer. 12. Labium ueritatis firmum erit in perpetuum. Psal. 36. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.i. firmā sententiam; [& præsumere.] Notandum quòd est præsumptio arrogantiæ, de qua Iudit. 6. Præsumentes de se, & de sua uirtute gloriantes, humilias. Et præsumptio confidentiæ de uirtute diuina & misericordia: de qua ibidem. Ideo derelinquis præsumentes de te &c. Item Iudith: Exaudi me miserā de tua misericordia præsumentem. Et hoc [& præsumere].i. confidenter agere [digna].s. opera [horum, quæ mihi dantur] .i. facere opera strenua & decentia secūdum dona mihi collata: cui enim plus committitur, plus ab eo requiretur. [Quoniam ipse.s.] Deus [sapientiç dux est.] Glo. i. auctor: Eccl. 1. Omnis sapientia à domino deo est. Item dator. Iac. 1. Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à deo &c. [& sapientium emendator].i. corrector. Apoc. 3. Ego, quos amo, arguo &c s. si eos errare in aliquo contingat: quandoque enim bonus dormitat Homerus. Itē, Augu. Errare potero, hæreticus nunquam ero. [In manu.n. illius & c.] Benè dixi, q̄ dux est & emendator sapientium, [in manu enim illius.] Glos. id est in potestate. [& nos] qui sapiētiam habemus. Ier. 18. Sicut lutum in manu figuli: sic & uos in manu mea. Item Prouer. 21. Sicut diuisiones aquarum: ita cor Regis in manu domini [& sermones nostri.] Prouer. 16. Hominis est præparare animū, domini gubernare linguam. Matth. 10. Non estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri &c. [& omnis sapientia.] quæ.s. est cognitio rerum diuinarum & operum.s. humanarum

norum [scientiæ disciplina.] Isai. 26. omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ¶ Ipse enim mihi dedit] Hic ostēdit, quę & qualia docuit eum deus: & primò docuit eū scientiam rerum temporaliū causarum. Secundò temporalium transmutationum. [initium. & cōsumationem.] Tertiò temporalium effectuū [naturas] animalium [ipse enim] .s. deus, qui solus corda docet secundum illud Aug. cathedram habet in cęlo, qui corda docet [dedit mihi horum quę sunt]. i. rerum existentiū: quia de non existentibus non est scientia. Vnde dicit Philosophus, quod non est, non est scire. Vnum quodque. n. sicut se habet ad esse, sic se habet ad ueritatem, sicut ipse dicit. [scientiam ueram]. i. cognitionem certam, & nulli falsitati permixtam. 3. Reg. 4. Dedit Deus sapientiam Salomoni & prudentiam multam nimis [ut sciam dispositionem orbis terrarū]. i. cœli ambientis mūdum. Eccl. 24. Girum cœli circuiui sola. [& uirtutes elemētorum]. i. qualitates & speciales rationes & cōnexiones, & contemperantias elementorum, Prouer. 8. Quando præparabat cœlos aderam: quandò certa lege, & giro uallabat abissos. [initium & medietatem & consummationem] tēporum: i. quatuor temporum

1. Po. ste. 10

seu partium genera, quæ causantur per motum solis Secundum quatuor quadras Zodiaci. [uicissitudinum permutationes.] successionum dierum & noctiū, quibus qualitas aeris permutatur: s. a claritate in obscuritatē & ecōtrario [& consummatione, temporum]. i. mensium, tam solarium, quam lunarium. Aliqui addunt hic. [morum mutationes, & diuisiones temporum] morum mutationes. i. humanarum consuetudinum secundum diuersos status hominum. [diuisiones temporū idest] ætatum mundi uel hominis [anni cursum. i.] tēpus causatum a motu solis totum per Zodiacum. Gen. 1 Vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos. [stellarum]. s. aliarum a sole. [dispositiones] quo ad qualitates noctium in Psal. lunam, & stellas in potestate noctis. [naturas animalium]. s. mitium [& iras bestiarum]. i. motus ferocium animalium ut leonis & huiusmodi. Et notandum quod dicit [naturas animalium, & iras bestiarum] quantum ad sensibiles substātias Deinde subdit quantum ad res inanimatas. [uim uētorum] qui sunt. 12. quatuor principales, & octo collaterales. Et sunt magnę uirtutis ut patet Iob. 1. Et in Exo. 14. In desiccatione maris & in multis aliis locis. [Et cogitationes

nes hominum.] contra solus deus nouit corda hominum. Vnde 1.Cor.2.quis sit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus qui in ipso est? q.d. nullus nisi Deus. Dicendum quòd hic loquitur de scientia coniecturæ uel certitudinis, uel dicendum quòd per sapiētiæ reuelationem sciri possunt ab homine non per naturā uel propriam industriā. [Differētias uirgultorum].i. plantarum[uirtutes radicū] scilicet herbarum 3. Reg.4. disputauit de omnibus lignis à Cedron Lybani usque ad hysopum &c. [& quæcūque sunt abscondita uel absconsa]à suis causis.[& improuisa hominibus didici] Eccles.7. Lustraui, uniuersa in animo meo ut scirem & considerarem & quærerem sapientiā. [Omnium enim artifex &c.] hic ostendit quòd per mediū edoctus est.s. per sapientiam increatam à patre genitam, & quòd docere potuit sciuit & uoluit ostendit per spiritū sanctum qui est ab illa.Secūdò per naturā, & uirtutem quæ est in illa.[omnibus.n. mobilibus &c.] In prima primò tangit spiritus sancti ab increata sapientia processionem: Secundò effectum eius in nobis multiplicem.[Sanctus multiplex &c.] Tertiò eius in natura propria bonitatem. [Incoinquinatus.] Quartò eius sufficientiā uniuersalem. [omnium habens uirtutem.] Effectum eius in nobis tangit quadruplicem scilicet emēdationem culpæ cum dicit [Sanctus] multiplicationem gratiæ: cum dicit [multiplex]unitatem concordiæ, cum dicit[unicus] subtilitatem intelligentiæ cum dicit[subtilis] exteriorem triplicem.s.modestiam, cum dicit [modestus] eloquentiam cum dicit [disertus.] obedientiam cum dicit[mobilis. Omnium artifex].s. superiorum, mediorum, & inferiorum.s.Deus Heb.11.[docuit me Sapientia]. i. per sapientiam Glos.quia per ipsam cōgnitio ueritatis datur: quia exterius potest docere homo, sed non interius. Vnde Greg. nisi intus sit qui doceat exterius in uacuum doctoris lingua laborat.[Est enim in illa &c.] q.d.Et bene potuit me docere. [Est enim in illa].s. in sapientia. [Spiritus &c.] in ip.a.s. secundum humanitatē habitudo.Isa.11.requiescet super eum spiritus domini.in ipsa secundum diuinitatem ab ea emanando, spiritus inquā dator intellectus Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dei intelligentiam. [Sanctus] Glos. sanctificans omnia, supra 1.Spiritus sanctus disciplinæ &c.[multiplex] Glosa multiplices gratias dans 1. Cor.

norum [scientiæ disciplina.] Isai. 26. omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ¶ Ipse enim mihi dedit] Hic ostēdit, quę & qualia docuit eum deus: & primò docuit eū scientiam rerum temporaliū causarum. Secundò temporalium transmutationum. [initium & cōsumationem.] Tertiò temporalium effectuū [naturas] animalium [ipse enim] .s. deus, qui solus corda docet secundum illud Aug. cathedram habet in cęlo, qui corda docet [dedit mihi horum quę sunt]. i. rerum existentiū: quia de non existentibus non est
1. Po. scientia. Vnde dicit Philoso-
ste. 10 phus, quod non est, non est scire. Vnumquodque. n. sicut se habet ad esse, sic se habet ad ueritatem, sicut ipse dicit. [scientiam ueram]. i. cognitionem certam, & nulli falsitati permixtam. 3. Reg. 4. Dedit Deus sapientiam Salomoni & prudentiam multam nimis [ut sciam dispositionem orbis terrarū]. i. cœli ambientis mūdum. Eccl. 24. Girum cœli circuiui sola. [& uirtutes elemētorum]. i. qualitates & speciales rationes & cōnexiones, & contemperantias elementorum, Prouer. 8. Quando præparabat cœlos aderam: quandō certa lege, & giro uallabat abissos. [initium & medietatem & consummationem] tēporum. i. quatuor temporum seu partium genera, quæ causantur per motum solis Secundum quatuor quadras Zodiaci. [uicissitudinum permutationes.] successionum dierum & noctiū, quibus qualitas aeris permutatur: s. a claritate in obscuritatē & ecōtrario [& consummatione, temporum]. i. mensium, tam solarium, quam lunarium. Aliqui addunt hic. [morum mutationes, & diuisiones temporum] morum mutationes. i. humanarum consuetudinum secundum diuersos status hominum. [diuisiones temporū idest] ætatum mundi uel hominis [anni cursum. i.] tēpus causatum a motu solis totum per Zodiacum. Gen. 1. Vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos. [stellarum]. s. aliarum a sole. [dispositiones] quo ad qualitates noctium in Psal. lunam, & stellas in potestate noctis. [naturas animalium]. s. mitium [& iras bestiarum]. i. motus ferocium animalium ut leonis & huiusmodi. Et notandum quod dicit [naturas animalium, & iras bestiarum] quantum ad sensibiles substātias Deinde subdit quantum ad res inanimatas [uim uētorum] qui sunt. 12. quatuor principales, & octo collaterales. Et sunt magnę uirtutis ut patet Iob. 1. Et in Exo. 14. In desiccatione maris & in multis aliis locis. [Et cogitationes

nes hominum.] contra solus deus nouit corda hominum. Vnde 1.Cor.2. quis sit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus qui in ipso est? q. d. nullus nisi Deus. Dicendum quòd hic loquitur de scientia coniecturæ uel certitudinis, uel dicendum quòd per sapiẽtiæ reuelationem sciri possunt ab homine non per naturã uel propriam industriã. [Differẽtias uirgultorum].i. plantarum[uirtutes radicũ] scilicet herbarum 3. Reg.4. disputauit de omnibus lignis à Cedron Lybani usque ad hysopum &c. [& quæcũque sunt abscondita uel absconsa]à suis causis.[& improuisa hominibus didici] Eccles.7. Lustraui, uniuersa in animo meo ut scirem & considerarem & quærerem sapientiã. [Omnium enim artifex &c.] hic ostendit quòd per mediũ edoctus est.s. per sapientiam increatam à patre genitam, & quòd docere potuit sciuit & uoluit ostendit per spiritũ sanctum qui est ab illa. Secũdò per naturã, & uirtutem quæ est in illa. [omnibus.n. mobilibus &c.] In prima pri mò tangit spiritus sancti ab increata sapientia processionem: Secundò effectum eius in nobis multiplicem. [Sanctus multiplex &c.] Tertiò eius in natura propria bonitatem. [Incoinquinatus.] Quartò eius sufficientiã uniuersalem. [omnium habens uirtutem.] Effectum eius in nobis tangit quadruplicem scilicet emẽdationem culpæ cum dicit [Sanctus] multiplicationem gratiæ: cum dicit [multiplex]unitatem concordiæ, cum dicit[unicus] subtilitatem intelligentiæ cum dicit[subtilis] exteriorem triplicem.s. modestiam, cum dicit [modestus] eloquentiam cum dicit [disertus.] obedientiam cum dicit[mobilis. Omnium artifex].s. superiorum, mediorum, & inferiorum.s. Deus Heb.11.[docuit me Sapientia]. i. per sapientiam Glos. quia per ipsam cognitio ueritatis datur: quia exterius potest docere homo, sed non interius. Vnde Greg. nisi intus sit qui doceat exterius in uacuum doctoris lingua laborat.[Est enim in illa &c.] q.d. Et bene potuit me docere. [Est enim in illa].s. in sapientia. [Spiritus &c.] in ip.a.s. secundum humanitatẽ habitudo. Isa.11. requiescet super eum spiritus domini. in ipsa secundum diuinitatem ab ea emanando, spiritus in quã dator intellectus Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dei intelligentiam. [Sanctus] Glos. sanctificans omnia, supra 1. Spiritus sanctus disciplinæ &c.[multiplex] Glosa multiplices gratias dans 1.

Cor.12. Diuisiones gratiarū sunt &c. hæc autem omnia operatur unus atque idē spiritus diuidens singulis prout uult.[unicus]Glos.uiuens bonus Ephes.14. solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. [Subtilis.i.] faciēs penetrare occulta 1. Cor. 2. Spiritus scrutatur omnia. i. scrutari facit etiam profunda Dei. Item[subtilis].i.subtilitatem uel perspicacitatē intelligentiæ præbens. Vnde uocatur spiritus intellectus Isa.11. [Modestus].i. modos tenere docens in omnibus. Philip.4.modestia uestra nota sit omnibus hominibus. [disertus].i. disertos faciens, infra 10. linguas infantium fecit disertas.[mobilis].i. mobiles faciens per obedientiā. Ezech.1.quocunque ibat spiritus pariter & rotæ eleuationem sequentes eum: spiritus uitæ enim erat in rotis. [Incoinquinatus &c.] hic describit bonitatem eius in natura propria, & primò bonitatem absolutam in se:Secundò bonitatem in comparatione ad nos. [amans bonnm.] Tertiò utriusque immutabilitatem. [stabilis] bonitatem absolutā tangit in tribus.s. in puritate cum dicit[Incoinquinatus.] In ueritate [certus.] In tranquillitate cum dicit [suauis] dicit ergo [incoinquinatus.] Glos.i.sine macula. Vnde & maculas mundat in baptismo Ioan.2.Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c. Item ad Timot.3. Per lauacrum regenerationis,& renouationis Spiritus sancti &c. [certus.]Glos. nec fallit nec fallitur. Vnde dicitur spiritus ueritatis.Ioan.16.[suauis].i. tranquillus:nihil habēs asperitatis.Glos. mitis, & misericors,infra 12.O quàm bonus & suauis est spiritus tuus in nobis domine . [Amans bonum &c.]hic ostendit bonitatem eius in comparatione ad nos. Primò in boni dilectione: Secundò in eius promotione[qui nihil.] Tertiò in sui communicatione uel cōmunione[humanus:]Quartò in suorum communicatione. [qui benignus &c.] dicit ergo[Amans bonum actum] 1. Cor.8.Non gaudet super iniquitate:congaudet autem ueritati[qui nihil uetat benefacere] immò iuuat.Roman.8. spiritus adiuuat infirmitatē nostram Prouerb.3.prohibere facere &c.[humanus]Glo. communis omnibus.Act.10. in ueritate comperi quòd nō est personarū acceptor deus. Vel[humanus].i compatiēs. cuius signum est quòd dicitur Roman 8. spiritus postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vel [humanus] id est in hominibus libenter habitans.Prouerbior.8. deli-

liciæ meæ esse cum filiis hominum[benignus]. i. liberalis innata benignitate, suprà 1.benignus est spiritus sapiētiæ &c.Item benignus mala remittendo, bona dando: ad patriam dirigendo. Vnde benignitas dicitur esse fructus spiritus Galat. 5.[stabilis].s. in se secundum illud Boe. stabilis quæ manens &c. Item stabilis in donis promissis. Nec mirum si hoc dicatur stabilis,& supra eodem nobilis, quia hic dicitur quantum ad diuersos effectus: de quibus in Psalmo; Statuit supra petram pedes meos & direxit gressus meos. [uel mobilis] in aliis sanctis. Ioan.1. super quem uideris spiritum manentem. Vel sic[stabilis]in bonis.[certus].i. constans in uero.[securus]à malo, secundū illud Psalmo; Non accedet ad te malum. Et sicut in se stabilis est & certus: sic & quos inhabitat,stabiles facit in bono: certos in uero,securos à malo. Coloss.1. In fide fundati stabiles, & immobiles spe Euangelii.[Omnē habens uirtutem] hic ostendit eius sufficientiam uniuersalem. Primò in bonitate: Secundò in sapiētia [omnia prospiciens.] Tertiò in potestate [qui capiat oēs spiritus intelligibiles]dicit ergo [omnem habens uirtutem]in Psal. Spiritu oris eius uirtus eorum. Sed contra quia non habet fidem,cum fides sit ænigmatica cognitio,& uirtus imperfecta: Dicendum quòd loquitur de omni uirtute nō qualibet,sed perfecta[omnia prospiciēs] Iob 37. super omnes cœlos cōsiderat & lumē eius super omnes terminos terræ Heb.4.omnia nuda & aperta oculis eius [& qui capiat omnes spiritus].s. angelicos, quia intra ipsum currūt quocunque mittantur secundum Bedam super illud Luc. 1. Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum[spiritus autem] dicuntur angeli quantum ad suam substantiam & naturā [intelligibiles] quantum ad suam potentiam,uel quia corporibus per naturam nō unibiles,[uel capiat].i.capere faciat[omnes spiritus].i.omnia dona spiritus s.de quibus Isa. 11.requiescet super eum spiritus domini.Spiritus sapientiæ & intellectus &c. [Mundos].s.per innocentiæ puritatem.Sunt enim angeli, secundum Dionysium,specula pura,& clarissima. & addit [mūdos]ad differentiam spirituū immundorum. i. dæmonum [subtiles] per intelligētiæ perspicacitatem . Vel [subtiles] per sapientiam. Gregorius, quid est quòd non uideant, qui uidentem omnia uident. Aliqui libri habent[mundus subtilis] mundus est spiritus

intelligentię, qa sine materię feculētia. Subtilis quia pura forma. Sed prima littera uerior est, quia ita habet Rabanus in textu, & in expositione: uel mundus dicitur spiritus. s. quia leuatà peccatis pręteritis, & præseruat à futuris. Vel quia in præsenti purgat à culpa. In futuro à pœna, [incoinquinatus,] quia nec in se, nec ab alio immunditiam contrahere potest [subtilis] quia omnia penetrat, uel quia in nobis operatur subtilitatē affectus quó ad donum sapiētiæ, & intellectus quo ad donum intelligentiæ uel intellectus. [Omnibus enim mobilibus &c.] hic ostendit quòd sapientia per naturam & uirtutem, quæ est in ea potuit esse medium quo edoctus est. Et ad hoc ostendendum: Primò allegat eius mobilitatē: Secundò eius puritatem. [Attingit autem.] Tertiò eius potestatem [& cū sit una.] Quartò eius speciositatē [est quidem speciosior] bene dixi ꝙ in illa est spiritus &c. [omnibus enim mobilibus] quocūque genere motus, scilicet siue in substantia siue in qualitate, siue in quantitate, siue in loco. [mobilior est sapientia] .i. uelocior in operando. Glos. nihil subtilius & mobilius sapientia, quę omnia creauit, rēgit & ordinat, mobilior, inquam, non quia moueatur, sed quia omnia mouet immobilis manens secundum illud Boe. stabilisq; manens dans cuncta moueri. Item Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. [Attingit autem &c.] hic ostendit eius puritatem. Primò per hoc quòd à purissimo fonte procedit: uel emanat. Secundò quia fontis claritatem in se repræsentat. [candor autem &c.] Ita dixi quòd omnibus [mobilibus &cæt.] nec solum. [ante] pro sed. ita quòd plus est [attingit ubique] id est à fine suppremę creaturę, usque ad extremam creaturam. Ambrosius in Hexameron usque ad locusta diuina sapientia penetrauit. Sed cōtra Iob. 28. Abissus dicit non est in me mare, loquitur, nō est mecum. Respondetur imò quòd ibi loquitur non de creaturis sed de creaturarum uitiis. uel melius dicendum; quòd deus non est in aliis uel mari per continētiam cum à nullo possit contineri, sed est per præsentiam secūndum illud Psal. Si ascendero in cœlo &cęt. si descendero in infernum, ades [propter suam munditiam] .i. abstractionem ab omni materiæ feculentia, quia enim est omnino immobilis, ideo est incircunscriptibilis, secundū Damascen. [uapor est enim uirtutis dei] .i. à deo patre emanans sicut uapor à calore.

Glo.

Glos. 1. ad calefaciendum frigus infidelitatis nostræ. Eccl. 24. quasi libanus non incisus naporaui habitationem meã. [Et emanatio quidam est charitatis omnipotentis dei]. i. emanans à deo patre, ut splendor à luce. s. ad illuminandum tenebras intellectus nostri. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ &c. Item Isa. 63. donec egrediatur ut splendor iustus eius [sincera] sine admixtione tenebræ. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebrę in eo non sunt ullę. Iste autem processus est sine diminutione paternæ substantiæ, uel separatione: sed cum personali distinctione secundum illud Athanasii, neque confundentes personas, neque substantiam separãtes, & quia sicut lux procedit, q̃ contaminari non potest [ideo nihil inquinatum] inquinatione. s. culpabili uel etiam naturali [incurrit in illam]. s. sapientiam increatam. Glo. summo bono non appropinquat malum & uerè [nihil inquinatum incurrit in illam. Candor enim est lucis æternæ]. i. lux purissima de luce æterna. s. à patre procedens. Vnde cãtatur, lux de luc apparuisti Christe. In ista luce lux æterna uidetur. secundum illud Psalm. in lumine tuo uidebimus lumẽ. Item Ioan. 14. Qui uidet me uidet & patrem. [est ergo candor lucis æternæ] quantum ad repræsentationẽ sapientiæ. [Et speculum sine macula maiestatis dei] quo ad repræsentationem diuinæ maiestatis & potentiæ, secundũ illud. Ioan. 5. quæcunque. n. ille. s. pater fecerit hæc & filius similiter facit. [sine macula] in quã peccati, quia peccatum non fecit &c. 1. Petr. 2. [& imago bonitatis illius] Glos. Et plena repræsentatio bonitatis eius. Colos. 1. quæ est imago dei inuisibilis. Notandum quòd speculum est dei filius immaculatum actu, & potentia. Speculum etiam est angelus, secundum Dionysium purum & clarissimum: licet immaculatum actu maculatum tamen potentia, saltem remota. Speculum etiam est spiritus humanus in quo relucet imago diuina Genes. 1. maculatum actu, & potentia. Speculum etiam dicitur omnis creatura, quia per eam tãquam per eius uestigium repræsentantur dei inuisibilia. Rom. 1. inuisibilia dei per ea quæ facta sunt a creatura mũdi intellecta conspiciuntur. Item. 1. Corint. 13. Videmus nunc per speculum & in enigmate. Speculum etiam est sacra scriptura. Iac. 1. hic comparatur uiro consideranti uultum natiuitatis suę. s. in speculo. [Et cum sit una]. s. in essentia cum patre, secundum illud Ioan. 10. Ego & pater unus

sumus[omnia]potest.i.eandē potētiā habet cū patre. Vnde infra 18. omnipotens sermo tuus domine à regalibus sedibus uenit.sed si omnia potest ergo potest mentiri,uel mori quod falsum est. Dicendum ꝙ omnia potest q̄ bonitati suę non repugnant:uel quæ posse est potentia aliqua non impotentiæ. [Et in se permanens] .s. inuariabilis secūdum illud Iac.1.apud quem non est trāsmutatio &c.[omnia innouat] s. temporalia per continuam generationem. Eccl.1.generatio præteriuit:generatio aduenit.& spiritualia per spiritualem regenerationem. 2. Cor. 5. Si qua ī Christo noua creatura est uetera transierunt. Apoc.21.Ecce noua facio omnia. [& per nationes]carnales uel potius spirituales.de quibus Ioan.3. nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.[In animas sanctas].i. à peccato mundas se,trāsfert per spiritualem aduentum gratiæ in mentem. Ioan.14.ad eū ueniemus:&c. Notādum autem quòd transferre se dicitur non per nouū situm uel mutādo locum, sed per nouum effectum. Vnde sequitur [amicos dei] per inflammationem affectus.[Et prophetas constituit]per illuminationem intellectus.Ioan. 15.iam non dicam uos seruos sed amicos quia omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci uobis. [Neminem enim diligit deus nisi eum,q cum sapientia in habitat.]permanendo.s.cum illo qui in lege domini meditabuntur die ac nocte secundum Glos.Prouerb.18.ego sapientia habito in consilio & eruditis inter sū cogitationibus.Et si deus neminem diligit nisi quicum sapientia inhabitat,beatus ergo uir qui in sapientia morabitur.Eccl.14.] Neminem diligit deus &c.]contra,infrà 11. diligis omnia quæ sunt,& tamen non omnia cum sapientia inhabitant Sed dicendum quòd ibi loquitur de dilectione naturali: hic de gratuita. [Hæc speciosior &c.] hic agit de sapientiæ speciositate præferendo eam speciositati solis. Et primò ponit comparationem:secundò comparationis probationem.[illi enim succedit nox.] bene dixi quòd eū diligit deus, qui cum sapientia inhabitat,& merito. [est enim hæc].s.sapientia[speciosior sole.] quia pulchritudo spiritualis præfertur corporali supra eodem;super salutem & speciem dilexi eam. [sole] .s.materiali.quia est pulchritudo Solis iustitię,de quo Malach.ult.Orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ [& super omnem stellarū dispositionem speciosior est] repetendum.Ipsa enim stellas fecit Gen.1.& constans est &

plus de pulchritudine sibi reti nuit quàm stellis dederit. ideo supra. 4. o quam pulchra est casta generatio cum claritate. s. sapientiæ [luci comparata] scilicet tàm solis quàm stellarum [inuenitur prior] s. æternitate, dignitate, causalitate. Vnde Eccl. 24. Ego feci ut oriretur in cœlum lumen indeficiens Glossa. lux corporalis quæ modo occidit modo oritur. luci spirituali comparata scintilla uidetur Christus quoque sanctorum claritatem lõgè transcendit [illi] enim scilicet luci corporali. [succedit nox] secundum illud Gen. 8. nox & dies nõ requiescent. Itẽ. Isaia. 21. uenit mane & nox. Sed luci spirituali non succedit nox. Vnde sequitur [sapiẽtiam autem] quæ est lux spiritualis [nõ uincit] malitia, quę est tenebra spiritualis, secundum Ioan. Damascen. Vnde Ioann. 1. lux in tenebris lucet.

CAPVT OCTAVVM.



TTINGIT ergo à fine usque ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui eã à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium Dominus dilexit illam: doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Et si diuitiæ appetuntur in uita: quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur: quis horum quæ sunt, magis quàm illa, est artifex? Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent uirtutes: sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam, & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. Et si multitudinem scientiæ desyderat quis: scit præterita, & de futuris æstimat: scit uersutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum et

seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendũ: sciens quoniã mecũ cõicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis: & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero: & facies principum mirabuntur me: tacentem me sustinebunt, & loquentẽ me respicient, & sermocinantem me plura, manus ori suo imponent. Præterea habebo per hanc immortalitatẽ: & memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Timebunt me audientes reges horrẽdi, in multitudine uidebor bonus, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiã & gaudium. Hæc cogitãs apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cogitatione sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, ut mihi illam assumerẽ. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Et cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. Et ut sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia: scire cuius eßet hoc donum: adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.



TTINGIT ergo &c. ostenso qualiter sapientiã acquisierit, hic ostẽditur quantum ipsam amauerit. Et hic ostendit ex tribus. Primò ex desiderio habendi: Secundò ex proposito acquirẽdi [proposui ergo.] Tertiò ex studio inueniendi [hic cogitans &c.] in prima ostendit desideriũ habendi causatũ in

se.

se primò ex eius valore abso luto: secũdò ex eius ualore cõparato [& si diuitię] ualorẽ ab solutũ ostendit primò ex eius uirtute: secũdò ex eius formositate. [hãc amaui &c.] Tertiò ex eius nobilitate [generositate] quartò ex eius utilitate [doctrix est.n.] ergo qa talis est sapientia ut dictũ est attingit cõtactu uirtuali nõ corporali: ẽm illud 1. Reg. 10. quorum deus tetigerit corda. [à fine usq; ad finẽ.] Glos. ab æterno in ęternũ. Vel à principio mũdi usq; ad aduentum Christi. Ro. 10. finis legis Xps &c. [fortiter] Glos. quia dei uirtus est 1. Cor. 1. Christũ dei uirtutẽ & sapientiã. [& disponit oĩa] .s. suprema, media, & infimã [suauiter.] Glo. quia dei sapiẽtia est. [fortiter disponit oĩa p iustitiam] & suauiter p misericordiã. Psal. Vniuersæ uię dñi misericordia, & ueritas. s. iustitiæ. Idẽ misericordia dei ab æternũ, Et usq; in æternũ. &c. & iustitia illius in filios filiorũ &c. Nota ꝙ sapiẽtia. i. dei filius attingit fortiter ea q̃ ĩ cęlo superbũ diabolũ cũ suis sociis expellẽdo Iob. 26. prudẽtia eius pcussit superbũ Ezec. 28. peccasti ei ò Cherub: Ea q̃ in mũdo mũdi principẽ superãdo, & eiciendo. Ioã. 12. nũc princeps huius mundi eiicieẽ foras. Ea q in inferno, spolia inferni auferẽdo ẽm Glo. Zach. 9. tu aũt in sanguine tuo eduxisti uinctos de lacu, in quo nõ est aqua. Disponit aũt suauiter ea, q̃ in cœlo: angelos stantes in gratia confirmãdo. In Psal. uerbo dñi cœli firmati sunt. Quę in mundo genus humanum proprio sanguine redimendo 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro uel argẽto redẽpti estis &c. Sed pcioso sanguine &c. Quæ in inferno sanctorum aĩas de limbo educendo ẽm illud Zach. 9. tu autem in sanguine testamenti eduxisti uinctos de lacu &c. Itẽ in Psal. Ascendisti in altũ cępisti captiuitatẽ &c. uel sic cum sapiẽtia increata sit media in trinitate persona, põt dici ꝙ attingit à fine usq; ad finẽ. i. a patre usq; ad Spũm Sanctum. s. per idemptitatẽ substantiæ. ita ꝙ nõ intelligaẽ distantia localis. Sed distinctio psonali [fortiter] quo ad patrem cui attribuitur potentia. [& disponit omnia suauiter] quo ad Spũm Sanctũ cui attribuiẽ benignitas. uel attingit à fine usq, ad finem. i. à diuinitate usque ad humanitatem. s. in incarnatione in qua unica sunt unita sunt. [fortiter] quia per potentiam infinitam. In Psal. mos. Excita, potentiam tuam & ueni. Glos. tu ipse in carnem. [Et disposuit omnia suauiter.] In redemptionis humanæ procreatione. Matth. 11. discite a me quia mitis sum & humilis corde. mitis fuit in natura humani-

manitatis assumptæ est enim homo animal natura mansue tum:ratione discretum:statu ra erectum.In conuersatione. Vnde Ioan.Baptista,quadam die uidens eum ambulantem ait.Ecce agnus dei &c.Ioan. 1.in prędicatione.Matt.4.Ve nite ad me omnes qui labora tis, & onerati estis, & ego reficiam uos. In peccatorum di missione.Ioā.8.uade, & amplius noli peccare.Item Luc. 6.Dimittite,& dimittetur uo bis. In passione. Vnde Isaia. 53. sicut ouis ad occisionem ducetur &c. Item Ierem. 12. Ego quasi agnus qui portatur ad uictimam.Sequitur[hanc] scilicet sapientiam quia tantę uirtutis est.[Amaui] scilicet affectu cordis. Vnde supra 7. super salutem & speciem dilexi sapiētiam. [Et exquisiui] idest extra quæsiui effectu boni operis, secundum illud 1. Ioan.3.non diligamus lingua neque uerbo,sed opere & ueritate. [A iuuentute mea].q. d.in flore ętatis meę.Prouer. 8. qui mane scilicet iuuentutis uigilauerint ad me inuenient me. Ideo Eccl.6. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam [& quęsiui].s.studio lectionis,& orationis. Luc.11. Quærite,& inuenietis.[sponsam mihi assumere] sponsam dicit ratione amoris Prouer. 7. dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam uoca amicam meam. I[illegible] ratione delectationis.Prouer.5.Lætare cum muliere adolescentiæ tuę.Ratione inseparabilitatis:non.n. sponsa licet dimittere nisi causa fornicationis. sed hoc in sapientia locum nō habet.nihil enim inquinatum incurrit in illam,supra 7.Ratione generationis.Eccl.24.Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini.[Et amator factus sum formę illius].i.pulchritudinis sapientiæ.Et hoc perseuerantia & feruentis dilectionis amore eam quasi in habitum conuertendo. Zachariæ. 9. quid bonum & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & uinū germinans uirgines? i. nisi sapientia quæ reficit affectum & castificat uel purificat intellectū à corruptione erroris. [Generositatē &c.] Ita amaui sapientiam &c.l& meritò quia sapiētia increata[habens contuberniū.] idest consorcium & cohabitationem[dei]Glos.patris. quia est ei coęterna.Ioā.14. ego in patre & pater in me est.Item, Ioan.1 In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deum [glorificat generositatem illius].i.repræsentat generositatē patris secundum Glo. ipse .n.filius dei in se patris gloriā repræsentat.quia est splendor glorię, & figura substātię eius. ut habet Hebr.1.Itē Pro.10.

secun-

secundũ aliam litteram gloria patris filius sapiens. Item eius gloriã mundo manifestat. Vnde Ioã. 8. Ego gloriã meã non q̃ro sed honorifico &c. [Sed & omniũ dñus]. s. pater de quo in Ps. 2. Dñs dixit ad me filius meus es tu &c. [dilexit illã] Ioan. 5. pater diligit filium & merito. [doctrix. n. est discipline dei.] Baruc. 3. hõ adinuenit omnẽ uiam disciplinę &c. disciplina duplex est. s. factorũ & uerborũ. Vnde in Psal. 5. disciplina tua correxit me in finẽ: Et disciplina tua ipsa me docebit. p̱p̱ hoc dicit [doctrix &c.]. s. uerbis. Et nota ꝙ disciplina dei est fides formata, q̃ facit discipulos dei. Actu. 9. Saulus adhuc spirãs minarũ & cędis in discipulos domini. i. fideles. [Et electrix operũ illius] . i. disciplinæ, quæ est in factis [Et electrix operũ illius]. i. eligere decens opera disciplinę s dei. fides. n. sine operibus mortua est. Iac. 2. [Et si diuitiæ appetũtur:] hic ostendit desiderium causatũ ex sapientiæ ualore cõparato. Et primò in cõparatione ad pecuniã quæ est perfectio fortunæ: Secũdò in cõparatione ad industriam q̃ est perfectio naturæ. [Si aũt sensus.] Tertiò in comparatione ad uirtutem, q̃ est perfectio gratiæ [& si iustitiam] Quartò in comparatione ad scientiã q̃ est perfectio intelligentię. [Et si multitudinem.] Et si diuitiæ appetũtur] quamuis appetendę non essent. qui. n. uolunt diuites fieri incident in temptationem & in laqueum diaboli 1. Thimor. 6. Item in Psal. diuitię si affluant nolite cor apponere. [In uita]. s. præsenti pro eius sustentatione & sufficientia. [quid sapientia locupletius? quæ omnia operatur,] Ioannes 5. pater meus usque modo operatur & ego operor: ego. s. sapientia increata. nec potest esse pauper qui omnia operatur. Sit enim facere argentum & aurum & huiusmodi, ideo dicit Prouer. 8. me cum sunt diuitiæ & gloria opes supernę. Aug. nimis diues est christiana religio cui datum est in omnium possessore omnium possidere. [si autem sensus]. i. naturalis uel acquisita industria [operatur] quia ars imitatur naturam in operando secundum philosophum. [quis horum, quę sunt magis quàm illa est artifex,] q. d. nullus. Vnde in Psalm. omnia in sapientia fecisti. Vnde sapientia repleuit dominus Beseleel. ut sciret fauere opera tabernaculi: ut habetur Exod. 31. [Et si iustitiam quis diligit] scilicet generalem idest humanæ uitæ rectitudinem, de qua supra 1. diligite iustitiam &c. [labores huius]. s. sapiẽtiæ, quibus pro ipsa habenda laboratur. & dicit

cit [labores] pluraliter quia pro ipsa habēda oportet multum laborare 2. Cor. 11. in laboribus plurimis [magnas uirtutes habent] .i. acquirunt. Glo. nihil iners, nihil desidiosum in operibus eius. [Scribentem enim &c.] Glos. quatuor uirtutes principales ponit. [Sobrietatem] .i. temperantiam in cauendo superfluum malum infrà 9. deducet me in operibus meis sobriè, & [sapientiam] in discernendo & diligendo bonum [iustitiam] in reddendo debitum [uirtutem] .i. fortitudinē, cui magis conuenit nomē uirtutis: quasi ui tuentis in sustinendo difficilem & aggrediendo arduum. De iis tribus Prouer. 8. mea est ęquitas: mea est prudentia: mea est fortitudo: Glos. has uirtutes nullus habuit nisi cui omnium uirtutum origo, Deus contulit quocunque tempore, quacunque lege, quacunque gente, quidem tamē speciem pietatis habentes uirtutem ignorauerunt sed nunquid philosophi uirtutem habuerunt? & uidetur quòd sic, quia secūdum philosophum habetur per acquisitionem. Dicendum quòd non habuerunt uirtutes perfectas sed imperfectas, quia sine merito & informes, uel habuerunt eas à Deo per gratiam gratis datam: licet non per gratiam gratum facientem. [Quibus nihil est utilius in uita hominibus] i. in uita humana hominis ad hominem. Sed nuquid theologicæ uirtutes meliores sunt & utiliores? Dicendum quòd sicut tactū est loquitur in uita humana hominis in comparatione ad hominem non ad Deū quoniam præsupponit: iis autem nihil est utilius hominibus quia proficiunt homini in agendo & in patiendo. In agēdo quia per prudentiam est in agēdo recta electio, per iustitiam recta executio: in patiēdo quia per tēperantiā rectè nos se habemus ad passiones mulcebres, per fortitudinem ad passiones tristabiles. Ideo dicit Glos. qui temperans est prudens & fortis & iustus, q̄ nō illi deesse. [Et si multitudinem scientiæ aliqui habent [& similitudinē scientiæ] sed falsa est littera illa quāuis præsens sciētia hominis magis possit dici similitudo scientiæ quam sciētia, eo quòd multæ dubietati & multæ ignorantiæ est permixta [similitudinem] inquam [scientiæ] .s. speculatiuę [desiderat] quis secundum illud philosophi: Omnes homines scire desiderant [scit præterita] .s. sapientia ipsa [& de futuris æstimat certitudinaliter] cū tñ sint occulta ex cōditione tp̄is: quia pterita iā trāsieunt,

rũt,futura uerò,nōdū euenerūt[ſcit] inquā[pterita &c.] vñ p ipſam edoctus Moyſes pphetauit de pteritis Gen.1. In principio creauit Deus cęlū,& terrā, Itē de futuris Deu. 18. pphetā ſuſcitabit dñs de gēte tua, & de fratribus tuis. [Et uerſutias ſermonū].i.ſimpliciū propōſitionū ut ænigmatum obſcuras aſtutias,nec tm̄ ſimpliciū propoſitionum uerſucias ſed & cōpoſitarum. Vnde ſequitur[& diſſolutiones argumētorū].i.rationū q̄ tamē latēt ex pplexione humanę calliditatis Eccl.39.occulta prouerbia exquiret.ſ.ſapiens & inabſcōditis parabolarū cōuerſabitur. Vnde Chriſtus in quo erāt theſauri ſapiētiæ & ſciētiæ abſcōditi,in ſermone capi non potuit, ut patet Matth.22.& Salomonē edoctū ſapiētia nullū uerbū reginę Saba latere potuit ut patet 3.Reg.10.[ſigna].ſ. minora,quę pter naturā fiūt [& mōſtra]q̄ cōtra naturę cōem curſum fiūt[ſcit anteq̄ fiant] ita bene ſicut qñ iam facta ſunt. De iis duobus Ioā.8.niſi ſigna &pdigia uidebitisnō creditis.Hęc aūt ſimiliter occulta rōne naturalis difficultatis,quia miraculū,ſm Aug. eſt opus arduū & inſolitum ſupra ſpem & facultatē admirantis[& ſęculorū] i.ſequētiū quæ eueniunt in æternitate & in futuro hæc autem noſſe non eſt hominis. Vnde Act. 1. non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate: hęc aūt occulta ſunt rōne cauſę latētis [propoſui ergo &c.] ſuprà oſtēdit quantū amaret ſapientiā, & hoc ex deſiderio habēdi, hic ex propoſito acquirēdi. Et hoc pp bona quę ex ipſo proueniunt:& primò pp bona pertinētia cōiter ad utranque uitā: Secundò pp pertinentia ad uitā actiuā [ſpa bebo p hāc.] Tertiò pp pertinētia ſpecialiter ad cōtēplatiuā[intrās in domū.] Ergoq̄ talis eſt[ppoſui].i. firmiter ī corde meo diſpoſui[hāc].ſ. ſapiētiā diuinā nō alia adulteri nam, ut poeticas diſciplinas quas uocat Boetius de cōſolatione meretriculas[adducere mihi]nō tm̄ alteri,cōtra illos quitm̄ a ios docēt ſe ipſos nō docēt quos arguit Apoſtolus dicēs ad Rom.2.q aliū docēs cur ipſum nō doces?[Ad cōuiuādū].i.ad reficiēdū.ſ.affectū nō tm̄ ad illuſtrandū intell'm. ſicut multi q nullo mō afficiuntur in ſacra ſcriptura 4. Reg.7.uidebis oculis tuis & inde nō comedes. Itē[ad conuiuandū]dicit.i. ad cōiter & ſimul reficiendū quia in bonis ſapientię paſcimur,& reficimur,unde Prouer.9. comedite panem,& bibite uinū,q̄ miſcui uobis & illa in bonis noſtris. Vnde Prouerb.8.De

litiæ

litiæ meæ esse cum filiis hominum. Debemus ei ministrare primum ferculũ quasi de herbis cõfectũ de liliis honestatis Cantic. 1. Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies &c. secundum de carnibus edinis. i. detestationẽ omnis peccati & iniquitatis, tã carnalis quam spiritualis, iis duobus edis libenter uescitur: sicut Isaac Gen. 27. Tertium de piscibus assis patientiæ & tribulationis Luc. 24. obtulerunt ei partem piscis Vltimum de fructu spiritus, id est de operibus deuotionis Cant. 5. Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. [Sciens quoniam mecum cõmunicabit de bonis]. s. suis, hæc est inuitatio simbolica Apoc. 3. cęnabo cum eo, & ipse mecum. Et dicit [de bonis] pluraliter, qm̃ & de bonis præsentibus & futuris. [Et erit allocutio] Glos. i. alleuiatio [cogitationis]. i. afflictionis in cogitando quo ad intellectum, secundum illud Ecclesiast. ult. frequens meditatio carnis est afflictio. [Et tedii mei] in operãdo. Et hoc quantum ad affectum 2. Corint. 1. supra modum grauati sumus supra uirtutem ita ut tederet nos etiã uiuere. [Habebo, &c.] hic tangit bona pertinentia ad uitam actiuã præcipuè necessaria prælatis & primò quantum ad actum iudicandi: Secundò quantũ ad actum [tacentem me &c.] Tertiò quantum ad actum conuersandi [prætera habebo &c.] Quartò quantum ad actum regendi [disponam populos] quantum ad actum iudicandi tangit ideo primò auctoritatem: Secundò discretionẽ [iuuenis & acutus &c.] [habebo per hanc]. s. sapientiam quæ clara est ut habetur suprà 6. [claritatem]. s. famę. Matth. 5. luceat lux uestra &c. Itẽ Philip. 2. inter quos lucetis sicut luminaria in firmamento, &c. [Ad turbas]. i. ad minores [& honorem]. s. reuerentiæ [apud seniores]. i. apud maiores Iob 29. Videbant me iuuenes & abscondebantur & senes assurgentes stabant, ex iis duobus fit homo magnæ auctoritatis. s. ex fama minorum & reuerentia maiorum [iuuenis]. i. fortis & diligens in uestigando, [& acutus]. i. subtilis in penetrando, & inueninedo [inueniar in iudicio] Glos. omnia secundũ leges diiudicans talis fuit Daniel ut patet Daniel. 13. & supple ideò [in conspectu potentium]. i. minorum prælatorum [Admirabilis ero, & facies principum]. i. maiorũ prę latorum [mirabuntur me] hæc ad literam fuit uerũ de Salomone ut patet 3. Reg. 10. Vbi dicitur quod Regina Sabba

Sabba audita famaSalomonis &c. ait maiorem ſapientiã in ueni quã rumor, quem audiui. hoc etiam uerum fuit de noſtro Saluatore. Vnde Mat. 14. Audiuit Tetrarcha famã de Ieſu & ait pueris ſuis &c. hoc etiam uerum eſt de perfectò ſapiente Eccl. 24. in me dio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur. [Tacentem me] .i. quòd doceam præmeditantẽ in Pſalm. Os iuſti meditabitur ſapientiam [ſuſtinebunt] id eſt in ſilentio expectabunt non audentes loqui ſecundũ Gloſ. Iob 29. expectabãt me ſicut pluuiam : & aperiebant os ſuum, ſicut ad imbrem ſerotinum[& loquentem &c.] taciturnitatem rectè pręmiſit locutioni, quia, ſecundũ Hieronymum, doctrina Pithagoræ erat tacere per quinquennium, & poſtea eruditos loqui, [& loquentem me reſpicient].ſ. diligenter & hoc in ſignum attentionis Iob 29. Intenti tacebant ad conſiliũ meum. [Et ſermocinante me pluro]ſed nam ſuperflua ſiue multa, quia in multiloquio ſi ue in ſuperfluitate uerborũ non deerit peccatum Prouer. 10. Nota quòd pluralitatem continent duo uel tria, ſed nõ multitudinem[manus ori ſuo imponent]Gloſ.non audentes reſiſtere mihi Iob 29. Principes ceſſabant loqui & digitum ſuperponebant ori ſuo.[Præterea per hãc].ſ.per ſapientiam[habebo immortalitatem].ſ. gloriæ æternę in cœlo Prouer.3. lignum uitæ eſt iis, qui apprehendunt eã [& memoriam] Gloſ. meorũ operum & uirtutum [æternam].i. perpetuam quandiu durabit mundus[iis, qui poſt me futuri ſunt relinquam] Prouerb. 10. Memoria iuſti cum laudibus in Pſalm. In memoria æterna erit iuſtus. [Diſponam &c.]hic tanguntur bona per ſapientiam habita quo ad actum regendi. Et primò reſpectu ſubditorũ: Secundò reſpectu extraneorum[timebunt Ec.] dicit ergo[diſponam]Gloſ. erudiam regendo.ſ.& gubernãdo [populos]legem habentes: popu lus enim eſt multitudo homi num ſub una lege uiuẽtium: ut Iudæi ſub lege Moyſi.[Et nationes].i. gentiles legẽ nõ habentes: & dicuntur nationes, quia non renati:ſed in na tiuitatis præputio, & uitio p manẽtes in Pſal. Subiecit populos nobis & gentes ſub pedibus noſtris Iſa.55. Ecce teſtem populis dedi eum du cem ac præceptorem gentibus.[Nationes inquam mihi erunt ſubditę]per obedientiã [timebunt me audientes reges horrendi].i. tiranni , & impii. Vnde omnes reges per circuitum facti ſunt tributa-

rii Salomoni. 2. Reg. 4. & 10. Item Isaia. 60. Venient ad te curui filii eorum qui humilia uerũt te. [Et in multitudine] scilicet fidelium [bonus uidebor]. i. benignus [& in bello] scilicet aduersariorum [fortis] hæc omnia spiritualiter secundũ Glo. impleta sunt in Christo, & de ipso exponi possunt ut patet inspicienti glossas. [Intrans in domum meam] idest conscientiam. s. redeundo de causa exteriori ad interiorem. sicut discipuli post prędicationẽ ad dominum sunt reuersi cum gaudio ut habetur Luc. 10. Pręmisit autem actionem contemplationem ratione temporis, non ratione dignitatis. Sicut Lia ante Rachel Gen. 29. [cõquiescam cum illa]. i. simul quiescam in illa mecum uel in me. Eccles. 32. præcurre prior in domum tuam & illic aduocate & illic lude, & c. bene dixi. [conquiescam cum illa] non enim habet amaritudinẽ exterioris turbationis [cõuersatio illius] idest cohabitatio Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis [nec tedium]. s. interioris afflictionis [conuictus illius] Eccl. 24. Qui ædunt me adhuc esurient contra fastidium. hæc duo. s. amaritudo exterioris turbationis & tedium interioris afflictionis repugnant quieti. Et ideo illa remouet subiũgens duo opposita cum dicit [sed lętitiam]. s. interius [& gaudium]. s. exterius. Eccl. 1. Iocunditatem atque gaudiũ dabit. Item Eccl. 15. impleuit eum dominus spiritu sapientiæ & c. Iocunditate & exultatione & c. [Hoc cogitans & c.] hic tertiò ostendit quantum amauerit sapientiam & hoc ex studio quærendi eam. Et circa hoc primò ostendit diligentiam quærendi: Secundò aptitudinem suscipiendi. [puer autem eram.] Tertio fiduciã impetrandi [& ut sciui] In prima ponit tres causas mouentes ad quęrendũ scientiam: primò effectum sapientiæ in corde: Secundò effectũ in opere [& in operibus.] tertiò effectum in locutione [& in certamine hæc] scilicet præmissa [cogitans apud me] frequenter de his meditãdo. [Et commemorãs in corde meo] scilicet sequentia ea ne obliuiscar ad memoriam redeundo: animal enim quòd ruminat & findit ungulam. s. memorando, & discernendo mũdum est Leuit. 11. Luc. 2. Maria conseruabat omnia uerba hæc & c. [Quoniam immortalis est]. s. per naturam uel per effectum immortalitatis quẽ confert supra eodem habebo per hanc immortalitatem. [in cogitatione sapientia]. i. intellectu Glo. quicquid de natura eius cognoscitur totum immortale & semper uiuere inuenitur.

nenitur: infrà 15. Scire iustitiam suam & uirtutem tuam radix est immortalitatis [& amicitia illius]. s. quãdo amatur [delectatio bona] scilicet in affectu [bona dicit] contra delectationẽ peccati, quæ mala est quia ducit ad æternum cruciatum secundum illud Greg. momentaneũ est quod delectat: æternum quod cruciat. Item Glos. corporales delitiæ corpus grauant: spirituales uerò mentem releuant, & tanto magis esuriuntur quanto magis comenduntur. In illis appetitus placet, experiẽtia displicet. Spirituales uerò delitiæ augent desiderium & quo magis sumuntur, eo auidius amantur [& in operibus manuũ illius]. i. in operibus bonis quæ fiunt per manus illius. i. uirtute & potentia eius Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere [honestas sine defectione]. i. perfecta honestas: uirtus enim & opus uirtutis sunt de genere honesti infra 10. honestauit illum in laboribus. Item supra 7. innumerabilis honestas per manus illius. [Et in certamine loquelę illius]. s. quæ est ad modum disputationis, in qua est quoddam certamen opponentis & respondentis [sapientia]. i. scientia acquiritur supple. Ecclesiast. ult. colluctata est anima mea cum illa [& præclaritas]. i. claræ uirtutis euidentia [in communicatione sermonum illius] qui scilicet communicantur per modum simplicis collectionis, Ecclesiast. 24. qui elucidant me, uitam æternam habebunt. Item Daniel 12. qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellę in perpetuas æternitates [circuibam] Glos. diligenter & studiosè Cant. 3. Surgam & circuibo ciuitatem [quærens]. s. sicut mulier de qua Luc. 15. quæ lucernã accendit & euertit donum quærens diligenter donec inueniat [ut illam mihi assumerem]. s. in sponsam. Vnde supra eodem quæsiui eam mihi sponsam assumere. In prædicto textu tanguntur 8. utilia prędicatori uel doctori circa sapientiam addiscendã, siue circa sapientiæ acquisitionem. Cognitio de ea per inuestigationem, commemoratio per frequentationem, delectatio per amorem, operatio per impletionem, concertatio per disputationem, communicatio per collationem, circuitio per interrogationẽ, assumptio per incorporationem. [Puer eram &c.] hic tangit aptitudinem suscipiendi: Primò ex parte naturalis industriæ, [quia puer erãt ingeniosus.] Secundò ex parte gratiæ [quia animam bonam sortitus.] Tertiò ex parte mũditiæ: [quia cum essem magis

bonus ueni ad corpus incoinquinatū]dicit ergo [puer erā ingeniosus.] Nota ꝙ loquitur in persona Salomonis. Ingeniosus per naturalem industriam, Prouer.20. ex studiis suis intelligetur puer. Si munda & recta sunt opera eius[& sortitus].i. sortē diuinæ electionis adeptus Act.1. cecidit sors super Matthiam[animā bonam] scilicet per gratiam 3. Reg.3. dilexit Salomon dominum, ambulans in præceptis Dauid patris eius [& cū essem magis bonus] scilicet ex gratia super addita quàm essem prius ex industria naturali [accessit] &c. secundum enim Augustin. bona temporalia sunt bona infima, naturalia media gratuita summa [accessi]inquam mentis proposito & studio [ad corpus incoinquinatum] supple; habendum, & conseruandum, per munditiam. Sed Glo. opponit quòd hic de Salomone uix possit ad litteram intelligi, quia mulieres adamauit etiam alienigenas ut patet 3. Reg.11. Sed solutio patet per distinctionem temporū. In iuuētute enim dilexit malitiam: sed in senectute luxuriam. Melius tamen possunt hoc de Christo intelligi [& ut sciui]scilicet certissima cognitione fidei & rationis[quoniam aliter non possum esse cōtinens nisi Deus det.] Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c Iac.1. Continentia autem est donum perfectissimum Eccl.26. non est digna ponderatio continentis animæ[& hoc ipsum erat sapientia].i. quidam effectus sapientiæ in me[scilicet scire cuius esset hoc donum] supra eodem doctrix est disciplinæ dei. [Vt sciui]inquam &c.[adii dominum]intentione mentis non passibus corporis in Psal. Accedite ad eū & illuminamini [& deprecatus sum]scilicet uerbo orationis uocalis Iac.1. si quis uestrum indiget sapiētia postulet à Deo[& dixi ex totis pręcordiis meis] scilicet feruore deuotionis, secundum illud Isa.26. sed & spiritu meo de mane in præcordiis uigilabo ad te, in Psal. Clamaui in toto corde, exaudi me domine.

CAPVT NONVM.



EVS patrum meorũ, & Domine misericordiæ tuæ, qui fecisti omnia uerbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ quæ à te facta est, ut disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia: et in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiã, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniã seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui tẽporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit cõsummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilũ computabitur. Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum & filiarũ: & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio: & tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarũ faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te: scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potẽtia. Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sediũ patris mei. Quis enim hominum poterit scire consiliũ Dei? aut quis poterit cogitare quid uelit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum

multa cogitantem. Et difficilè æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam? & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis? & si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi, Domine, à principio.



Evs patrum meorum &c.] postquã ostendit qualiter sapientiam accepit, & quantum acceptã amauerit: hic ostendit quàm deuotè eam à Deo petierit, & Primò tangit petitionis formam. Secundò exauditionis rationem [tu autem elegisti.] Tertiò petitionis finem [mitte illam.] Quartò finis difficultatem [quis enim &c.] in prima parte decorem laudat. Secundò domum specificat [da mihi sedium.] Tertiò se humiliat [quoniam seruus.] Quartò indigẽtiam insinuat, [& si quis &c.] Deus patrum meorum]. s. per gratiam electionis [patrum]. s. antiquorum Exo. 3. ego sum Deus patris tui Deus Abrahã &c. Vel Deus [patrum meorũ] i. qui fecisti patres meos & elegisti, & sanctificasti eos [domine misericordię]. i. dñe misericors ita ꝙ sit intransitiua cõstructio, uel [domine misericordiæ] actor ita ꝙ sit transiti ua, in Psalm. miserator & misericors dñs [domine] inquam misericordiæ per effectum remissionis peccatorum & iustificationis, misericordiã respicit miseriam, miseros autẽ facit populos peccatũ Prou. 14. [qui fecisti omnia]. s. per opus creationis, ut patet Genes. 1. in Psalm. dixit & facta sunt [uerbo tuo]. i. per filium tuum Ioã. 1, In principio erat uerbũ, & post omnia per ipsum facta sunt [& sapientia tua]. i. eodẽ filio tuo, secundũ illud Psalm. omnia in sapientia fecisti [constituisti]. i. ex partibus ualdè diuersis composuisti. s. ex spiritu rationali & luto terrestri [hominem]. Eccles. 17. Deus de terra creauit hominem. Et nota ꝙ cætera dicit facta solo uerbo sed hominem sapientia quasi opus nobilius, quia capax sapiẽtiæ tàm creatæ quã increatæ, Et ideo quasi opus maiori excogitatione faciendũ, propter quòd dominus, quasi delibcrans ait Gen. 1. faciamus

mus hominē ad imaginem &c.[ut dominaretur creaturæ quæ à te facta est creaturæ,] sed non spirituali scilicet angelicæ, sed corporali & hoc per potentiam Genes.1. dominamini piscibus maris [ut disponat orbem terrarū] scilicet per sapientiam est.u. homo positus in hoc mundo, sicut rex in regno[iniquitati] id est misericordia & iustitia hæc enim duo in disponendo iungi debent. Gregorius disciplina, & misericordia, multū destituitur, si una sine altera teneatur[& in directione cordis] scilicet per bonitatem, & hoc per rectam ad Deum intentionem in Psal. confitebor tibi in directione cordis Iob 34, & direxerit ad Deum cor suum spiritum illius & flatum ad se trahet[iudicium iudicet].s. super subuertitos. Nomine autem iudicii simpliciter dicti intelligit iudicem uerum uel iustū, sicut enim homo pictus uel mortuus non est homo. Sic iniustum uel falsum iudiciū non est iudicium.[Da mihi] à quo omne datum optimum Iac.1.[Sapientiam].s. intellectum[sedium tuarum assistricem].i. sanctarum animarum inhabitatricem supra 7. per nationes in animas sanctas se transfert sanctæ autem animæ dicuntur sedes Dei, quia in eis sedet Deus & quiescit præsidens, & imperās omnibus earum motibus, & affectionibus Isa.ult. cęlum mihi sedes est. Gloss. anima iusti sedes est sapientiæ [& noli me reprobare] dando mihi bonitatem & gratiam in affectu [noli] inquā [reprobare me] sicut illos de quibus Rom.1. tradidit illos in reprobū sensum Ierem.6. Argentum reprobum uocate eos[A pueris tuis].s. à puerorum tuorū numero & cōsortio excludēdo, de quibus Isa.8. Ecce ego & pueri mei &c. [quoniā &c.] q.d. ideò peto ut des mihi sapiētiā [quoniam seruus tuus sum ego].i. tibi paratus seruire in Psalm. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum 3. Reg.10. Beati serui tui q audiunt sapientiam tuam[& filius ancillæ suæ].i. synagogę de qua Galat.4. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit. Secundum Glossam uerba ista sunt filii ad patrem secundum quod homo, sapientiam pro membris petentis, seruū eius secundum humanitatē nō filiū allegātis Isa. 49. Seruus meus es tu Israel quia in te gloriabor[& filiū ancillæ tuæ].i. uirginis, secundum illud Luc. 2. Ecce ancilla dñi [homo infirmus] ex parte corporis propter corporis fragilitatem in Psalmis Miserere mei domine quoniam infirmus sum. [Et

exigui temporis]propter uitę breuitatem Iob.13.homo na tus de muliere breui uiuens tempore,& [misericordiam] ex parte animæ.i. ex naturali uirtute insufficiens[ad intelle ctum]Gloss.ad percipiendum [iuditii].i. iuditiorum tuorũ quorum exemplo iudicandũ est.[Et legum]tuarum.s.æter narum, quarum regulatione iudicandum est Rom.11.O al titudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,quam incom prehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.[Et si quis &c.]i hoc innuitur cha ritas [erit consummatus].i. perfectus: Glo ĩ iudicio[inter filios hominum] qui ex uiro scilicet & muliere nascuntur ad differentiam filii hominis idest solius uirginis de quo Matth. 16. quem dicunt homines. Et dicit[consummatus inter filios hominum]quoniã potest esse purus homo per naturam[si ab illo fugerit uel aufugerit].s.tanquam ab indi gno & peccatore secundum illud supra 1. in maliuolam animam non introibit sapien tia. [Sapientia tua]Glos.diui na non mundana. Mundana enim propter peccatum non fugit Isa.5. Sapientes sunt ut faciant mala. [In nihilum] scilicet more naturæ[compu tabitur] .s. apud deum,& san ctos eius. Infra.13. Vani sunt omnes homines in quibus nõ subest scientia dei:per gratiã enim est homo id quòd est quantum adesse hoĩs. Vnde 1.Corin.15.Gratia dei sum id quòd sum. Item sine charitate homo nihil est ut patet 1. Corin.13. Et secundum Aug. peccator nihil est. s. in eo ꝙ talis.[Tu autem elegisti &c.] hic subdit multiplicem rationem exauditionis quarũ prima est iniunctum officium regni: secunda est mandatum templi ędificandi [& dixisti &c. [tu autem] &c. q. d. Ita sum per me insufficiens sine sapiẽtia[autẽ] pro sed nihilo minus[tu elegisti me.] Gloss. Salomonem uel Christum. [regem populo tuo. i.] in te credenti. In Psalmis. Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Syon &c. [Et iudicem filiorum tuorum & filiarum] scilicet tuarum.i. fidelium secundum illud Ioan. dedit eis potestatem filios dei fieri iis qui credunt in nomine eius. Regis officiũ est in negotiis regni suũ exercere iudiciũ iu dicis uerò spiritualiter est in causis populi [& dixisti] Glos. iussisti Dauid enim qui uir sanguinum erat non fuit per missum templum ædificare. Sed Salomon pupillus ad hoc fuit electus ut patet 2.Reg.7. Et primò Paralip. 27. [dixisti]inquam[ædificare me templum in monte sancto tuo].i. in monte moria, ubi sancta

fieri

fieri uoluisti'. [Et in ciuitate habitationis tuæ].s.Hierusalē ubi habitare dicebatur quia ibi excellentius colebatur[Altare].s.holocaustorum.holocaustorum dico ad differentiam altaris ęnei quòd erat in atrio ante templum sub diuo[similitudinem tabernaculi tui sancti] .i. ad eius exemplar de quo Exo.25.Quòd factum est ad exemplar cœlestis tabernaculi. Vnde ibidē inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte demonstratum est [quòd præparasti]Glo.per Moysem[ab initio]non creationis,sed dationis legis. Vnde Glossa cū educeres filios Israel de Egypto tabernaculum i deserto ut dicit Gloss.Signabat Ecclesiam militantem, sed templum in Hyerusalem triumphantem. Ratio huius est,quia tabernaculum in deserto erat mobile, sed templum in Hierusalem immobile. [Et tecum].s.præparauit [sapientia tua] .s. increata idest filius tuus de quo 1. Corinth. 1. Christum dei uirtutem atque sapientiam [quæ noui opera tua] quasi cooperatrix omnium, secundum illud Psalmus.Omnia in sapientia fecisti[que affuit]tecum præsens [tunc]scilicet cū orbem terrarum faceres.Prouerb. 8. quando appendebat fundamenta terræ eram cum eo cuncta componens. Et in eodem delectabar cum eo ꝑ singulos dies,ludēs in orbem terrarum [& sciebat quòd id placitum esset oculis tuis].s. quo ad consilia[oculis tuis].s. intellectus, & affectus tui .i. misericordiæ & ueritatis tuę. In omni enim opere dei misericordia & ueritas Eccl. 43. Inuenit gratiam coram oculis domini, secundum aliam translationem [& quod directum] Glo.i. rectum,& iustū. [In pręceptis tuis.]In Psalm. iustitiæ dei rectè lætificantes corda.[Mitte illam]hic ostendit finem petitionis.i.ad quid sapientiam quæsierit & primò petit sapientiam ad sciendum,& faciendum dei uoluntatem: Secūdò ostendit quòd uidelicet ad talē finis adeptus est eā[scit.n.]dicit ergo[mitte illam] scilicet sapientiam &c. Notandum quòd duplex est missio sapientiæ.s. una uisibilis in carnem de qua Ioan. 10. quem pater sanctificauit & misit in mundum, alia in mentem quam petit hic [de cœlis sanctis tuis] .i. de te ipso qui cœlum & omnia contines. In Psalmo. A summo cœlo egressio eius. Item Iac. 3. quæ desursum est sapientia: primum quidē pudica est &c.dicit autem[de cęlis]pluraliter propter multitudinem contentorum & effectuum in contentis, sicut dicuntur dies æternitatis pluraliter.

Miche. 5. Et egressus eius sicut à principio dierum æternitatis.[Et à sede magnitudinis tuę]Glos.à te ipso q. sedēs & quietus oīa gubernans.Isa. 18, Ego quiescā & cōsiderabo in loco meo sicut lux meridiana clara est. Et notādum ꝙ sapientia increata quandoq; dicitur esse ī sinu patris: ut Ioā. 1. Vnigenitus,qui est in sinu patris,enarrauit nobis. Aliquādo gigni ex utero. In Psal.ante luciferū genuite. Aliquādo ex ore patris procedere Eccl. 24. Ego ex ore altissimi ꝓdii primogenita ante omnē creaturam. Aliquando de cęlo mēti ut hic: Aliquando sedere in sanctis animabus. Vnde supra eodem da mihi sediū tuarum assistricem sapientiam &c. primum propter occultationem, secundum propter consubstantialitatem,tertium propter manifestationem,quartum propter illuminationem, quintum propter tranquillitatem [ut mecū sit] scilicet intusin animę essentia & per gratiam inhabitando & informādo Eccl.24 Iacob inhabita &c.[Et mecum laboret] motiuam animæ potentiam ad opus perficiendo Eccle.ult. Memor tui misericordiæ tuæ domine, & cooperationis quę à sæculo sunt [ut sciā].i.ut scire me facias,meæ animæ potentiā cognitiuam illustrādo[quid acceptū sit coram te]uel apud tè.In Psalm. doce me facere uoluntatē tuā [scit enim omnia illa] omnia .s.ad scientiam rationis pertinētia,[sicut sunt īferiora[& intelligit omnia] scilicet pertinentia ad intelligentiam intellectus, ut sunt superiora supra 7.Omnia prospiciens.[Et deducet me in operibus meis sobriè]Glo.ne offendam dirigendo in opere bono. Supra 8 Sobrietatem docet &c. [Et custodiet me in sua potentia] Glo.ab aduersariis protegendo.In Psal. Nisi dominus custodierit ciuitatem &c. Item; ecce non dormitabit, neque dormiet &c. [Et erunt accepta opera mea]Glos. corā deo tanquam facta purè ex amore suo[& disponam populum tuum iustè]scilicet rectè subditos gubernando. Vnde supra 9. disponam populos & nationes[& dignus ero sediū patris mei] ipsum imitando [sedium]dicit pluraliter,quia sedes præsentis regni, secundum illud Prouerb.8. per me reges regnant futuri. Vnde Glossa,remuneratione cœlestis regni. [Quis enim hominum &c.] hic ostendit finis difficultatem,primò ostendens quòd dei uoluntas sine sapientia sciri non potest, secundò quòd solum per eam sciri potest [sensum autem tuum.] quòd sine illa sciri non possit:ostendit primò ex diuini

diuini ſenſus profunditate: Secundò ex ſenſus humani imperfectione [cogitationes enim.] Tertiò ex rerũ ſenſibi lium comparatione ibi. [Et difficile æſtimamus &c. bene dixi [mitte illam &c. Quis enim hominum] ſcilicet purus homo[poterit ſcire] ſcilicet ſine ſapientia tua [conſilium dei] quod eſt in præuidendo & diſponendo fienda Iſaia 40. Quis audiuit ſpiritum domini ante,quis conſiliarius eius fuit[aut quis poterit cogitare] ideſt cogitando noſſe[quid uelit deus]ſcilicet operãdo præuiſa?q.d. nullus Vñ Ro.11.O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽtię dei &c. [Cogitationes.n.mortalium] ſcilicet quãdiu ſumus in ſtatu mortalitatis [timidę]Gloſ.1. fragiles: & hoc quantũ ad ea quæ ſunt ſupra rationem [& incertè prouidentiæ noſtræ] Gloſſ. quia anima mutabilis eſt, & caro corruptibilis, & hoc quantum ad ea quę ſunt ſub ratione, & ueræ cogitationi [corpus quod corrumpitur] ideſt quod continuæ corruptioni ſubiacet propter ꝙ putredini comparatur Iob 25. homo putredo & filius hominis uermis [aggrauat animam].ſ.affectum eius à cœleſtibus retrahendo Gal. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.[Corpus ꝙ corrumpitur aggrauat animam.] No tãdum quòd corpus animam peccato originali maculat Iob 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Item neceſſitati peccati uenialis obligat Roma.7. Quod odio malum illud facio.Item ad peccatum mortale inclinat Geneſ.8.proni ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia. Item intellectum à contemplatione ueritatis obnubilat ſupra 2. umbræ tranſitus tempus noſtrum. Vmbræ ſcilicet interpoſitione corporis opaci inter animam, & ſolem iuſtitiæ.Item affectum amore cœleſtium retardat ut hic corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Item potentias motiuas à bono impedit, & ligat; In Pſalmo edue de cuſtodia,uel de carcere animam meam. Item Roman. 7. non quod uolo bonum hoc ago. Item ſpiritu continuum bellum ſuſcitat Galat.5.caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Item cura ſui ſpiritum ſollicitat,contra quod Matt.6.Nolite ſolliciti eſſe &c.Item ſuis moleſtiis aĩam pturbat Dan. 13.anguſtię mihi ſunt vndiq;. Itẽ ſui mutabilitate eius quiete turbat,& uariat, Iob.13. Et nunquã in eodẽ ſtatu permanet [& terrena inhabitatio deprimit].i.deorſũ ꝑmit à contẽplatione æternorũ retrahẽdo

ideſt

id est ad terrena inclinando [sensum].i.intellectum huma num.Gen 8. Sensus & cogita tio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia. Ideò Rom.7.Infelix &c.[sen sum]inquam[multa cogitantem] idest tẽporalia,quæ mul ta sunt,non æterna,quæ unũ sunt,secundum illud Luc.10. turbaris erga plurima, porro unum est necessarium. [Et difficile &c.]q.d.Et hoc patet [quia difficile æstimamus].i. æstimatione non certitudinaliter cognoscimus.Eccl.1.cunctæ res difficiles[quæ in terra sunt].i.sensibilia inferiora[& quæ in prospectu sunt].i. in aperto sicut naturæ rerũ sensibilium superiorum. [Inuenimus cum labore Ecclesf.8.est homo qui diebus ac noctibus somnum non capit oculis: & intellexi quòd omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem. phylosophus sicut se habet oculus noctuæ ad lucem solis,sic intellectus noster ad manifestissima naturæ. [Quæ autem in cęlis sunt quis inuestigabit?] cum sint tã rẽmota a nobis. Eccl. 3.Altiora te ne quæsieris.Ecclesf.5.Deus in cœlo,& tu super terram:Idcirco pauci sint sermones tui.[Sensum autem tuum &c.] hic ostendit quòd uoluntas diuina potest solum sciri per sapientiam. hic autẽ ostendit appropriando ei triplicem effectum. s. effectum instruendi intelligẽtiam,corrigendi culpam. [Et sic correctę]sanandi naturam ibi.[Nã per sapiẽtiam &c.] Sensum autem tuum].i.consilium,& uoluntatem[quis sciet?] q.d.nullus.[nisi tu dederis sapientiã] illuminantem intellectum. Eccl. 1. secundum datum suũ præbet illam diligentibus se Iac.1.dat omnibus affluenter Daniel. 1. dat sapientiam sapientibus & scientiam intelligentibus disciplinam.[Et mitteris Spiritum Sanctum tuũ.] inflammantem affectum.q.d. nullus.sicut .n.homo nõ scit ea q̃ sunt hominis nisi species hominis,quæ est in illo,ut habetur 1.Cor.2.Sic nec ea quæ dei sunt nisi deus, & cui uoluerit reuelare [de altissimis] idest de te,qui altissimus es,& de filio qui altissimus est: & uos duo altissimi adiectiuè non substantiuè[ut sic].s. per donum sapientiæ & spiritus. s.missionem[correctæ sint semitæ]idest operationes[eorũ quæ in terris sunt]. i. hominum, & hoc per reuocationẽ a malo Ioan. 16. ille arguet mundum de peccato.Et benedicit. [semitæ eorum quæ in terris sunt].i.pecantium corrigi non possunt. [Et qui tibi placent didicerint] homines per informationem in bono. Ioan. 14. Spiritus paraclitus &c.docebit uos omnia. [Nã

per


per sapientiam]&c.bene dixi [& sic correctæ sunt &c.Nam per sapientiam sanati sunt.] scilicet a prauitate intellectus & corruptione affectus. Eccl. 24.ego quasi fluuius dorix quod interpretatur medicamētum generationis [quicunque placuerunt tibi domine a principio].s.mundi secundū Glo. Infra 16.Nam herba malagi na sanaui eos &c. In Psalm. misit uerbum suum, & sanauit eos Prouer.4.lignum uitæ est hiis qui apprehenderint eam.Hinc est quòd canes spirituales.i.sapientiæ doctores & prædicatores habent linguas medicinales:& dicit;omnes, quia secūdum Aug.eadē fides mediatoris quę saluauit antiquos,saluat & nos.

CAPVT DECIMVM.



AEC illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus,custodiuit,& eduxit illum à delicto suo, & dedit illi uirtutem continendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua per iram homicidij fraternitas deperiit. Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia,per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ,cùm se nationes extulissent, sciuit iustum,& conseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiam fortem custodiuit.Hæc,iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim: quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra,& in certo tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.Sapientiam enim prætereuntes non tantùm in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his quæ peccauerunt, nec latere potuissent.Sapientia autem hos qui se obseruant,a doloribus liberauit.Hæc autem, profugum iræ fratris iustum

ſtum deduxit per uias rectas:, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi, ut uinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Hæc, uenditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcenditque cum illo in foueã, & in uinculis non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant: & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc, populum iuſtum & ſemen ſine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. Intrauit in animam ſerui Dei & ſtetit contra reges horrendos in portentis & ſignis. Et reddidit iuſtis mercedem laborũ ſuorum, & deduxit illos in uia mirabili: & fuit illis in uelamento diei, & in luce ſtellarum per noctem, et tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iuſti tulerũt ſpolia impiorum, & decãtauerunt, Domine, nomen ſanctum tuum, & uictricem manum tuam laudauerunt pariter, quoniam ſapientia aperuit os mortuorum, & linguas infantium fecit deſertas.



HAEC illum &c.] In præcedentibus monuit ſpetialiter rectores ad acquirendum ſapientiam & hoc per rationes ſumptas ex periculo officii eorũ, quos monet ſ. cap, 6. Secũdò per rationes ſumptas ad eius exemplo, qui monet. 7. 8. 9. hic tertiò hortatur eos ad hæc idẽ per rationes ſumptas à multis effectibus & beneficiis ſapiẽtiæ, ad q̃ monet autẽ ſapiẽtia benefica et ſapiẽtes. ſ. amicos ſuos, pmouẽdo & incipiẽtes, aduerſarios ſapien-

ſapientiũ puniẽdo. Et iō agit de beneficiis ꝑtinẽtibus ad amicorũ Dei ꝓmotionẽ.ſ.cap. iſto: Secũdò de partibus principaliter ad aduerſariorũ punitionẽ ꝑtinẽtibus.ſ.cap.11. & deinceps. In prima primò determinat beneficia collata ſingularibus pſonis. Secundò beneficia exhibita uni populo, [hoc populum iuſtum] in prima oſtendit beneficia ſapientiæ in ſex ſingularibus perſonis patri archiarũ antiquorũ. Primò in perſona Adę cũ dicit [hoc illũ, qui primus &c.] Secundò in perſona Noe ibi [ab hac ut receſſit.] Tertiò in perſona Abrahę, hoc [& in cõſenſu ſuperbię.] Quartò in perſona Loth [hoc iuſtum à pœnitẽtibus.] Quintò in perſona Iacob. [hęc aũt, profugũ &c.] Sextò in perſona Ioſeph [hæc uenditum iuſtum.] In prima Adę oſtendit beneficiũ primò gratię ſecundò naturæ [& eduxit &c. hoc illũ] bene dixi ꝙ per ſapientiã [ſanati ſunt oẽs] ꝙ patet per extra [hoc.n.] ſ. ſapientia [illum] ſcilicet Adã [qui primus] omniũ hominum [formatus eſt à Deo].ſ. immediatè, Iob 10. manus tuę fecerunt me &c. [pater orbis terrarũ].i. totius generis humani futurus Malach.1. nunquid nõ unus pater eſt omniũ ueſtrũ [cũ ſolus eſſet creatus].ſ. ante formationẽ mulieris Gen,2. formauit igitur Deus hominẽ de limo terræ [& creatus] ex parte animæ Gen.1. creauit Deus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã &c. [cũ ſolus] inquã [creatus eſſet cuſtodiuit, ſcilicet à peccato in terreſtri paradiſo in ſtatu innocentię: poſuit.n. eum in paradiſo ut operaretur & cuſtodiret illũ Gen.2. [& eduxit illũ].ſ. iã facta muliere effectum tranſgreſſorem Gen.3. [à delicto ſuo].ſ. per immiſſionem pœnitentiæ & remiſſionem culpæ. Et notandum quòd hic habenẽ expreſſius de pœnitẽtia Adę quàm alibi [& eduxit illum de limo terræ].ſ. ex parte corporis Eccl.17. Deus de terra creauit hominem [& dedit illi uirtutem].i. poteſtatem continendi omnia, & dominandi omnibus, & hoc ex parte animæ.ſ. per rationẽ ſecundum illud Gen.1. dominamini piſcibus maris. Itẽ in Pſal. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius [Abrahæ &c.] hic oſtẽdit beneficiũ ſapientiæ ſpecialiter factũ ipſi Noe, & iis, qui cũ eo fuerunt in archa qñ liberauit ipſum à diluuio, & malos perdidit. Et primò tangit primã cãm perditionis malorũ. Secundò primã cãm liberationis bonorum ibi [ꝓꝑ ꝙ &c.] dicit ergo [ab hac].ſ. ſapientia [ut receſſit &c.] Prouer.1. Sapientiã atque doctrinam ſtulti deſpiciunt

ciunt per hoc enim quòd receditur à Sapientia, receditur à deo, supra 1. peruersę cogitationes separāt à deo [iniustus]. s. Chaym qui. s. iniustus Anthonomaticè, quia caput fuit & exemplar iniustorū [in ira sua] qua. s. iratus est cōtra fratrem suum Abel Gen. 4. quare natus es &c. [per iram homicidium]. i. quæ ira fuit homicidium spirituale, secūdum illud infra Ioan. 3. Qui odit fratrem suum homicida est, uel transitiuè ut sit sensus [per irā homicidii]. i. per iram, quæ fuit causa homicidii corporalis. Vnde Gen. 4. consurrexit Chaym contra Abel fratrem suum, & interfecit eum [fraternitas deperit]. i. societas fraternitatis Abel corporaliter mortuo & Chaym spiritualiter: [propter quòd &c.] s. peccatum, illud enim peccatum fuit prima causa corruptionis posteritatis Chaym, à qua deriuata est corruptio usque in magnā partē posteritatis Seth. Et impletum est illud Gen. 6. Omnis caro corruperat uiam suam [cum aqua deberet terram] delendo. s. hominem quem creaui a facie terræ: perierunt enim omnes, q scripti erant in terra, s. mali de quibus Iere. 13. recedētes à te in terra scribentur. Debendo etiam omnem carnem in terra uiuentium, secundū illud Gen. 7. consumpta est omnis caro, quæ mouebatur in terra [sanauit iterum] scilicet mundum, sicut. s. prius sanauerat Adā [sanauit] inquàm mūdum. i. ipsum à malis hominibus purgando [per contemptibile lignnm]. i. per archam contemptibilem im mundam, & contemptam ab illis, qui ea frustra ædificari credebant [iustum. s. Noe, de quo Genes. 6. Noe uir iustus &c. [gubernans]. s. inter aquarum inundationes ipsum à submersione liberando. 2. Pet. 2. Octauum Noe iustitię pręconem custodiuit mundo diluuium inducens. Lignum autem illud signabat crucem quia contemptibilis est in fidelibus, licet fidelibus sit uenerabilis. Vnde 1. Corinth. 1. Verbū. n. crucis pereuntibus stultitia est &c. Item ibidem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. [Hoc & in consensu &c.] hic tāgit beneficium sapientiæ collatum in persona Abrahæ: Primò quo ad se: Secundò in sua posteritate [& in filiis &c.] dicit ergo [hoc] scilicet sapientia & etiam [cu se nationes]. i. illius temporis homines in uitio natiuitatis perdurantes, [extulissent]. i. extra mēsuram suam electione cordis & conatu operis tulissent: contra quòd dicitur in Psal. Domine non est exaltatum

Vnde Genes. 32. Si contra Deum fortis fuisti quanto magis contra homines prævalebis? [Hęc uenditur, iustũ] hic ostendit beneficium factum in persona Ioseph, & primò in eius liberatione; Secundò in liberati sublimatione [donec afferet hæc] sapientia [scilicet iu stum] id est Ioseph: pro iu stitia enim fratrum suorum crimina accusabat apud patrem suum Genes. 37. Accusauit fratres suos apud patrẽ crimine pessimo [uenditum] scilicet à fratribus suis, qui eum uendiderũt transeuntibus Hismaelitis Genes. 37. [non dereliquit] scilicet ab ipso recedendo. In Psalm. non derelinquet dominus sanctos suos in æternum. [Sed à peccatoribus liberauit eũ] ab uxore Phutifaris & seruis eius cum accusaretur de adulterio. Genes. 39. [descenditque cum illo in foueam] Glos. carceris: traditus enim fuit in carcere, in quo uincti regis custodiebantur, ubi cum illo sapientia descendit, quod patuit quia gratiam principis ei dedit Gen. 39. [& in uinculis] carceris [non dereliquit eum,] quia per sapientẽ somniorum interpretationem à uinculis liberauit eum Genes. 41. [donec afferret illi sceptrum regni] id est principatum totius Aegypti post Pharaonem unde Genes. 41. tu eris super domum meam &c. [& potentiam] scilicet iudicandi uel uindicandi se si uoluisset. [Aduersus eos, qui eum deprimebant] id est contra fratres suos, qui eum depresserant quibus terrorẽ magnum incussit ut patet Genes. 42. [& mendaces ostendit, qui maculauerunt eum] scilicet macula infamiæ uxorem, scilicet Phutifaris & ser uos eius, Iob 13. prius ostendens uos fabricatores mendatii & cultores peruersorum dogmatum. Nam per eius diuinam exaltationem ostensum fuit & creditum totum esse mendatium. Ipsa etiam muliere postea fortè hæc recognoscenti. De hac macula infamiæ Eccles. 47. posuisti maculam in gloria tua, [& dedit illi claritatem æternam,] scilicet perpetuæ famæ secundum illud Psal. in memoria æterna erit iustus. uel æternæ gloriæ quãdo scilicet Christus cum cæteris patribus de inferno in gloriam induxit. Ascendens in altum captiuam duxisti captiuitatẽ. Notãdum autẽ ꝙ in prædictis sex personis tanguntur sex modi, quibus sapientia liberat sanctos secundum illud Iob 6. In sex tribulationibus & in septima non tangat te malum. liberat enim à tentatione hostis ut

ſcilicet cõſtanter, unde Exo. Stetit Moyſes corã Pharaone[ſtetit]inquam[contra reges horrendos]Gloſ. Pharaonẽ & alios principes[in portentis].i. in maioribus miraculis [& ſignis] minoribus quæ fecit in Aegypto. Vnde Exo.7. multiplicabo ſigna & oſtẽta mea in terra Aegypti Eccl.45. Magnificauit eũ in conſpectu Regũ ſupra 8. timebunt me reges horrendi [& reddit] iuſtis Gloſ. Iſraelitis[mercedem laborũ ſuorum]Gloſ. terrã promiſſionis quàm eis prius promiſerat Gen.12. Semini tuo dabo terram hanc[& adduxit illos].ſ. ad terram prædictam[in uia mirabili]Gloſ. per deſertum in Pſalm. In terra deſerta & uia & inaquoſa, hæc autem uia fuit mirabilis quia nullo modo peruia tanto exercitui ſine multis miraculis. Vnde ſequitur[& fuit illis in uelamento diei].i. æſtus diurni ſcilicet per columnã nubis [& in luce ſtellarum nocte] idest loco lucis ſtellarum. Et hęc per columnã ignis ut dicit Gloſ. Exo.13. nũquid defuit columna nubis per diẽ, neque columna ignis per noctem. Item Iſa.4. creabit dominus ſuper omnem locum montis Syon &c. nubem per diem &c. & tranſtulit illos]. ſ. in exitu de Aegypto [per mare rubrum] Exo.14. diuiſa eſt aqua & ingreſſi sũt filii per medium ſicci maris. dicitur autem[mare rubrũ] à colore, quem trahit ex terra rubra adiacente [& tranſuexit illos per aquam nimiã] ſcilicet ipſius maris: cuius aquæ erãt eis pro muro à dextris & à ſiniſtris Exo. 14. Et nota quòd dicit per mare rubrum quo ad qualitatem, per aquam nimiam: quo ad quãtitatem[inimicos autẽ illos] ſcilicet Aegyptios [demerſit in mare]Exo.15. curros Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Item ſubmerſi ſunt quaſi plumbum &c. [& ab altitudine] ideſt profunditate inferorum , id eſt ineffabilium afflictionum: ut dicit Gloſ.[eduxit illos]ſcilicet filios Iſrael in hoc.ſ. ꝙ inimicos eorũ qui eos uolebant illuc mittendo occidere illuc tranſmiſit uel proiecit Eccl. ult. De altitudine uentris inferi & a lingua coinquinata & à uerbo mẽdatii,[ideò iuſti].ſ. qa cũ illis erat ſapiẽtia [iuſti].ſ. filii Iſrael [tulerunt ſpolia filiorũ]Glo. uaſa aurea & argẽtea Aegyptiorũ ut patet Exo.14. Prou.13. cuſtoditur iuſto ſubſtãtia peccatoris. Nota ꝙ nõ dicit abſtulerũt qa de mandato ſuperioris.ſ. dei hęc fecerũt, & iõ furtũ uel rapinã nõ cõmiſerũt ſaltẽ illi ꝗ nõ cupiditate ſed intentione obediẽdi hęc fecerũt[& decã

tauerunt].i.deuotæ cãtauerũt scilicet post transitum maris rubri, [domine nomẽ sanctũ tuum] Exo.15. Cantemus domino &c. Dominus quasi uir pugnator, omnipotens nomẽ eius. Sic aũt [decantauerunt] pro sua liberatione [& uictricẽ manũ tuam].i. potentiam [laudauerũt pariter].i. simul scilicet pro suorũ aduersariorũ deiectione. Vnde Exo.15. dextera tua dñe magnificata est in fortitudine. [Quoniam sapientia &c.] q.d. & meritò decantauerunt & laudauerunt &c.] quoniam sapientia eos.s. liberans aperuit.s. in laudem nominis diuini, [os mutorũ] prius præ timore obmutescentiũ Exo.13. Viderũt filii Israel Aegyptios post se & timuerunt ualde, [& linguas infantiũ].i. fari nequeuntiũ, [fecit desertas].i. eloquentes fortè ad litterã linguas puerorũ hebræorũ, secũdum illud Psal. Ex ore infantiũ &c. [uel infantiũ].i. imperitorũ loqui nescientiũ ad modũ infantiũ secũdum illud Iere.1. nescio loqui, qa puer ego sum. Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam &c. Exo.3. qui fecit os hominis. Glos. sine sapientia Dei humana mens nec cogitare aliquid, nec dignè proferre potest. Ab ipso ergo, & sapientia, & eloquentia petendã est.

CAPVT VNDECIMVM.




IREXIT opera eorũ in manibus prophetæ sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ nõ habitabãtur: & in locis desertis fixerunt casas. Steterũt contra hostes, & de inimicis se uindicauerunt. Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas paßi sunt inimici illorum, à defectione potus sui: cùm abundarent filij Israel, lætati sunt. Per hæc, cùm illis deessent, bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidèm sempiterni fluminis, humanũ sanguinẽ dedisti iniustis: Qui cùm minuerentur in traductione infantiũ occisorũ, dedisti illis abũdantẽ aqua insperatè: et ostẽdẽs per sitim quæ tunc fuit, quemadmodũ tuos exaltares, &

ad-

aduersarios illorum necares. Cùm enim tentati sunt, et quidem cum misericordia disciplinam accipiētes, scierunt quemadmodū cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogās condemnasti. Absentes enim et præsentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorū. Cum enim audirēt per sua tormenta bene secum agi, cōmemorati sunt Dominum admirātes in finem exitus. Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt: non similiter iustis faciens: pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum. Quòd quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animaliū in uindictam: ut sciret quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impoßibilis erat opus manus tua, quæ creauit orbē terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, aut noui generis ita plenas aut ignotas bestias, aut uaporē igneum spirantes, aut fumi odorē proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas immittentes: quarum non solùm læsura poterat illos extermina re, sed & aspectus per timorē occidere. Sed & sine his uno spiritu poterant occidi persecutionē paßi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritū uirtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. Multum enim ualere tibi soli supererat semper: & uirtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentū stateræ sic est ante te orbis terrarum, & tanquā gutta roris antelucani quæ descendit in terram. Sed misereris omniū, quia omnia potes, & dißimulas peccata hominum propter pænitentiam. Diligis enim omnia

quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Parcis autē omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.



IREXIT opera eorum] hic agit de beneficiis pertinentibus ad aduersariorum punitionem, & primò de pertinētibus ad punitionem per pęnas grauiores ordinatas ad cōdemnationem. s. 13. cap. Et deinceps. In prima primò agit principaliter de punitiōne Aegyptiorū Israelitas iniustè deprimētium. Secundò de punitione Chananęorum eorum terrā iniuste detinentiū. s. cap. 12. In prima primò agit de punitione Aegiptiorū pp filiorum Israel depressione⁻ iniustam. Secundo pp idolatriam [ꝙ quidam errantes] In prima primò ostenditur erga filios Israel quos detinere uolebant dei misericordia. Secundò contra Aegyptios uolētes iniuste detinere eos dei iustitia [per q̄ uę. n.] In prima primò tangitur Israelitarum in uia directio. Secundò impedimentorum in uia occurrentium expeditio siue amonitio [steterunt] tertiò ipsorum in uia refectio [sitierunt] dicit ergo [direxi] q. d. non solum prędicta beneficia fecit sapięntia populo Israelitico, sed etiam [direxit opera illorum] Glos. Israelitarum post recessum. s. eorum de Aegypto in manibus] i. in potestate & regimine [pphetę sancti] Glo. Moysi qui fuit propheta quo ad doctrinā. Deut. 18. Prophetam sicut me suscitabit tibi dn̄s. [Sanctus] quo ad uitā. Exo. 33. Inuenisti gratiā corā me. hic eos docebat & regebat nō solum uerbis qa propheta, sed ēt exēplis quia sanctus. ut possit dici de eo illud Luc. 24. fuit propheta potēs in opere & sermone. [Iter fecerūt] Glo. pperātes ad terrā pmissionis [p deserta] i. p plura loca derelicta. s. cultoribus [q̄ nō habitabantur] s. ab icolis hoibus. Et hoc factum est sapiētia dirigente eos p manum MOYSI, s'm illud Ps l. Deduxisti populum tuū sicut oues in manu Moysi, & Aaron. Quòd non recognouerunt multi. Vnde Ier. 2. nō dixerunt ubi est dn̄s, qui trāsduxit nos p desertum, p terram inhabitabilē & in uiā [& in locis desertis fecerūt casas] Glo. tabernacula. i. pauperes domunculas: & dicunt casę à ca

dendo

dendo, qa de facili cadere pos sunt. Similiter legit de Abraã qp habitauit in casulis. Hebr. 11. Et hęc fecerũt p 42. mãsio nes q̃ determinantur Nu. 33. [steterunt contra hostes]. s. cõ tra Amalechitas cum eis pu gnãdo ut habetur Exo. 17. Et cõtra Madianitas. Nu. 31. [Et de inimicis] s. Amalechitis [se uendicauerunt]. s. triumphan do, et eos occidendo, & hæc p orationem Moysi, & eleuatio nem manuum eius ut patet Exo. 17. [Sitierunt]. s. ex par te corporis pp aquæ pęnuriã ut patet Exo. 17. Et Num. 20. [Et inuocauerunt te]. s. ex parte animæ. Et hæc per se ip sos uel p Moysen. Vnde Nu. 20. Domine deus audi clamo rem populi huius. In Psa. Clã mauit ad dñum cum tribula reni [& data est eis aqua de pe tra altissima]. i. de petra ualde alta. Exo. 17. pcuties petram &c. Item Num. 20. loquimini ad petram & illa dabit uobis aquas [& requies sitis]. i. seda tio sitis per potum aquæ [& de lapide duro] repente [data est eis] In Psalm. percussit pe tram & fluxerunt aquę. Item Num. 20. egressę sunt aquæ larghissimæ ita ut biberet po pulus & iumenta: dicitur au tem petra altissima id est ual de alta uel altissima ratione significati. s. quia significabat Christum. Vnde. 1. Cor. 10. pe tra autẽ erat Christus. de hac petra egrediuntur spirituales aquæ gratiarum Ioan 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo illi &c. Item Ioan. 7 Siquis sitit ueniat ad me & bibat. [per quę eni] hic osten ditur diuinæ iustitiæ effectus contra Aegyptios, qui Israeli tas detinere uolebant & pri mò tangitur per defectum a quæ Egyptiorum punitio. Se cundò congruentia pœnæ. [nam pro fonte.] Tertiò in tentio punientis qui cum mi nuerentur. Quartò grauitas punitionis. [hos quidẽ.] Quin to effectus impunitis [cum. n. audirent per quæ &c.] Gloss. memoratis beneficiis priori populo datis, narratur pœna inimicorum [per quæ. n. & c.] q. d. Israelitis data est aqua rum abundantia [enim] pro quia [per quæ pœnas passi sunt inimici illorum: scilicet Aegypti [a defectione potus sui]. s. tota aqua Egypti uersa in sanguinem ut de ea nõ pos sent bibere, ut patet Exod. 7. [Et in eis cum abundarent fi lii Israel]. s. in aquis quę in ter ra Iessen abundabant: Vel se cundum Gloss. quæ fluxerant de petra. Nume. 20. [Letati sunt per hęc]. s. p aquas [cum illis deessent]. i. aquę Gloss. Israelitis [bene cum illis actu est] quia defectus ille per mi raculum suppletus est. [Nam pro fonte &c.] q. d. bene & cõ grue Egyptiis defectus aquæ.

Israelitis uero aquarum abundantia conata est. [Nam pro fonte quidē] certe[sempiterni fluminis]idest Nili à principio mundi continuè fluentis:est enim de fluminibus paradisi Gen.2.[humanum sanguinem] idest speciem humani sanguinis[dedisti iniustis] idest Aegyptiis, quoniā secūdum Glossam, aquæ eorum in sanguinem uersę sunt, ut patet Exod.7.[Qui scilicet] filii Israel[cum minuerentur in traductione infantium occisorum]idest propalatione & occisione infantium, quæ fiebat ne populus multiplicaret, sed minueret ut patet Exo.1.[dedisti illis].s.filiis Israel[abūdātē aquam insperatè].i.ex improuiso, quia in deserto & de petra fluente per miraculum in deserto. Augu. Miraculum est opus arduum & insolitum supra spem, & facultatem existens admirantis [humanum sanguinē &c.] quasi uellet dicere, secundum Gloss. Aegyptiis ꝓ aqua sanguinē: Israel pro sanguine puerorum effuso aquam dedisti[ostendens]o domine[per sitim quę tūc fuit] ī Aegypto Aegyptiis & in deserto Israelitis: [quemadmodum tuos exaltares]scilicet in futuro cum torrente uoluptatis tuæ potabis eos. In hoc scilicet quod tam mirabiliter potasti eos in præsenti. [Et aduersarios eorum necares] Glos. siti æterna: sicut diuitem Epulonē: de quo Luc.16.Item Isaia penult. Ecce mei serui bibent, uos sitietis. Vel secūdum literam per hoc figurabat Aegyptii ī mari rubro necandi & Israelitæ liberandi.[Cum enim tentati sunt] scilicet filii Israel in deserto tentationibus multis & plagis. Gloss. Israelitas peccantes dignis plagis corripuit deus & consolatus est, unde sequitur [& quidem]idest certè[cū misericordia disciplinā:]cū mīa consolante disciplinā corripientē: uel misericordē & leuē correptionē seu flagellationē ꝓ culpis suis: & iō ipsam abiicere non debuerūt: Prou.3.fili mi disciplinā dñi ne abiicias. Heb.12.Qđ si extra disciplinā estis, adulteri estis & non filii. [Scierunt].s. ꝓ experimentū [quēadmodū cū ira].i.q̄ asperè: quod timebat propheta di. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; &c. [Iudicati impii].s. ī præsenti [tormenta paterentur] scilicet in futuro incomparabiliter grauiora: pluet enim super peccatores laqueos &c. [Scierunt]inquam per experimentum, & in hoc quòd tam asperè correcti sunt Luc.24. Si in uiridi ligno hoc fuerit in arido quid fiet? Itē Prouerb.11. Si iustus in terra recipit, quanto magis īpius & peccatorū. Item Iere.25. Ecce in ciuitate

in qua inuocatum est nomē meum, ego incipio affligere: & uos quasi innocentes immunes eritis? q.d. nō [hos quidem] Glo. Israelitas [tanquam pater monens] scilicet ad maiorem profectum, uel ad proficiendum in meius [probasti] idest de sua correctione monendo probatos reddidisti. Flagellat enim dominus omnem filium, quem recipit Heb. 12. Et Prouer. 3. quem diligit dominus, corripit & quasi pater in filio complacet sibi. Item supra 3. tanquam aurum in fornace probauit illos, [illos autē] Glossa; Aegyptios aut Cananęos [tanq̄ Rex durus] per effectū. s. punitionis, q. ī natura tua benignus es [interrogans] pęnis. s. & qōnibus tormētorū sicut. s. latrones & malefactores ponunt in quæstionibus, & torquentur. Gregor. pœna interrogat si quis quietus ueritatē amat. [Condemnasti] q̄a per flagella nō sunt emēdati sed deteriorati. Eze. 24. multo labore sudatū est & nō exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; p̄ ignē Ier. 6. argētū reprobū uocate eos quia dominus proiecit eos [absentes] enim &c. q. d. bene dixi quod durē condemnasti eos [absentes] enim scilicet Aegyptii a præsentia Moysi, & Pharaonis, uel à filiis Israel. [Et præsentes] scilicet malitiæ Pharaonis expresse consentiētes. Vel, secundum Glossam, Chananęi, siue qui ab Israel occisi sunt, siue qui uictoriam aliorum audierunt, [similiter torquebanī] q̄a plagæ erant in tota terra Aegypti: ut patet de plaga sanguinis Exod. 7. Vel [pn̄tes torquebanī] corpe [absentes] qui hoc audiebat torquebantur mente. Sed tunc quærit, quomodo ergo similiter torquebantur si absentes mente torquebantur, præsentes uero corporè? Dicendum quòd similiter in genere scilicet quantum ad hoc ꝙ tam illi quam isti torquebantur, sed non similiter in specie uel modo [duplex enim illos acceperat] scilicet quasi in possessione tedium idest afflictio secū dum illud Psal. induantur sicut diploide confusione sua. Iere. 17. duplici contritione contere eos [duplex] inquam [&] pro idem gemitus de incursu malorū præsentium [cū memoria pręteritorum] idest cum dolore, quem habebant ex recordatione pręteritorū malorum uidentes quòd plagis p̄agæ succedebant Gloss. [duplex tedium] idest præteritorum malorum recordatio & pręsentium tempestas. [Cū enim audirent &c.] hic ostenditur punitionis effectus in punitis. Primò ex parte Israelitarū: Secūdò ex parte Aegyptiorum [quę enim &c.] Tertiò ex parte utrorumque [non simi-

triam & hoc per immissionē muscarum & ostēditur huius pęne cōgruitas primo ex parte peccātis, scd̄ò ex parte iudicis punietis[non.n.Quòd quidē &c.] q. d. sicut puniti sunt ꝑ Israelitarum punitione[ꝙ] pro quia [quidam]Aegyptiorum[errantes]. s.à fide Prou. 14.errant qui operātur malū [colebant mutos serpentes,] mutos dicit ad drīā serpentis qui locutus est Euę in paradiso terrestri Gen.3.[Et bestias superuacuas].i.inutiles adeo lędum,colebāt.n. Egyptii Esculapium sub specie serpētis. Mercurium sub specie canis. Iouē sub specie Arietis. Apim sub specie bouis. Ro.1.mutauerunt similitudinē incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hoīs,& volucrū, & quadrupedum,& serpentū. [Immisisti illis multorum animalium in uindictam] .s.ranas,& muscas,cinifes & locustas, secundum illud Psal. misit i eos cinomina, & comedit eos,& ranā,& disperdidit eos. Et dedit ærugini fructus eorū & labores locustę [ut scirent quia per quæ].i.per qualia [peccat quis per hęc] idest per similia [&] idest etiam [torquetur] Glossa, ut ex similitudine pœnę cognoscerent qualitatem culpę, sicut Aman suspensus est patibulo quòd parauerat Mardochæo Hest.7 Et Holofernes ꝓprio pugione:& hoc a muliere quā male concupierat Iudith.13. [Nō.n.per impossibilis &c.] hic ostenditur pęne congruētia ex parte iudicis punientis qui potius uult uti misericordia quam potentia. Et primò ostenditur ꝙ huius leuis punitio non fuit ex impotentia. Secundò ꝙ fuit ex misericordia [sed omnia] tertiò subdit probatio potentiæ [multum .n.] quartò probō misericordiæ. [& misereris] In prima ostendit ꝙ poterat eos aliter punire. s. aut per instrumentum uindictæ iā creatum, aut ꝑ aliud de nouo creādum ibi. Aut[nouigeneris]aut immediate ꝑ ipsū. [Nā sine iis]dicit ergo non qa &c .bene dixi ꝙ puniuisti eos per ea per q̄ peccauerant: & hoc ꝑꝑ pœne ad culpam cōuenientiam nō ꝑꝑ impotentiam [non.n. impossibilis erat] . i. ualde impotens [manus tua].i.filius tuus, secū dum illud Psal. Emitte manū tuā de alto[omnipotēs.] Vnde Infra 16.[omnipotens]sermo tuus dn̄e &c. [quę creauit].i.formauit[orbē terrarū] creare.n. est de nihilo aliquid facere:formare uero ex materia p̄iacente, orbis autē terrarum fuit ex materia p̄iacenti prius tn̄ creata informi. Vnde seqtur [ex materia inuisa]. i. ex prima materia quæ inuisa .i. inuisibilis erat tunc ex parte sui, quia carebat forma distin-

distincta & ex parte agentis quia deerat lux quæ necessaria est ad reducendũ sensum uisum de potentia in actum. Vnde Gene. 1. terra erat inanis & uacua scilicet quo ad primum defectum & tenebræ erãt super faciem abissi : quo ad secundum [immitte illis] scilicet pro uindicta [multitudinem Vrsorum aut Leones audaces.] quæ sunt animalia fortia, & rapatia propter quod de eorum superatione gloriatur dicendum 1. Reg. 17. Leonem & Vrsum interfeci [immitte] inquam Leones &c. sicut fecit quando in terram Samariæ misit Leones qui populos illuc translatos deuorabãt quia deum non colebant [aut noui generis ira plenas & ignotas bestias.] Et ideo terribiliores. Deut. 32. Dẽtes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram &cæt. [aut uaporem igneum] uel ignium [spirãtes] scilicet ad consumptionem, [aut odorẽ fumi proferentes] scilicet ad aeris infectionem [aut horrendas ab oculis scintillas] mittentes ad terrorem [quarum nõ solum læsura] facta .s. percutiendo [poterat illos exterminare] id est extra terminos uitæ ponere. [Sed & aspectus] uidendo [per timorem occidere] scilicet iniustos & malos, de iusto enim dicitur in Psal. Super aspidẽ & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem, & draconẽ. Notandum autem quòd per diuersas prædictas bestias possunt sex genera peccatorum intelligi; per Vrsum uitium gulæ per Leonem superbiæ: per bestias ira plenas iræ, per uaporem igneum spirantes luxuriæ: per odorem fumi proferẽtes auaritiæ: per scintillas ab oculis mittẽtes inuidiæ. [Sed & sine iis &c.] nec solum hoc modo poteras eos punire. [Sed & sine iis] id est sine harum bestiarum adminiculo. [Vno spiritu poterãt occidi] Glossa .i. Vna indignatione uel iussu: sic accipitur spiritus Gen. 6. ubi dicitur non permanebit spiritus meus in homine, id est indignatio mea &c. uel uno spiritu scilicet angelico; sicut Sennacherib & exercitus eius ut patet Isa. 36. [persecutionem] passi .s. tanquàm à causa meritoria [ab ipsis factis suis] ita quòd ipsis operibus suis perimerentur sicut uipera suo partu perit Luc. 3. Genimina uiperarum &c. In Psalm. secundum opera manuum eorum tribue illis. [Et dispersi] scilicet per loca diuersa extra terram suam [per spiritum uirtutis suæ] hoc potest intelligi intransitiuè, & tũc intelligitur de spiritu increato Iob 5. Vidi eos qui operantur iniquitatem flante deo perisse & spiritus iræ

iræ eius esse consumptos.[Sed & omnia ostendit] quòd ex misericordia puniuit; & punit minus quam posset & primò per hoc quod non puniuit ultra quam exigeret culpę quantitas [quia in mensura] secundò per hoc quòd non puniuit ultra quam exigeret culpæ multiplicitas [quia in numero] tertiò quia non ultra q̃ exigeret peccātis conditio uel qualitas [quia in pondere] bene dixi quòd non punis secundum immēsitatem potentię tuæ idest quantum posses.[Sed & omnia &c.] q. dicat non tantum creaturas ipsas, sed & earum retributiones & pęnas seu punitiones [disposuisti in mensura]ut nō excedant culpæ quantitatem. [in numero]ut non excedant culpæ multitudinē[In pondere] ut non excedant peccātis conditionem uel peccati circunstantiam.Quòd autem puniat secundum mensuram. Apoc.18. quantum glorificauit se & in deliciis fuit tātum date ei tormētum,& luctum. Item Isa.27. In mensura contra mēsuram cum abiecta fuerit iudicabit eam. Item Luc. 6. In qua mensura mensi fueritis,remetietur uobis,Qđ s̄m numerū Apocal.18.duplicate ei duplicia secundum opera eius. Item Isa. 40. suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis idest duplicem pęnam,scilicet pœnam damni & pęnam sensus, uel pœnam corporalem exteriorem & spiritualem interiorem idest conscientiæ remorsum,Quod secundum pōdus patet supra 6. exiguo conceditur misericordia, potentes potenter tormenta patiētur. Aliter potest sic exponi[omnia] scilicet corporalia quantum ad suam naturam [disposuisti in mensura, numero, & pondere] quia mensura omnium corporalium sunt quatuor elementa,quę habent numerum,pondus, & mēsuram ut patet,uel aliter [pondus]refertur ad potentiam operantis [numerus] ad sapientiam ordinantis [mensura] ad clementiam conseruantis Rom. 11. ex quo omnia quantum ad potentiam patris: per quē omnia quo ad sapientiam filii In quo omnia quo ad clementiam Spiritus sancti, secundum Glossam Rabani. [In mensura]qualitas.[In numero]quantitas. [In pondere]ratio. Secūdum Augustin. [mensura] creaturæ est eius certa quantitas, qua dicitur magna uel parua uel mediocris [numerus]certa qualitas qua ab alia disiungitur [pondus] proprietas, qua in loco suo consistit. Vnde secūdum Aug. mensura idem est quod modus,species,idemest ꝙ numerus, ordo ꝙ pondus: hæc tria

tria.s.modus,species,& ordo, ubi magna sunt:magna bona sunt,ubi parua parua,ubi nulla, nulla, sicut ipse dicit. Vel pôt hæc exponi de mensura numero,& pondere in creatis sic[in mensura].i.in te omnia mẽsurante, idest modum rei cuilibet præfigente[in numero] idest in te omnia numerante, id est cuilibet rei speciem propriam largiente [in pondere].i. in te omnia ponderante. i. omnibus proprium & certum ordinẽ assignante,huic ponderante concordat quædã expositio August.dicentis[in mensura].i. in te ipso quies mensura sine mensura unicuique rei modum præfigens: [numerus] sine numero omni rei speciẽ præbens[pondus] sine pondere omnem rem ad stabilitatem trahens : primum in ratione efficientis: secundum in ratione exẽplaris: tertium in ratione causæ finalis. Moraľr sic. [In mensura] contra uitium infirmitatis [in numero] contra uitium singularitatis [in pondere] contra uitium leuitatis.Sed obiicitur, si omnia disposuit in mensura, numero,& pondere: ergo mensuram in mensura & sic in infinitũ. Potest dici quòd loquendo de numero pondere & mensura in creatis, distributio est uniuersalis, loquendo uero de creatis distributio est accõmoda.Ita scilicet quòd intelligatur fieri distributio pro mensuratis,numeratis, & ponderatis. Vel omnia entia cõpleta in alio non concreata. Talia autem non sunt mensura numerus & pondus : sed in aliis concreantur cum non sint non entia per se stantia & completa. ¶ Multum.n. &c.]hic ponitur probatio potentię diuinæ.Primò per eius magnitudinem.Secundò per paruitatem creaturæ [quoniam] tãquam &c. [Multum enim &c.]q.d. benè patet quòd ex impotentia non fuit quia sic eos puniuit [multum enim ualere.i.ualde posse[tibi soli] etiam sine alterius adiutorio [superat]semper.s. ꝓpter infinitatem potentiæ tuę.Infinitum. n. est cuius partes uel quantitatem accipienti semper est accipere aliquid extra Luc. 1. non erit impossibile apud Deum omne uerbum [semper].i.omni tempore uel in æternum: secundum illud Daniel 7. potestas eius potestas æterna[& uirtuti] i. perfectæ potentiæ quia secundum philosophum uirtus est ultimum de potentia in re [brachii tui]secundum illud Isa. 51. Induere fortitudinẽ brachii domini, quis resistet q.d.nullus potest, & hoc est quia non patitur ab aliquo [quoniam &c.]& uerè[quoniam

niam totus orbis terrarum] idest uniuersitas creaturarum [sic est ante te] idest in tua dispositione, uel in tua comparatione [sicut momentum stateræ] idest illud modicũ quo statera huc, uel illuc inclinatur. Vnde dicitur momentum à mouendo, uel quia sicut faciliter, & quasi in momento mouetur huc & illuc; Sic diuina uirtute mundus ad nutũ dei mouetur. Vnde Isaia 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & sicut momentum stateræ reputatę sunt, & quasi [gutta roris ante lucani] idest ante lucem candentis. [quæ descendit in terram] quę à facie solis facilè dissoluitur, nec ei potest resistere. Et notandum quòd dicit creatura esse tanquam momentum &c. respectu dei quantum ad facilitatẽ agendi in ipsam, & tanquam gutta roris &c. quantum ad impossibilitatem patiendi ab illa. Isaia 40. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram illo.

¶ Et misereris omnium &c.] hic ponitur probatio diuinæ misericordiæ: & primò probat eam per effectum dissimulationis: Secundò per effectũ dilectionis [diligis enim] tertiò per effectum conseruationis [quomodo autem posset &c.] quartò per effectum remissionis [parcis autẽ.] Et misereris omnium] idest in omnibus exerces misericordiæ effectum, secundum illud Psalm. Miserationes eius super omnia opera eius. Item uniuersę uię domini misericordia, & ueritas. Item misericordia domini plena est terra [quoniam omnia potes.] Vnde omnia sunt factures tuæ, & opera tua secũdum illud Psalm. qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quę in eis sunt. [Et dissimulas ad tempus] scilicet non puniendo [peccata hominum.] non dicit angelorum, quia peccatum angelorum statim fuit punitum Isa. 14. quomodo cecidisti Lucifer, qui mane orie baris [propter pœnitentiam.] Vnde Roma. 2. ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit Ezechiel decimooctauo: Si egerit impius pœnitentiam ab omnibus peccatis suis &c. Vita uiuet & non morietur. [Diligis enim omnia quæ sunt] scilicet bona eorum approbando, & conseruando Gen. 1. Vidit deus cuncta, quę fecerat, & erant ualde bona Gloss. bonus opifex opus suum diligit; deus autem peccatum nõ fecit. Vnde Ioan. 1. Sine ipso factũ est nihil. i. peccatum, secundũ Augu. Et ideo peccatũ non diligit sed odit, ẜm illud Psal. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatẽ. [Et nihil odisti eorũ, quæ fecisti] nullum. s. reprobando.

bãdo. Cõtra quod dicitur in Psalmo, iniquos odio habui. Item, odisti omnes; qui operantur iniquitatem. Item Ecclesiast. 12. Altissimus odio habet peccatores. Sed dicendum quòd non odit facturam suam sed facturæ uitium sicut artifex statuam quã fecit diligit & tamen aliquem nodum in ea ex parte materiæ existentem odit. [Non enim odiens] id est, innitus [aliud constituisti] scilicet de nullo ipsum creando aut fecisti de materia præiacenti formando. Vnde Boeti. quẽ non externæ potuerunt fingere causæ materiæ fluctuantis opus uerum, insita summi forma boni constituit. Prouerb. 16. Vniuersa propter se metipsum operatus est dominus [quomodo autem posset aliqd] idest ulla creatura [permanere] scilicet in suo esse [nisi tu uoluisses] idest nisi tua bonitate uoluntariè cõseruares? quasi dicat nullo modo. Vnde Grego. cũcta, quæ sunt in nihilum tenderent nisi manu creatoris sustentarentur uel tenerentur [aut quod à te uocatum non esset] idest nisi tua sapientia intuendo approbares Roman. 4. qui uocat ea quæ non sunt &c. [cõseruaretur] quasi dicat nihil [parcis autem omnibus] scilicet hominibus qui dicuntur omnis creatura, secundum illud Marc. ultim. prædicate Euangelium omni creaturæ [parcis] inquam quia tibi est proprium iuxta illud: Deus cui proprium est misereri semper & parcere. [Quoniam tua sunt] Ezechiel 18. Omnes animæ, meæ sunt [qui amas animas] quòd patet quia animam tuam posuisti pro eis Ioan. 15. maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Bern. maiorem habuisti eam ponens pro inimicis tuis.



QVAM bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus? Ideoque eos qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores uiscerum hominum, & deuoratores sanguinis & authores parentes animarum in auxiliatarum perdere uoluisti à medio sacramento tuo, per manus parētum nostrorum, ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed et his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui uespas, ut illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut uerbo duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem: ueniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo ueniet uindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti? Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoq; qui non

debet puniri, condemnas, exterum æstimas à tua uirtute. Virtus.n.tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem.n.ostendis tu, qui non crederis esse in uirtute consummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. Tu autem dominator uirtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi cùm uolueris, posse: Docuisti autem populũ tuũ per talia opera, quoniã iudicas oportet iustũ esse & humanũ, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. Si.n.inimicos seruornm tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ possent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta, & conuentiones dedisti bonarum promissionum? Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicãtes: & cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiã tuã. Vnde & illis qui in uita sua insensatè & iniustè uixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris uia diutius errauerũt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantiũ insensatorum more uiuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibrijs & increpationibus non sunt correpti, dignum Dei iudicium experti sunt. In his.n.quæ patiebantur, molestè ferebant: in quibus patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cùm exterminarentur, uidentes illum quem olim negabant se nosse, uerum deum agnouerunt, propter quod & finis condemnationis eorum ueniet super illos.

CAP.



QVAM bonus&c.] postquam egit de beneficiis exhibitis filiis Israel in afflictione uł punitione Aegyptiorũ principaliter: Hic agit de bñficiis exhibitis eisdẽ i afflictione Chananęorũ, & Amorreorũ terrã ꝓmissionis inhabitãtiũ principaliter. In prima primò ostẽdiť illorũ populorũ iuxta punitio: Scđò misericordia exhibita in puniendi mõ. [Sed in iis.] Tertiò populi dei ĩ utroq; instructio. [Tu aũt dñe.] Quartò aduersariorũ incorrigibiliũ ꝑ utrũq; cõdẽnatio. [Vñ & ĩ illis.] In prima tãgiť pia intẽtio puniẽtis: Scđò eqtas punitionis. [Illos .n.] pię intẽtionis primò ostẽdit cãm, secundò signũ [ideò &c.] tertiò finẽ [ut relicta] ita parcis oĩbus &c. [O q̃ bonus &c.] exclamatio est innuẽs insufficientiã loquẽtis, ad exprimẽdũ bonitatẽ creatoris, est .n. sensus. [O quã &c.] q.d. nõ ualeo exprimere quantũ, & hoc ꝑꝑ infinitatem bonitatis tuę [bonus]. s. in bona tua cõmunicãdo: est.n. bonũ diffusiuum sui, ẽm Dyonisiũ Mat. 19. Nemo bonus nisi solus deus: solus.n. deus cõicat sua, oĩs creatura alienũ, quia nihil habet suũ. Vnde 1. Corin. 4. quid habes ꝙ non accepisti? [& suauis est domine spiritus tuus ĩ omnibus?] .s. malis parcendo nostris. In Psal. Gustate & uidete qm̃ suauis est dominus [spiritus] inquam [tuus in nobis] Glos. quia amor Dei fons totius boni est. In omnibus maximè, in quibus magis apparet Dei misericordia, in Psal. Suauis dominus uniuersis [ideoque] quia bonus & suauis, [hos qui exerrant]. i. extra uiam ueritatis errant in fide uel moribus: sicut illi de quibus Isa. 53. Oẽs nos quasi oues errauimus. Itẽ Tren. 4. Errauerũt cęci in plateis [partibus, corripis]. i. flagella per partes nõ simul, & successiuè immittẽdo, ẽm illud Exo. 23. non eiiciã eos à facie tua uno anno: sed paulatim expellam eos Iob. 35. Nũc.n. infert furorẽ suũ nec ulciscitur scelus ualde, sed modicum [corripis] uel ꝑ te, uel ꝑ eos quos spiritu sãcto reples ẽm Glos. Ioã. 16. Arguet mũdũ de peccato [& de qbus peccãt]. i. de peccatis qbus peccãt [admones]. s. ueniã promittendo, ẽm illud Matt. 4. Pñiam agite &c. Isa. 45. Cõuertimini ad me & salui eritis &c. Beati q audiũt uocem admonẽtis Isa. 30. aures tuę audiẽt uerbũ post tergũ monẽtis [& alloq̃ris]. i. pęnã cõminãdo Isa. 1. Si audieritis me bona terrę comedetis, ꝙ si nõ audieritis, gladius deuorabit uos, [ut relicta malitia]. s. peccati uel infidelitatis [credãt in te dñe]. s. fide formata in te, inquã, te, uel tibi tantũ:

Isaia 55. derelinquat impius uiam suam &c. contrarius. n. est motus pœnitentiæ motui malitiæ: quia sicut ille est à bono in malum, sic istæ à malo in bonum. [Illos enim &c.] hic tangitur æquitas punitionis. Et primò ex consideratione ipsius culpæ: Secundò ex consideratione pœnæ, [Voluisti perdere illos enim &c.] bene dixi [corripis &c.] quòd patet per exẽplum. [illos enim] antiquos habitatores. s. Chananeos, & Amorreos, & alios huius mali [habitatores terræ sanctæ tuæ]. i. tuis sanctis promissæ. s. Abraham Genes. 15. Isaac 26. Iacob 28. [exorruisti] in tantũ, ut populum tuũ eis copulari nolueris aut misceri secundum illud Deute. 7. non inibis cum eis fœdus nec sociabis coniugia nec misereberis eorum [quoniam odibilia tibi opera faciebant] scilicet peccata enormia. Infra 14. similiter odio sunt deo ipsius & impietas eius [per medicamina]. s. ueneficiorum [& sacrificia iniusta] Idolorum & contra deum: erant autem & sacrificia iusta, quæ deo offerebantur sicut obtulit Noe Gen. 8. [& filiorũ suorũ necatores] & hoc cõtra ꝓximũ [sine misericordia] idest, sine cõpassione, quia in sacrificiis dæmonum immolabãt eos cum multa deuotione. Secundum illud Psal. Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonibus. Contrà quòd Deut. 18. Ne imitari uelis abhominationes illarum gentium: nec inueniatur apud te qui lustret filium aut filiam ducens per ignem. & comestores [uiscerũ hominum] hoc non legitur factum, sed credendum est potuisse fieri: sicut tempore obsidionis Samariæ legitur factũ esse 4. Reg. 6. Et Treno. 4. manus mulierum misericordium coxerunt filios suos [& deuoratores sanguinis humani] contra illud Gene. 9. Carnem cum sanguine nõ comedetis: [Et authores]. i. effusores sanguinis [parentes] idest quamuis parentes essent sanguinis effusi quod grauius est sanguinis dico [animarum] idest hominum: partem enim ponit pro toto; & est synodoche, sicut Exo. 1. Vbi dicitur omnes animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptũ [inauxiliatarum] Glos. i. eorum qui se non poterant defendere, Vel quibus uolebant auxiliari scilicet propriorum infantulorũ quorum sanguinis ipsimet erant generatores & effusores in sacrificio, & comestores comedendo de sacrificato [filiorum] inquam [suorum necatores &c.] perdere uoluisti] idest expellare [a medio sacramento tuo] idest a terra promissionis sacra: & dicitur terra promissionis sacra,

uel sacramentum, propter rei sacræ idest terræ uiuentium significationem. Et propter sacramentũ, salutis nostræ in ea completionem: & propter sacramentorum ecclesiæ in ea institutionem, ut Eucharistiæ & baptismi: & propter sacrorum hominum in ea futuram inhabitationem, ut patriarcharum, prophetarum, Apostolorum: & propter sanguinis Christi in ea effusionem & irrigationem: & propter sacrorũ corporũ & puluerum in ea resolutionem. s. patrum antiquorum ibidem sepultorum: & propter sacri loci ĩ ea ædificationem. s. templi: & propter sancti sanctorum natiuitatem & conuersationem [per manus parentum nostrorum] illorum. s. qui cum Iosue terram promissionis intrauerunt [ut dignam perciperent] scilicet parentis nostri [peregrinationem] idest terra peregrinationis [puerorum dei] scilicet patriarcharum, de quibus Heb. 11. Confitentes quia peregrini & hospites sũt super terram [quæ] scilicet terra peregrinationis [est tibi terra charior omnium] scilicet terrarum idest omnibus terris. s. propter salutem humani generis procurandam, secundum illud Psal. Operatus est salutem in medio terræ.

¶ Sed & iis &c.] hic ostenditur misericordia exhibita in modo punitionis, & illius modi: primò remouet causam falsam: secundò subdit ueram [cum ergo] In parte prima primò ostendit quòd ille modus puniendi non fuit ex impotentia: secundò quòd nec ex ignorantia [sed partibus.] tertiò ꝙ nec ex timore [nec timens,] quartò quòd nec ex iniustitia [nec enim.] Sed & iis &c.] Quamuis aliqui legãt hoc de patribus introducendis, quorum dominus hostes prius misericorditer exterruit, uolens eos uelut homines mortales exponere subitis bellorum periculis; tamen cõgruentius uidetur exponendum de gentibus Chananeis, à facie eorum eiiciendis, dicit ergo. [Sed & iis] quãuis scilicet tam enormiter peccassent [pepercisti] scilicet non statim, & simul omnes illos expellendo [tanquam hominibus] carne fragili indutis & ideo ad peccandum prõptioribus. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ad adolescentia Gen. 8. Hãc rationem allegat ipse dominus Gen. 6. non permanebit spiritus meus in homine quia caro est. [Et misisti antecessores exercitus tui uespas] idest genus muscarum ualde pungitiuarum Gloss. dicit timores acerrimos quibus corda gentium pungebãtur ii sunt crabrones, de qui-

bus Deut.7.crabrones mittet dominus deus tuus in eos do nec deleat omnes atq; disperdat. Exo.23. mittam terrorē meum in præcursum tuum. Et post: Emittens crabrones prius qui fugabunt Heueum &c.[ut illos] .s. Chananæos [paulatim exterminaret].i.extra terminos terræ promissionis poneret uel fugaret,uel extra terminos uitæ præsētis,uel extra terminos terrę uiuētiū. Vnde Baruc. 3. Exterminati sunt & ad inferos descenderunt exclusi. s. à terra uiuentium. [Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis[secūdum illud Psal.Pręcinxisti me uirtute ad bellū, & supplantasti insurgentes in me subtus me. [Aut bestiis seuis].i. aut per bestias crudeles,secundum illud Iere.5.lupus ad uesperam uastauit eos & pardus uigilans super ciuitates eorum supra 11. non enim impossibilis erat manus tua &c.[aut uerbo duro] idest per uisum asperos illos [simul exterminare]secundū illud Hiere.24.Nunquid non uerba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? ¶ Sed partibus &c.]hic ostendit q̄ hoc nō fecit ex ignorātia .i. culpæ eorū actualis uel originalis dicēs.[Sed partibus &c.] bene dixi quòd non qa impotēs[&c.[sed partibus].i. paulatim uel per partes & iuc cessiuè[iudicās].i.iustè puniēs Deut.7. Cōsummet nationes has in cōspectu tuo paulatim atq; per partes ne forte multiplicent contra te bestiæ terræ [dabas locū pœnitētiæ] ut,quibusdā punitis alii corrigerent Iob 24. dedit ei deus locū pęnitētiæ & ipse abutitur eo in superbiā. [Non ignoras]quia ignorātia in deū nō cadit, sicut nec tenebra in lucē.1.Ioā. 1.Deus lux est,& tenebræ in eo non sunt ullæ[quoniā iniqua est natio illorum]per culpæ malitiam,quia iniquorum patrum iniqui filii.Vnde supra 4. ex iniquis oēs qui nascuntur; testes sunt nequitiæ illorum [& naturalis malitia ipsorum]idest natnrali similis per usum praue consuetudinis. Consuetudo enim altera natura est: sicut enim ea quæ sunt à natura difficilè uel nūquam exui possunt; Sic nec ea quæ ex consuetudine.Vnde Ierem.13.si mutare potest Aethyops pellem suam aut pardus uarietates suas,& uos poteritis bene facere cum didiceritis malum.Greg. Difficile surgit quem moles consuetudinis præmit.[Et naturalis malitia eorū.]Glo. permanēs inueterata. s.per usum prauę consuetudinis & quoniā non poterat mutari[cogitatio eorum in perpetuum]. s. propter obstinationem uoluntatis eorum peruersæ. Glosa. indu

indurata propria nequitia. Tre.1. Dedit me in manu, de qua non potero surgere. Sed contra; in libertate arbitrii est peccare & post peccatum pœnitere Respondeo non poterat idest uix poterat, uel non poterat per se solum, sed deo inspirante: homo enim est spiritus uadēs, scilicet per culpam, & non rediens scilicet nisi per gratiam [semen enim erat maledictum ab initio].i. in primo parente sui generis scilicet in Chanaam Gene. 9. Maledictus Chanaam. Vel secundum Glo.[ab initio] idest in præscientia dei, uel secundum Glo.[Ab initio] quia ex quo fuerunt, quædam praua qualitas in ipsis, erat maledictione digna. [Nec timens] hic excludit à deo timorem quadruplici ratione, primò per hoc quòd iudicium eius nullus potest discutere, secundò quia nec ei resistere. [Aut quis stabit.] Tertiò quia nec uendicare [aut quis in conspectu.] Quartò qa nec redarguere [aut qs tibi] dicit ergo [nec timēs aliquem ueniā dabas peccatis eorū, nec timens aliquem].s. quasi potētiorem te. Eccl.3. Magna potētia dei solius Isaia 51. Quis tu ut timeas ab hoīe mortali? Itē Iob 22. Nūquid timēs arguet te? q.d. non immo etiam columnę cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius Iob 26. Quanto magis columnæ terræ [quis enim dicet tibi] idest dicere auderet, uel dicere rationabiliter posset [quid fecisti?] scilicet facti tui rationem discutiēdo. q.d. nullus. Vnde Rom.9. Nunquid dicit figmētum ei, qui fixit se, quid me fecisti sic Isa.45. Nūquid dicet lutum figulo quid facis? [aut quis stabit cōtra iudiciū tuū] .s. tuæ sententiæ resistēdo Iob 9. Deus cuius iræ resistere nemo pōt, & post si ęquitas iudicii quæritur nemo audet pro me testimoniū reddere. [Aut qs in conspectu tuo ueniet].i. cōparare audebit [uindex.n. iniquorū hoīum].i. uolēs uindicare iniquos, te puniendo: quasi feceris eis iniuriā ipsos cōdemdādo. q.d. nullus, quia Deut. 32. Mea est ultio, &c. Itē Ibidē. Videte qm̄ ego sim solus & nō est q de manu mea possit eruere. [Aut quis imputabit tibi].s. te de culpa arguēdo q.d. nullus. Vnde Ioan.8. Quis ex uobis arguet me de peccato [qs] inquā [imputabit tibi] si pierint nationes quas tu fecisti] perierint per culpā suam, quas tu fecisti quātum ad eorum naturam. Glos. non est culpa creatoris si pereunt, sed naturæ uitiū Iob 12. Si destruxit, nemo est qui ædificet. [Nec.n.&c.] bene dixi qs aliquod prædictorum contra tuū iudiciū faciet. [Nec.n. est alius deus quàm tu] ſm illud

Isaia

Isa. 45. Nũquid nõ ego domi nus, & non est altra deus abs que me? [quantum] inquam [cui cura est de omnibus] su pra 6. æqualiter est tibi cura de omnibus. Sed contra. 1. Co rint. 9. nunquid de bobus cu ra est deo? Dicendum quòd cura prouidentiæ est illi de omnibus cura disciplinę de so lis rationalibus. [Vt] scilicet per hoc ostendas [quoniam nõ iniustè iudicas iudicium] punitionis iniquorũ. In Psal. iustus es domine & rectum iudicium tuum. [Neque rex &c.] q. d. ita rectè iudicas ꝙ [Neque rex] qui bene regit & secundum iustitiam [Neque tyrannus] qui scilicet male regit & per iniustitiã. [In cõ spectu tuo inquirent de iis quos perdidisti] Gloss. uirum iustè perdideris, secundum il lud Iob 9. quis potest dicere cur ita facis?

¶ Cum ergo] hic ostendit cau sam ueram quare deus miseri cordiã exhibuit in modo pu niendi prædicto, & hoc pri mò ostendendo quòd deus in omnibus exercet iustitiam: se cundo ꝙ nihilhominus exhi bet misericordiã. [Et ab hoc] tertiò quòd ad incredulos ali quando ostendit potentiam [uirtutem &c.] Cum ergo sis iustus] scilicet in natura tua [iustè omnia disponis] scili cet in creatura, scilicet iustè filium puniẽs in præsenti ut in futuro parcas ei. Hebr. 12. Flagellat omnem filium quẽ recipit. Tob. 3. Iustus es domi ne & omnia iudicia tua iusta sunt. Item in Psal. iudicia do mini uera iustificata in semet ipsa. [Ipsum quoque, qui non debet puniri] idest per pœnã temporalem corrigi [condem nas] Glo. pœna æterna parcẽs ei in præsenti ut in futuro pu nias. Ezechiel. 16. Auferetur à me zelus meus & quiescã nec irascat amplius. [Et exterum æstimas à tua uirtute] Glo. i. alienum & indignum diuina pietate. Virtus enim dei est pietas, secundum illud Gre gor. Deus cui proprium est misereri semper, & parcere. Ideò in Psalm. in uirtute tua idest pietate iudica me. Vel sic [& eum qui non debet pu niri] scilicet in æternum [con demnas] scilicet secundum re putationem reproborum qa ipsum in præsenti corripis [& æstimas] idest æstimare facis alios talem [exterum] esse sup ple [à tua uirtute] idest alie num & indignum tua pieta te quia tam grauiter puniui sti eum [uirtus enim tua] idest misericordia: opus enim iusti cię dicitur alienum à deo Isa. 27. Sed opus misericordiæ ꝓ prium ei. Et hoc est quia no bis miseretur ex bonitate pro pria, sed iustitiam in nos exer cet ex causa nostra scilicet propter nostram culpam. [Vir

tus]inquam [tua] ideſt miſericordia[iuſtitiæ] ſcilicet noſtræ ideſt iuſtificationes noſtræ eſt initium ſecundum illud Apoſtoli ad Timo.3.non ex operibus iuſtitię, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Item Rom.3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius [& ob hoc ꝙ omnium dn̄s es] ſcilicet per potentiam[omnibus te parcere facit]per miſericordiā. Vnde Gloſſ. ut qui præes potentia,miteſcas natura: ſupra 11. miſereris omnium q̄a omnia potes [uirtutem enim tuam oſtendis] ideſt potentiam in puniendo[tu qui non crederis] ſcilicet ab errantibus.] In uirtute conſummatus [ideſt perfectus Iob 22. quaſi nihil poteſt facere omnipotens æſtimabant illum [& hos qui te neſciunt] ſcilicet infideles [in audatia traducis] ideſt audacter ad pœnam ducis & hoc meritò iniquitatum ſuarum ſupra 4.traducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. [Tu autem dominator &c.] oſtenſa punitione aduerſariorum & miſericordia iudicis in puniendo hic oſtendit inſtructionem populi dei in utroque & primò tangit exemplum per quòd inſtruit. Secundò miſericordiam de qua inſtruit[docuiſti]tertiò modum quo inſtruit[ſi enim inimicos]quartò finem propter quem inſtruit[cum ergo nobis tu autem &c.] benedixi quòd oſtē dis incorrigibilibus uirtutem tuam & potentiam [autem] pro ſed [tu dominator uirtutis &c.]hoc poteſt intelligi intranſitiue ut ſit ſenſus [tu dominator uirtutis].i. dominus uirtutum omnium.ſ.tam angelicarum quam humanarū. In Pſal.dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ [cum tranquillitate iudicas].i.ſine intellectus uel affectus perturbatione. Iac.1. apud quem non eſt tranſmutatio. Iſa.42.in ueritate educet iudiciū non erit triſtis neque turbulentus [& cum multa reuerentia]in effectu.i.cum multa moderatione[diſponis nos] non ſicut ille iudex,qui nec deum timebat, nec hominem reuerebatur.Luc.18.[ſubeſt enim tibi cum uolueris poſſe] ecce cauſa tranquillitatis in iudicando, & reuerentiæ in diſponendo. Sed obiicitur quòd ſecundum rationem intelligendi potentiam te cedit uoluntatem, non uoluntas potentiam, deberet ergo dicere ſubeſt tibi uelle cum potueris non poſſe cum uolueris. Dicendum quòd potentia præcedit in eſſendo, ſed uoluntas in agendo. Vnde poteſt multa quæ non facit quia non uult. Docuiſti enim populum tuum] alia

enim

enim non docentur. Vnde Eccleſ.21. non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. [per talia opera] ſcilicet iuſtitiæ & miſericordiæ ſimul [quoniam oportet eſſe iuſtũ] quia tu iuſtus [& humanum] id eſt manſuetum, quia homo eſt animal manſuetum natura. Et hoc quia tu miſericors, non ſolum iuſtus. Vnde in Pſalm. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Item Miſericors & miſerator iuſtus dominus: & ſi dominus ergo & ſeruus. Vnde Matth. 18. nonne oportuit & te miſereri conſerui tui ſicut & ego tui miſertus ſum. Eccleſiaſt. 7. Noli eſſe iuſtus multum: ſcilicet in tantum ut miſericordiam excludas à tua iuſtitia. Samaritanus enim ſauciato infudit non tantum uinum ſed & oleum ſimul. [Et bonę ſpei feciſti filios tuos] id eſt de uenia conſequenda fideles tuos qui filii tui ſunt. Vnde Ioan. 1. dedit eis poteſtatem filios dei fieri iis, qui credunt in nomine eius hæc eſt bona ſpes de qua in Pſam. ſperate in eo omnis congregatio populi. Item in deo ſperauit cor meum & adiutus ſum. 1. Petr. 1. ſperate in eam, quæ uobis offertur, gratiam [quoniam iudicans] id eſt puniens peccatores, das locum pœnitentiæ in peccatis ſcilicet expectando eos ad pœnitentiam. Iſaia trigeſimo propterea expectat dominus ut miſereatur ueſtri. Locus pęnitẽtię eſt mũdus iſte poſt egreſſum enim de hoc mundo non reſtat pœnitentiæ locus, propter quod Eccleſiaſt. undecimo. Vbicunque ceciderit lignum ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem ibi erit Chryſoſtomus, tunc non erit pœnitentiæ locus, nec ſatisfaciendi tempus, nec reſiſtendi uirtus. Ideo Eccleſiaſt. 9. quodcũque poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia apud inferos, quò tu properas [ſi enim inimicos ſeruorum tuorum] quo ad peccatum in proximum quibus inquam ſeruis dicitur Luc. 10. qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit. [& debitos morti] quantum ad peccatum in Deum, qui uita eſt animarum ſecundum Auguſtin. [debitos] inquam [morti] ſecundum illud Roman. 1. non ſolum qui talia agunt digni ſunt morte &c. [Cum tanta cruciaſti attentione] ſed non ſimul, ſed per partes & ſucceſſiue puniendo ut patet in plagis Aegypti. [Et liberaſti] ſcilicet illos ab illis cruciatibus temporalibus quia orante Moyſe à ſingulis cruciatibus liberantur.

tur. Simile etiam contigit in Chananęos.[Dans tempus & locum, per quę possent muta rià malitia] tempus scilicet uitæ spatium [& locum] scilicet huius mundi exilium. De tempore Apoc.2. Dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret. De loco. 24. Dedit ei locum pœnitentię. Et illæ abutitur eo in superbiam [cum quanta diligentia iudicasti filios tuos &c.] quasi dicat cum multa diligentia & attentione. Secundum quę petebat Psalmista dicēs; exurge, & intende iudicio meo Deus meus, & dominus meus in causam meam. In figura huius legitur Genes. 3. quòd deus iudicaturus peccatum Adæ deambulabat &c.[filios tuos] scilicet sāctos supra 5. Ecce quomodo com putati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Vel[filios tuos].i.fideles tuos, secundum illud Ioan.1. Dedit eis potestatem filios dei fieri iis, qui credunt in nomine eius.[Quorum].s.filiorum [parentibus].i.Patriarchis ut Abrahā. Gen.15.& 22. Isaac Gen.26. Iacob Gen.28.[Iuramenta & conuentiones dedisti].i. iuratas conuentiones. Nota ꝙ conuētio est simplex promissio. Iuramētum uerò promissio cum attestatione rei sacræ. Heb.6. ut per duas res immobiles quibus impossibile est mētiri, deum fortissimum solatiū habeamus &c. [bonarū promissionum].s.de terra promissionis & de benedictione seminis. [Cum ergo &c.] q.d. ita beneficus es & misericors aduersariis. [Cū ergo nobis disciplinā das].i. pęnam emēdatoriam, quę nō est abiicienda, secūdum illud Prou. 3. Disciplinam domini fili mi ne abiicias quia erudit. Vnde in Psal. Disciplina tua correxit me in finē &c. [Inimicos nostros] qui.s. nos oderunt quāuis diligantur à nobis, sm ꝙ monet dominus Matt.5. Diligite inimicos uestros[multipliciter flagellas peccatores.] Glo. magna distātia est inter iudicem electorum & reproborum: illos enim Deus corripit ut emendet: ii superbiæ, & perfidiæ pœnas habent[ut bonitatem tuam].s.in præsenti [cogitemus iudicantes]. s. alios, quos uidemus à te flagellatos. Glossa, felix iudex qui bonitatem, & pietatem sui iudicii semper inspicit scilicet ut inspecta pietate dei iudicantis discat pietatem habere cum iudicat alios. In Psalm. Quam bonus Israel deus iis, qui recto sunt corde. Naum 1. bonus dominus & confortans in die tribulationis & sciens sperantes in se [& cum de uobis iudicatur] scilicet per immissionem tribulationum præsentiū[spe

remus misericordiam meam] scilicet in futuro, scilicet uitę æternæ mercedem Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres cum in uarias tentationes incideritis &c. Rom. 5. Gloriamini in tribulationibus scientes quòd tribulatio patientiam operatur patientiam uero spem &c.

¶ Vnde, & illis] hic tangitur condemnatio aduersariorum incorrigibilium propter contemptum utriusque. s. diuinæ iustitiæ & misericordiæ. Et primò tangitur flagellum quo debuerunt corrigi: secundò conuenientia flagelli[etenim &c.] tertiò incorrigibilitas flagellatorum [qui autē &c.] quartò manifestatio incorrigibilitatis. [In iis enim] quintò ratio propter quam corrigi debuerunt [per hæc quæ putabant] sextò contaminatio comdemnationis quia correcti non sunt, ibi [propter ꝙ &c.] [Vnde &c.] q. d. Ità tu das disciplinam. Vnde scilicet per oppositum [&]. i. etiā [illis qui in uita sua insensatè & iniustè uixerunt] quoad errorē in fide [uel in uita sua] idest qua sibi non Deo uixerunt[& iniustè] quo ad errorem in moribus [per hæc quæ coluerunt]. s. per animalia bruta [dedisti summa] idest ualde magna [tormenta] ut per ranas, & muscas, & locustas, & uespas, & huiusmodi per hęc &c scilicet in genere, & sine numero, uel spetie[etenim ipsi errauerunt] non modico tēpore, sed [diutius] quorum peccatum aggrauat; quia, sicut dicit Gregor. 9. tanto peccata sunt deteriora, quanto diutius infelicem animam retinent obligatam[In uia erroris] idest infidelitatis, quæ anthonomaticè dicitur error de hac uia Prouer. 16. est uia quę uidetur homini recta, & nouissima eius ducūt ad mortem. [Deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt super uacua] idest animalia artificiali sculpta, non naturalia. Artificialia autem animalia dicūtur superuacua quia inutilia naturalia autem omnia habent aliquam utilitatem, ut dicit Damascen. [Deos æstimantes &c.] Rom. 1. mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem immaginis corruptibilis hominis. Item in Psalm. Mutauerunt gloriam suam in similitudine uituli comedentis fenum. Nota quòd non dicit in uitulum, sed similitudinem uituli ꝙ minus est, & ¿peius, uidelicet [insensatorum infantium more uiuētes] quo ad peccata in moribus 1. Corin. 14. Nolitę pueri effici sensibus. Item 1. Pet. 2. Quasi modo geniti infantes rationabiles nō insensati. In hoc uero more infantium insensatorum uiuebāt,

quia imagines ut pueri faciebant & adorabant sicut Ismael cum Isaac, legitur Gen. 21. Lusisse cum adorare luteas imagines cogendo, ut dicunt Hebræi [propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti] .i. pœnam, in qua deridebātur, quia per ranas, & muscas, & huiusmodi modica animalia, & contemptibilia affligebantur, non per maiora & nobiliora, ut per leones, & ursas, ut patet a 7. Exo. usque ad 12. [Qui autem in ludibriis, & increpationibus] id est increpationibus ludibrio plenis, [non sunt correcti] scilicet ab infidelitate, & peruersa tione [dignum iudicium Dei, experti sunt] scilicet condemnationis, & mortis. Ex hoc uidetur innumere quòd aliqui inter flagella correcti sūt, Vnde & aliqui Aegyptiorū cum Israelitis iuerunt, ut patet Exo. 12. Et Gabaonitæ confederatæ sunt cum eis: ut patet Iosue 9. [In iis enim &c.] q.d. & meritò. In iis .n. quæ patiebātur, scilicet in flagellis diuinis [molestæ ferebant] impatienter portando. [In quibus patientes] id est sustinentes, ita quòd patientes dicantur à passione, non à patientia [indignabantur] scilicet murmurando contra deum. Eccl. 33. Præcordia fatui, quasi rota carri [per hæc quæ putabant deos] scilicet bruta animalia. [In ipsis]. i. per ipsa [cum exterminarentur] idest puniuntur Baruc. 3. Exterminati sunt & ad inferos descenderunt. [Videntes illum] idest deum, quasi sensibili experimento perpendentes: in se enim uideri non potest. Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam [quam olim] scilicet in prosperitate [negabāt] se noscce, secūdum illud Exo. 5. Nescio dominum, & Israel non dimittam. [Verum deū] esse supple [Agnouerunt] credulitate non uoluntaria; sed per pœnas extorta, talis est fides demonum Iac. 2. Dæmones credunt &c. Isa. 26. Domine in angustia requisierunt te. Oculos enim culpa claudit, pœna aperit, ut dicit Gregor. Litera sic construenda, Videntes scilicet Aegyptii, & Chananęi [illum quem olim negabant se nosse. Agnouerunt uerum Deum] Esse supple. [Agnouerūt] inquā [per hęc quę putabant Deos] idest per bruta animalia: & hoc fuit [cum exterminarentur in ipsis propter quòd] scilicet [quia agnouerunt Deum] nō tamen ipsum glorificauerūt, secundum illud Rom. 1. Qui cùm Deum cognouissent, nō sicut Deum glorificauerunt &c. [finis condemnationis illorum] idest finalis eorum cōdemnatio, de qua Matth. 25.

Di-

Discedite à me maledicti in ignem æternum. Condemnationis initium est in separatione animæ à corpore: medium in cruciatu animæ separatæ: finis uerò in resurrectione quando cruciabitur in inferno cum resumpto corpore [finis] inquam [condemnationis illorum] qui in præsenti corrigi noluerunt. [Veniet &c.] Gregorius, quos in præsenti flagella non corrigunt, ad futura transmittunt [super illos] quia de cœlo ad eorum oppressionem: ita q resistere non possint tanquã obruti uel oppressi. In Psalm. pluet sup peccatores laqueos ignis, sulphur &c.

C

CAP. DECIMUMTERTIUM.



ANI autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ uidentur bona, non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorũ et si specie delectati Deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorũ speciosior est: speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si uirtutem, et opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum uideri. sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortaße errant, Deũ quærentes & uolentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ uidentur. Iterum autem nec his debet agnosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum: quomodo huius Dominũ non facilius inuenerunt? Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt Deos

opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquias autem eius operis ad præparationem escę abutatur: & reliquum horum quod ad nullos est vsus, faciat lignū curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suę artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quę in illo est, perliniens, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniā non potest adiuuare se: imago.n.est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia sua, & de filijs suis, & de nuptijs votum faciens, inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est. Et pro sanitate quidem infirmū deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutilem inuocat: & pro itinere petijt ab eo, qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petitt ab eo, qui in omnibus est inutilis.



ANI autem &c.] Supra determinauit de punitione aduersariorū per pœnas leuiores ordinatas ad correctionem, hic autem de punitione eorundē per pœnas grauiores ordinatas ad condemnationē. Et primò determinat de merito culpę eorum. s. usque ad 16. Cap. Secundò de suplicio pęne eorū. s. a 16. Cap. & deinceps. Meritū culpę respectu cōdemnatorię pęne eorū fuit Idolatria qua honorē diuinū ad creaturā trāstulerunt, siue creaturæ exhibuerūt. Et ideò primò tāgit multiplex error Idolatrātiū. s. isto cap. Scdò detestatio Ido-

Idolorum.s.14. cap. Tertiò commendatio ueri Dei,s.15. cap. Error Idolatrantium tãgitur duplex primus colentiũ dei creaturas: Secũdus colẽtium proprias facturas [infelices autẽ] in prima, primò tangitur in eis causa tanti erroris.s. ignorantia dei,secundò prædictæ causę effectus.s. creaturæ cultura. [Sed aut ignẽ,] Tertiò utriusq; inexcusabilitas,[quorum si specie.] Quartò in cõparatione ad alios Idolatrantes[sed tamen] in prima tãgitur duplex ignorantia.s. quia nec fide agnoscebant deum. Item quia nec ratione cognoscebant ipsum [& de iis quæ uidentur]dicit ergo [uani &c.] Ita dictũ est quòd aliqui cognouerũt deũ inter flagella:sed eũ non sunt uenerati[autem]pro sed.[uani sunt homines &c.]Eccl.1. Vanitas uanitatũ &c. Ambulauerunt.n. post uanitatem creaturæ, & uani facti sunt, ut habetur Iere.2. [Vani] inquam uanitate cogitationis. Vnde Rom.1. Euanuerũt in cogitationibus suis &c. Item in Psal. Dominus scit cogitationes hominum quoniã uanæ sunt. Item uanitate locutionis. Vnde in Psal. uana locuti sunt unusquisque ad proximũ suum &c. Itẽ uanitate operationis. Vnde Ierem.51. [In quibus nõ subest scientia Dei].i.cogitatio de Deo per fidẽ Augustin. neque quicquid sciri põt ab homine in rebus hominis. Vbi plurimũ superuacuę uanitatis & noxię curiositatis est huic scientiæ tributo.s.scientiæ diuinæ. Sed illud tantũ quo fides saluberrima gignitur:nutritur, defendit roboratur: qua sciẽtia non pollent &c.[& de piis quæ uidentur bona],s. aperte[non poterunt].s.impotentia sequente uoluntatem non antecedente. Vnde Glos. non poterunt intelligere &c. obstante cecitate peccati,secundum illud supra 2. Excecauit eos malitia eorum. In Psalm. noluit intelligere ut bene ageret. [intelligere].i. intellectu cognoscere. Non.n. sensu cognosci potest Deus Ioan.1. Deum nemo uidit unquam [eum qui est].i. Deũ cui esse est substantiale non accidentale. Vnde Hilarius esse non est accidẽs Deo:sed subsistẽs ueritas. Item cui esse semper præsens nunquã præteritum aut futurũ. Deus.n. secundũ Augustin. semper est nõ fuit aut erit quia non nouit, scilicet per experientiam, præteritum aut futurum. Item cuius esse purum est,quia quicquid in eo est ipse est. Augustinus quicquid in Deo est Deus est. Item cuius esse ab alio non est, immutabile est. Vnde Hierony. ad Marcellã. Deus qui solus exordium nõ

habet

habet. Verę essentiæ nomen tenuit:quia in eius comparatione qui uere est: quia incō mutabilis, quasi nō sunt quę mutabilia sunt, ut sunt omnes creaturæ, secundū illud Psal. Sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es &c. Itē Malach. 3. Ego sum Deus uel dominus & non mutor. Propter rationes p̄dictas Moysi quærenti nomen eius, ait Exo. 3. Ego sum qui sum [Neque operibus attendentes] quæ scilicet ipse fecit agnouerunt quis esset [artifex].s. horum & tamen faciliter poterāt cognoscere. Inuisibilia.n. Dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Ro. 1. [Sed aut ignē] scilicet uulcanum; ut Caldei ignē adorātes [aut spiritum] idest; Aethera.s. partem aeris superiorē, quem quidem intelligebāt per Iouē fulminantem [aut citatū aerem].i. partē inferiorem quam uocabāt Iunonē [aut girum stellarū] id est cęlū stellarū, ut illi qui adorabant militiam cœli: de quibus Deut. 17. Vt uadant & seruiant diis alienis, & adorent eam solem & lunam & omnem militiā cœli [aut nimiam aquā] quā s. uocabant Neptunū [aut solē] quā uocabāt Phebu: uel Apollinē quē adorabant Babylonii [aut lunam] quā uocabāt Dianā uel cęli reginā, de qua Hier. 44. [rectores orbis terrarū deos putauerunt] propter aliquos effectus eorum mūdo necessarios. Secūdū sensum spiritualem [ignem] colunt luxuriosi [spiritum] superbi [citatū aerē] iracundi & impetuosi [girū stellarū] in scientia curiosi [Nimiā aquā] uoluptuosi [Solem] hæc inferiora gignēte cupidi [Lunā] pigri & accidiosi. ¶ [Quorū si specie] hic ostenditur inexcusabilitas eorū qa .s. potuerunt creatorē cognoscere, uel per creaturarū pulcritudinē uel p earū uirtutē quō ostēditur ibi [aut si uirtutē &c] uel per utrūque simul q̄ ostendit ibi [a magnitudine &c.] Dicit ergo [quorū si specie delectati].i. pulchritudinē Dan. 13. Species decepit tē &c. [Deos putauerunt] supple ipsos esse [putauerunt] inquā falsa & erronea opinione cū nō sit nisi unus deus Deut. 6. Deus tuus unus est: [sciant quanto dominator eorū].s. creator eorū, gubernator, conseruator, & possessor, secūdū illud Iudith 9. Deus cœlorū creator aquarū, rex uniuersę creaturę tuæ [iis speciosior est].s. qui tam speciosa fecit: speciosior, inquā infinitā.s. distantia quia Deus speciosus per essentiā. Sed creaturę per participationē supra 7. Speciosior est Sole [speciei.n. generator] speciei.s. creaturæ p

 eius

eius productionem, secundũ illud Boetii pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mẽ te gerens similique imagine formans. Vel[speciei] increatæ.i. filii per æternã generationẽ,[hæc omnia constituit].s.superiora,media,& inferiora [aut si uirtutem].i. potentiæ magnitudinem, [& opera eorũ].i.effectus à potentia procedentes [mirati sunt].s. ita ut ipsos esse Deos crederent [intelligant ab ipsis].i. ab ipsorum consideratione, secundum illud Iob 12. Interroga iumenta & docebũt te. [Quoniã qui hæc fecit].s. Deus[fortior est illis].i. potẽtior. Vnde Eccl.43. Ipse est omnipotẽs supra omnia opera sua, & magnus uehementer. Item Iob 9. Si fortitudo quæritur robustissimus est,[à magnitudine. n. speciei].i. pulchritudinis [& creaturæ] id est uirtutis creaturarum [cognoscibiliter] non sensibiliter, idest oculo intellectuali, non sensibili [poterat creator eorum uideri] Augustinus;omnia clamant,Deus me fecit: totus enim mundus est quasi liber quidam, in quo creator potest cognosci per eius potentiam, sapientiam, bonitatem relucentes in creaturis. Vnde Ecclesiast. 24. Hæc omnia liber uitæ. Isidorus; creator per creaturam suã laudatur,& quãto sit excellẽtior ex operis sui cõditione mõstratur.[Sed tamẽ &c.] hic ostẽdit culpã colẽtiũ creaturas in cõparatione ad alios Idolatras: Et primò ostendit respectu illorũ aliquo modo excusabiles:Secũdò ostendit quod tamẽ sunt simpliciter inexcusabiles[Iterũ autẽ.] Sed tamẽ &c.q.d. sic errãt illi.[Sed tamẽ adhuc in iis].s. sic errantibus[minor est querela]. i. ratio querelę, quàm in adorãtibus sculptilia, quia sicut dicitur Baruc. ult.nõ lucebunt ut Sol: neque illuminabunt ut Luna.s. ipsa sculptilia [& ii.n.].s. qui colunt creaturas[forsitã errant] forsitam est hic nota libertatis arbitrii,non nota dubitationis[Deum quærentes] scilicet quadam curiositate, secundum illud Act. 27. Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare super uniuersam superficiẽ terrę &c.quęrere Deũ si fortè attrectẽt eũ aut inueniant,[& uolẽtes inuenire].s.intentione affectus Cant.3.Surgã & circuibo ciuitatẽ.i.creaturarũ uniuersitatẽ.Secundum.n. Boetiũ de consolatione, mentibus hominum insita est ueri bonique cupiditas. Sed obiicitur quia Luc. 11. dicitur;Omnis qui quærit inuenit ,ergo isti inueniunt uerum Deum. Dicendum quòd illud intelligitur de quærentibus pie non

non curiosè. [Etenim cum in operibus illius conuersentur] scilicet de illis disputando, quantum ad intellectum secundum illud Ecclesiast. 3. Mundum tradidit disputationi eorum: & utendo. s. quantũ ad affectum & effectum, quia Solẽ suum facit oriri super bonos & malos Matth. 5. Inquirunt. s. ratiocinando [& persuasum habent]. s. sentiando. [Quoniã bona sunt quæ uidentur] Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. In hoc sunt isti meliores, siue minus mali ipsis Manichæis qui hæc uisibilia dicunt esse mala. [Iterum autem nec iis debet ignosci] simplex enim ignorantia meretur ueniam. Vnde 1. Timoth. 1. Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci. Sed ignorantia crassa & supina non. Vnde 1. Corinth. decimoquarto: Si quis ignorat ignorabitur. [Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum] id est naturas rerum secularium cognoscere [quomodo huius dominum] scilicet seculi [facilius nõ inuenerunt.] quasi dicat facilius potuissent Deum cognoscere. Sed contrà supra 9. Difficile æstimamus quæ in terra sunt, quæ in cœlis sunt quis inuestigabit? Dicendum quòd non uult dicere quòd facilius potuerunt cognoscere Deum esse factorem horum simpliciter: Sed ipsum potius esse Deum quàm ea quæ colebant.

¶ Infœlices autem &c.] Hic ponitur error colentium facturas proprias. Primò facturas proprias in materia metallina: Secundò in materia lignea [aut si quis] dicit ergo [infœlices autem sunt]. s. per priuationẽ fœlicitatis uiæ, de qua supra 3. Sapientiã & disciplinam qui abiicit, infœlix est [& inter mortuos]. s. æterna morte [spes illorũ est]. i. expectatio, spes autẽ hic sumitur impropriè, quia spes propriè dicta nõ est nisi de bono [inter mortuos] inquàm [spes illorũ est] per priuationẽ fœlicitatis æternæ secũdũ illud Ps. Sicut uulnerati dormiẽtes in sepulchris quorum nõ es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt, de manu. s. misericordiæ saluãtis, non de manu iustitiæ punientis. Vel primũ ad pœnã damni in futuro: Secundum ad pœnã sensus [illorum] inquàm [qui appellauerunt Deos &c.] & benedicit [appellauerunt] sunt enim dii appellatione tantũ nõ natura [opera manuũ hominũ] secũdum illud Psal. Simulachra gẽtiũ, argẽtum, & aurum opera manuum hominum Isa. 2. Opus manuũ suarum adorauerunt: quod fecerunt


tunt digiti eorum aurũ & argentũ.i.facta de auro,& argẽto quantũ ad materiam, secũdum illud Oseę 2. Argẽtum & aurũ multiplicaui eis, quæ fecerunt Baal. Item Isa.2. Repleta est terra auro & argẽto & non est finis thesaurorum eius, & repleta est terra eius Idolis[artis inuentionẽ].i.figura aliquam arte inuentã,& hoc quantũ ad formã[& similitudines animaliũ] non ipsa animalia sed ipsorũ imaginẽ uel similitudinẽ, cõtra quod dicitur Deut.4. Non facietis similitudinẽ omnium animalium, quæ in terra sunt[aut la pidẽ inutilẽ].f. utilitate quã Idolatrę ei inesse credũt quãuis sit utilis quantũ ad usum naturalẽ Mich.2. Superfluũ in operibus Dei cuius modi sunt creaturæ Deut. 32. Dei perfecta sunt opera non superflua, nec diminuta [opus manus antique].i.manus antiqui artificis, q̃a in antiquis est sapientia Iob 12. Contra hæc oĩa dicitur Act. 17. Genus ergo cum simus Dei, nõ debemus æstimare auro uel argento, aut lapidibus sculpturæ artis, aut cogitationis hominum diuinum esse simile. [Aut si quis] hic ponitur error colentium facturas proprias in materia lignea. Et primò tangitur eorum error in fabricando uel carpentando. Secundò in uenerando

[& de substantia.] In prima primò tangit materiam: Secundò formam [& per scientiam.] Tertiò situm [& faciat ei &c.] Quartò impotentiam [Imago &c. Aut si quis artifex faber] faber hic largè sumitur.f.pro artificio in quacunque materia siue lignea, siue alia, non tantum ferrea.[de sylua lignũ rectum secuerit] Isa.44. Succidit cædros tulit Ilicem &c.[huius].f.ligni[doctè radat omnem corticem].f.exteriorem [& arte sua usus fabricet diligenter uas utile] Glos. i. Valde utile [in conuersationem uitæ] humanę.f.in magna.n.domo sunt uasa lignea, & fictilia &c.2.Tim.2.[Reliquias autem huius operis].i.ligni prędicti. [Ad præparationẽ escę abutatur].i. utatur, secundũ illud Isa 44. Sumpsit ex eis, & calfactus est, succendit & coxit panes[& reliquum horum] horum.f. quæ in usus humanos posita sunt [quod ad nullũ usum].f.humanum [facit] ipsum dico [lignum curuum].f.in seipso [uorticibu].i. nodis [plenum]. f. exterius [sculpat] diligenter. f. remouendo nodositates [per uacuitatem suam] quia quãtũcunque ubi laboret, totus labor eius ociositas reputatur eo quòd illi inutiliter laboret[& per scientiã suæ artis figuret illud].f.exteriori lineatione

tione & hoc quo ad formā [& assimilet illud imagini hoīs] .s.mēbrorum repręsētatione: & nota quod non dicit assimilet homini, sed imagini hominis, quia in exterioribus, & nō interioribus potest esse ista figuratio. [Aut alicui ex animalibus illud cōparet].i. assimilet Rom.1. In similitudine corruptibilis hominis, aut uolucrū, aut quadrupedū &c. Itē in Psal. Mutauerunt gloriam suā in similitudinē uituli comedentis fœnū [per liniens] .i.exterius [rubrica] .i.regula uel filo tracto colore rubeo quo fit distinctio. dicitur.n.rubrica terra rubra & color qui inde fit, & regula uel filum quo fit & ipsa tinctura, & debet semper media produci, [& rubicundum faciens fuco colore illius] fucus dicitur color innaturalis & quasi adulterinus. Item notandum quòd fucus dicitur animal api simile, quod non mellificat, sed mel deuorat. Item quædam herba quæ tangit. Itē quilibet color adulterinus. Item mendacium siue fraus & dolus secundum Papiam [& omnem maculā quæ in illo est].s.ligno [est per liniens terra & faciat dignam cohabitationem] Baruc. ult. Constitutis illis in domo, pleni sunt oculi eorum puluere à pedibus introeuntiū, [& in pariete ponens illud] scilicet ut magis appareat [& confirmans ferro].i.clauis ferreis [ne fortè cadat] Isa. 41. Confortauit illud clauis ne moreretur [prospiciens illi].i. prouidens & præuidens alia casu [sciens quoniam nō pōt adiuuare se].s. per seipsum in Psal. Manus habent & nō palpabunt, pedes habent & non &c. Nec mirum [Imago enim est].i. similitudo rei nō res [& opus est illi adiutoriū].s. humanum: Baruc.ult. Si ceciderint in terrā à semetipsis non consurgent, ut patuit de Dagon. 1. Reg. 5. Item Iere. 10. Portata tollentur quia incedere nō ualent [ut de substantia sua].i.de possessione exteriori [& de filiis suis].i. de salute filiorum suorum [& de nuptiis].s. contrahendis [notum faciens].s. ei [inquirit.s. ab eo & petit necessaria sibi & filiis, cum tamē non est uouendū nisi Deo, secundū illud Psal. Vouete & reddite domino Deo uestro &c. Item Isa. 19. Vota uouebūt dn̄o & soluēt [non erubescit loqui] scilicet ipse animam habens [cum illo.s.] deo falso [qui sine anima est] Baruc ult. cum audierint mutum non posse loqui offerent ad Bel. in Psal. Os habent & nō loquētur. [Et pro sanitate].i. sua uel suorū [infirmum].i. omnino impotētę [quidem].i. certè [deprecat, & per uita rogat mortuū].i. ni-

ta omnino carētem, ita quòd intelligitur mortuum negatiuè non priuatiuè, quia si priuatiuè, tūc intelligeretur aliená uitam habuisse. Sed postea priuatus fuisse quòd falsum esset [& in adiutorium inutilem uocat]. i. nō potētē iuuare se uel alium Baruc ult. habet in manu gladiū, & se à latronibus non liberat, [& pro itinere]. i. itineris directione [petit ab eo qui ambulare nō pōt] scd̄m illud Psal. Pedes habent, & non ambulabunt &c. Baruc ult. sine pedibus in humeris portantur [& de acquirendo]. s. per negotiationes, [& de operādo]. s. p mechanicas artes [& de omniū rerum euentu] generaliter. petit ab eo q in oībus est inutilis Isa. 44. Formauit deū & sculptile cōflauit ad nihil utile. Sed uidetur idē posse Christianis obiici imagines adorātibus. Sed dicēdum quòd nō est simile q̄a idololatræ adorabant imagines ut res putantes in eis aliquod uiuum esse. Christiani uerò adorant ut signa solùm, & in quantum ducunt in illa, quorum sunt signa.

CAP. DECIMVMQVARTVM.




Iterum alius nauigare cogitans & per feros fluctus iter facere incipiēs ligno portante se, fragilius lignum inuocat. Illud.n. cupiditas acquirēdi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autē pater prouidentia gubernat, quoniam dedisti & in mari uiam, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare. Sed ut non essent uacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credūt homines animas suas: & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed ab initio cùm perirēt superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo nomen natiuitatis, quæ manu tua erant gubernata. Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. Per manus autem quod fit idolum, maledictū est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est:

est: illud autem cùm esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est cum illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis, est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ est. neq; enim erant ab initio, neq; erũt in perpetuum. Superuacuitas.n.hominum hæc adinuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo.n.luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde interueniente tempore, conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquã lex custoditus est, et tyrannorũ imperio colebant figmẽta. Et hos quos in palàm homines honorare non poterant, propter hoc quòd lõgè essent, è lõginquo figura eorũ allata, euidentẽ imaginem regis, quẽ honorare uolebant, fecerunt: vt illũ qui aberat, tã quam præsentẽ colerent sua solicitudine. Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille.n.uolens placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo aũt hominũ abducta per speciẽ operis, eum qui ante tẽpus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt. Et hæc fuit uitæ humanæ deceptio: quoniã aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno uiuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellãt. Aut.n.

filios

filios suos sacrificātes, aut obscura sacrificia faciētes, aut insaniæ plenas vigilias habentes: neq; uitam, neq; nuptias mundas iam custodiunt: sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, periuriū, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum incōstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Infandorū enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant citò. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, malè iurantes noceri se non sperant. Vtraq; ergo illis euenient dignè: quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniustè in dolo, contemnētes iustitiam. Non enim iurantium est virtus, sed peccātium pœna perambulat semper iniustorum præuaricationem.



TERVM alius nauigare &cæt.] postquam multiplices Idolatrantium errores descripsit, hic tāgitur Idolorum detestationem. Et primò ex inutilitate ipsorum Idolorum, secundò ex offensa creatoris. [Similiter aut odio sunt.] tertiò ex nouitate & modo adinuentionis [non enim erant &c.]. quartò ex effectu humanæ corruptionis [& non suffecerat errasse] inutilitatem autē Idolorum ostendit in parte prima exemplo nauigantium in mari. A quibus inuocata subuenire eis non possunt. Hāc autem impotentiam ostendit esse detestandam: primò ex fragilitate Idoli non ualentis, secundò ex dei potētia etiam sine naue saluantis, [tu autem &c.] tertiò ex utilitate ipsius nauis. [Sed ut nō essent.] quartò exemplo archę Noe genus humanū conseruantis. [Sed & ab initio. Dicit ergo. [Iterū alius &c.] q.d. non solum inutiliter petunt homines ab Idolis adiutorium in terra, [sed iterum] in aqua quia [alius]. s. homo [nauigare cogitans.] scilicet proposito [& ꝑ feros fluctus] idest

idest periculosos. In Psal. Mirabiles elationes maris. Item Eccl. 43. Qui nauigant mare enarrent pericula eius. [Iter facere incipiens] scilicet propositi executione [ligno portante se fragilius lignum inuocat] Inuocat scilicet in auxilium [lignum]. s. Idolum fragilius ligno portate se] idest naui. [Illud enim] scilicet lignum Idoli [cupiditas acquirendi excogitauit.] Vnde Ephe. 5. Dicitur auaritia, Idolorum seruitus [& artifex sapientia fabricauit sua] inquit. q. d. non diuina sed terrena, animalis diabolica Iac. 3. Isa. 45. Abierunt in confusionem fabricatores errorũ. Iob. 13. Ostendens uos fabricatores mendacii. Glos. Cum maior sit qui fecit quàm ꝙ fit, facturam suam adorare in sanire est. [Tua autẽ pater] q. d. ita inuocant illi Idolum in regimine itineris [autem] pro sed [tua pater] creatione. Isaia 64. Et nunc domine pater noster es tu. Vos uero lutum &c. Item prouisione. Vnde Matt. 6. Pater noster &c. panem nostrum &c. [gubernas [omnia scilicet [prouidentia] quæ, secundum Damasc. est cura dei ad res: de qua Iudit. 9. Iudicia tua in tua prouidentia disposuisti. Ex dictis patet quòd in Deo nihil agitur, a casu, & fortuna: quia sicut dicit Plato: Nihil est cu-ius ortum non præcesserit legitima causa. Mundum uerò administrari prouidentia probat Tullius in Rethorica sic: Melius administrantur quæ fuerint à prouidentia quam quæ à casu: Sed mũdus optime administratur, ergo &c. [Quoniam &c.] q. d. hoc patet quod omnia prouidentia gubernas. [Quoniam dedisti]. s. filiis Israel [in mari uiam] educendo eos de Aegypto per medium sicci maris, ut patet Exo. 14. Et [inter fluctus] scilicet fluuii Iordanis, [semitam firmissimam] Iosuè 3. de utroque dicitur in Psal. In mari uia tua & semite tuę in aquis multis. Glossa. Israelitas per mare rubrum sicco uestigio trãsduxit diuina potentia & Iordanis aquas diuisit [ostendens] scilicet per hoc [quoniam potens es ex omnibus] scilicet periculis & casibus [sanare] uel melius secundum aliam litteram [saluare & si sine rate] idest naui [quis adeat mare] Isaia 43. Cum transieris per aquas tecũ ero, & flumina non operient te. Vnde Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit; ut patet Matt. 14. Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: ut patet. 2. Corinth. 11. [Sed ut non essent superuacua] immò necessaria usui humano, [opera sapientiæ tuæ] idest

per

p tuã sapientiam adinuenta, in Psalm. Omnia in sapientia fecisti [propter hoc etiam exiguo ligno] scilicet modicę naui [credunt homines animas suas] idest uitam suam corporalem [& transeuntes mare] in quo tamen sunt innumera pericula [per ratem liberati sunt] Gloss. creator dedit creaturæ suæ scientiam, qua sibi in præsenti consuleret & eius uoluntati deseruiret. Allegoricè, exiguum lignum potest dici crux Christi propter eius abiectionem & uilitatem 1. Corint. 1. Predicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus uerò stultitiam [huic credunt homines animas suas] scilicet in Christum crucifixum credendo, Et creditum adorando. Et sic transeuntes mare] huius mundi. s. crucis uirtute & imitatione per ratem liberantur, & perueniunt ad portam æternæ salutis. Vnde Damascenus: Crux est dormientium resurrectio, īfirmorum baculus, pastorũ uirga, cõuertẽtiũ auxiliũ, perficiẽtiũ pfectio, aĩę salus & corporis; omnium malorũ auersio, omnium bonorum doctrix, peccati destructio, arbor resurrectionis, lignum uitæ æternæ. In iis autem uerbis [exiguo] &c. primò innuitur crucis humilitas cum dicitur [exiguo ligno] secundò eius ueneratio, & dignitas cum dicitur [credunt homines animas suas] homines scilicet rationales, ut beatus Andreas, dicens; Suscipe me ab hominibus, tertio necessitas cum dicitur [& transeuntes mare] scilicet huius mundi de quo in. Psalm. Hoc mare magnum &c. quartò eius uirtus & utilitas cum dicitur [per ratẽ liberati sunt] 1. Corin. 1. prædicamus Christum &c. Item uerbum crucis pereuntibus &c. nobis aut &c. [Sed ab initio.] Hic utilitas archæ Noe primò ostenditur, secundò ipsa laudatur ibi [benedictum lignum &c.] tertiò Idolum & eius artifex uituperatur [per manus autem &c. Sed & ab initio &c.] q. d. non tantum liberat a periculo mari, sed etiam à diluuio, & hoc est quod dicit [sed & ab initio] scilicet in principio secũdæ ætatis scilicet tẽpore Noe. Gen. 6. [Cum perirent] scilicet in diluuio [superbi gigantes] de quibus habetur Gen. 6. [Spes orbis terrarum] scilicet futuri Gloss. seminarium generis humani scilicet octo personæ, de q̃bus 1. Pet. 3. In qua paucæ animæ saluæ factæ sunt per quam [ad ratẽ confugiens] .i. archam ad modum ratis factam quia maior fuit longitudo latitudine Genes. 6. [Demisit seculo] .s. futuro post diluuium [semen natiuitatis] scilicet tam homi-

num

num quàm animalium ut patet Gen. 6. [quæ]. s. archa [manu tua] Gloss. potentia uel filio, secũdum illud Psal. Emitte manum tuam de alto &c. [Erat gubernata] quia nullũ gubernatorem habuit nisi deum uel angelum eius: cum omnes homines extra existẽtes essent mortui, existentes intra essent clausi [benedictũ enim est lignũ] scilicet archę Noe [per quod fit iustitia] scilicet liberationis iustorũ malis submersis quod fuit iustũ. de hoc ligno supra. 10. Cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia per contemptibile lignum iustum gubernans. Hoc autem lignum allegoricè potest dici lignum crucis de quo 1. Petr. 2. peccata uestra pertulit corpore suo super lignum. Per illud lignum facta est [iustitia] quia unicuique redditur est quod suum erat: nam per illud [lignum] destructum est peccatum secundum illud quòd cantat Ecclesia: Mors mortua tunc est quando in ligno mortua uita fuit. Oseę. 13. O mors ero mors tua &c. Item per ipsum est diabolus uictus, secundum illud Gregorii, qui per lignum uincebat, per lignum quoque uinceretur. Item per ipsum est homo reconciliatus. Colos. 2. Delens Chyrographum decreti ꝙ erat contrarium nobis affigens illud cruci. Item Colo. 1. Pacificans per sanguinem crucis. Item infernus spoliatus Colossens. 2. Expolians principatus & potestates &c. Item cœlum apertum. Vũ latroni dictum est, hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. Isaia 22. Dabo clauem domus Dauid. Item Christus exaltatus. Vnde Philip. secundo. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Hęc fuit uirga Assueri in signum clementiæ homini ostensa, uel porrecta. Hester. 15. Et bene dixi benedictum esse lignum secundum quod fit iustitia [autem] pro sed. [Idolum quod fit per manus] scilicet artificum. [Maledictum est, & ipsum] scilicet Idolum [& qui fecit illud] scilicet artifex. sed Idolum cum sit res inanimata quomodo maledicitur? quia ista maledictio aut intelligitur ratione culpę, quæ in idolum non cadit, aut ratione pęnę, quæ ratione culpæ infligi habet. Dicendum quòd in idolo est considerare duo scilicet spiritum præsidentem & figuram ligni. Ipse malignus spiritus maledictus est maledictione pœnæ & culpæ, sed lignum maledictione detestationis & infamię, quasi cuiusdam pœnę, non quia sit subiectũ culpæ, ratione cuius habet infligi

gi pęna, Sed quia materia uel occasio culpæ. Vnde Glos. Diabolus .n. punietur, quia sibi honorem diuinum usurpat: & homo qui pro creatore creaturam honorat [Quia illæ quidem operatus est] . s. Idolum. Vnde meritò maledictus est Isa. 44. Ecce omnes participes eius confundêtur. [Illud autem]. s. Idolum [cũ esset fragile] quia de fragili materia. [Deus cognominatus est]. s. sola nuncupatione, non rei ueritate. propter quod meritò maledicitur. [Similiter aut &c.] Hic tangit causã detestationis Idolorum sumptam ex parte offensę creatoris. Et primò tangit signum offensę. s. Idoli & Idolatrantis pœnam: secundò pœnæ irremissibilitatē. [propter hæc &c.] tertiò causã à parte Idoli. [Quoniã creaturę.] Quartò causam à parte Idolatrantis. [Initium.n. &c.] bene dixi quòd utrunq; maledictum &c. [autem] pro quia [similiter odio sunt Deo, impius]. s. idolatra qui abnegat pietatē diuini cultus. [Et impietas eius] .i. materia impietatis eius. s. Idolum. i. dæmon præsideus Idolo Eccle. 12. Altissimus habet odio peccatores. Et notandum quòd odium Dei non notat uel sonat affectum in ipso: sed effectum in eo quem odit. [Etenim quod factum est] . s. idolum, [cum illo qui fecit] .i. cum artifice Idolatra [tormenta patietur]. de Idolatra planum est. Sed de Idolo quomodo uerũ esse potest. s. quòd tormentum patiatur, cum sit res inanimata. Dicendum quòd de Idolo loquitur ratione maligni spiritus in eo præsidentis non ex parte figuræ uel materiæ ipsius Idoli. Sed contra Idolatria non facit spiritum malignum præsidentem. Dicendum quòd licet non faciat ipsum in se, facit tamen quòd in Idolo præsideat, sicut deũ dicimur exaltare & magnificare, non in se sed in nobis. in Psalm. Magnificate dominum mecum &c. Vtrunquę enim punietur Eccl. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et qui operatur illud ibit cum illo. Et 27. Conterētur cum delinquente delictũ [propter hoc]. s. quia [deo sunt odio, &] idest etiam [in Idolis nationum] idest in dęmonibus præsidentibus in idolis gentilium, de quibus in Psal. Omnes dii gentium dæmonia &c. [non erit respectus] scilicet clementię. Quòd est contra Origenem, qui dixit ipsum pro dæmonibus in aere in fine passurã. Et sic eos fore saluandos. Contra quòd dicitur hic, & Eccle. 39. Sunt spiritus qui ad uindictã creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua.

Quo-

Quoniam &c.] Et merito. Quoniam creaturæ dei]ideſt à deo factæ ſicut aurum, & argentum. Oſeę 2. Argentum, & aurum multiplicaui eis &c. [factæ ſunt in odium] ſ. iraſcibilis ut deum. ſ. odiant homines, ſicut dæmones: de quibus in Pſalm. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Et in tempetatione animæ hominum.] concupiſcibilis, ut ſcilicet ſubderent ſe homines quibuſcunque poteſtatibus libere ſcdm uoluntatem uel ſugeſtionem deorum ſuorum [& in muſcipulam]ideſt deceptionem rationalis, & dicitur muſcipula inſtrumentum quo mures capiuntur[pedibus]ſcilicet interioribus animæ non exterioribus ſcilicet corporis[inſipiẽtium] ideſt infidelium. Iob 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius. Item Iere. 5. Inuẽti ſunt in populo meo uiri impii inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos uiros.[Initium enim &c.]bene dixi[ꝙ creaturæ dei]&c.[Initium enim fornicationis] ſcilicet ſpiritualis quę eſt recedendo a deo eſt &c. Vnde Glo. peſſimum genus fornicationis eſt quo anima recedit a deo & fornicatur cum idolis Iere. 3. Mecha ta eſt cum ligno & lapide. Tales perduntur ſiue deſtruuntur à deo, ſecundũ illud Pſal. perdidiſti omnes qui fornicātur abs te. [Initium]inquam [fornicationis] prædictæ [eſt exquiſitio idolorum] ſed contra Eccle. 10. Initium omnis peccati ſuperbia. Reſpondeo non loquitur hic de fornicatione, quæ eſt per quemcunque receſſum a deo, ſicut eſt in quolibet peccato mortali; Sed de illa qua recedit à deo perfecto receſſu ſcilicet uſqꝫ ad ſubuerſionem fidei, quæ eſt fundamentum totius ſpiritualis ædificii. Heb. 11. Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum &c. Item 1. Corint. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere &c. [Et ad inuentio illorum corruptio uitę eſt] ſcilicet quo ad mores. Rom. 1. Propter quòd tradidit illos deus in deſideria cordis ſui in immunditiam. In Pſal. Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorũ. [Non enim erant]hic tangitur tertia ratio deteſtationis idolorum ſcilicet ex nouitate & merito ſuæ adinuentionis. Fluuius adinuentionis, & culturæ tangit plures cauſas, primò hominum curioſam otioſitatem, ſecundò parentum ad filios defunctos affectionem. [A cerbo enim]tertiò tyrannorum timorem [deinde] &c. Quartò principum reuerentiam, & honorem[hos quos.] Quintò artifi

cum

cum diligentiam, & sollecitudinem [prouexit autem &c.] Sextò ponit causarum principalium recapitulationē. [Et hoc fuit uitæ] bene dixi [exquisitio Idolorum & adinuētio &c. [nō enim erant a principio] scilicet idola quod patet, quia non sunt creator. Vnde Ierem. 10. Dii, qui cœlum & terram non fecerunt, pereāt de terra. Nec etiam creatura, quia omnis creatura à deo est. Sed idola non sunt à deo, sed sunt hominum fictio, propter quod dicitur. 1. Corint. 8. idolum nihil est in mundo scilicet quantum ad esse diuinum, quòd illi creditur esse ab idolatris, [neque erunt in perpetuum] immò destruentur conuersis hominibus ad cultum unius dei. Isaia 19. Ascendet dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulacra Aegypti a facie eius, [superuacuitas enim] idest ociositas [hominum hoc adinuenit &c.] Eccles. 33. Multam malitiam docuit ociositas: scilicet ociosos qui laborare nolebant ad quærendum unum uerum deum, & dignè colendum. [in orbē terrarum] in cœlo enim nullus error talis unquam fuit & ideo scilicet quia non semper fuerunt [breuis illorum finis inuentus est] scilicet apud sapientes. Citò enim deserti sunt à filiis Israel tempore Moysi, & à populo Christiano, tempore Christi, uel nouę legis. Iere. 10. Confusus est omnis artifex in sculptili: uana sunt opera, & risu digna: in tempore uisitationis suæ peribunt. [Acerbo enim luctu dolens pater] scilicet de morte filii, sicut Dauid doluit de morte Absalō. 2. Reg. 18. uel de morte pueri, quem primò habuit de Bersabeę. 2. Reg. 12. [cito sibi rapti] idest uiolentia mortis prerepti [fecit imaginem] Glos. homines defunctorum amicorum sibi simulacra finxerunt, quorum contemplatione aliquid habuerunt solatium] & illū qui tunc] scilicet de recenti [quasi homo mortuus fuerat] cuius proprietas est esse mortalis secundum illud 2. Reg. 14. Omnes morimur &c. [uiuit] idest paulò post: quod est inexcusabilius [tanquam deum colere cœpit.]; Glos. progressique longius per amorē defunctorum memoriam colere cœperunt, [Et constituit inter seruos suos] timore sibi obediētes, nō ratione [sacra] scilicet thurificationes, & laudes, [& sacrificia] scilicet animalium immolationes. Primus autem ut dicit Isydorus, super illud Luc. 11. In Belzebub principe demoniorum &c. Minos rex Assiriorum Beli patris sui mortui fecit imaginem quam tanta

tanta ueneratione honorauit ut etiam reis ad ipsam cõfugientibus parceret, propter quod homines imperiti statuam Beli ut deum colere cęperunt et statuas multiplicare. Quorum quidam illud idolum uocabant Bel. Quidam Baal. Quidam Baalim. Quidam Beelzebub, [deinde interueniente tempore] id est mora temporis [conualescente iniqua consuetudine] quæ potius extirpanda est, quàm tenenda; quia diuturnitas temporis non diminuit peccatum, sed potius auget [hic error] scilicet colendi idola [tanquam lex] sub præcepto [scilicet custoditus est] Ierem. 10. Leges populorum uanæ sunt. Itẽ Isaia 10. Væ qui condunt leges iniquas [& tyrannorum imperio] id est malorum principum [colebant figmenta.] Vnde Anthiocus compellebat Iudæos ad cultum gentium 1. Mach. 2. Et Nabuchdonosor cogebat statuam suã adorare Dan. 3. [Hos, quos in palam homines, honorare non poterant] id est in præsentia eorum, propter hoc, scilicet [quod longè] essent [e longinquo] scilicet loco [figura] illorum [allata]. s. in pictura [euidẽtẽ imaginẽ]. s. sculptam imaginem dico [regis, quẽ honorare uolebant fecerunt] scilicet tribuentes diuinum honorem hominibus Cicero; suscepit uitam hominũ consuetudo communis ut beneficiis excellentes uiros in cœlum fama & uoluntate attollerent [ut illum] scilicet regem [qui aberat] id est absens erat tamen uiuens [tanquam præsentem colerẽt sua sollicitudine] Glos. propter hominum stultitiam, & prauitatem, qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant, ipsum regem totamque gentẽ summis laudibus extulerunt, ita ut etiam deos appellarẽt, uel pro in signi uirtute uel pro beneficiis uel pro adulatione [Hos quos] &c. littera sic est construenda; Homines fecerunt euidentem imaginem, quam honorare uolebant allata de longinquo figura illorum, quos hos in palam]. i. præsentialiter [honorare nõ poterãt propter hoc] supplé [quod longè essent fecerunt] inquam [ut illum qui aberat] &c. [prouexit ad honorũ]. i. idolorũ [culturam, &]. i. etiam [hos qui ignorabant] id est ignorãtes & rudes [eximia]. i. maxima. [Artificis diligentia.] Artificis inquam diligenter, & curiosè idolũ fabricantis, & illud decorantis, secundũ illud Iere. 10. Argentõ, & auro decorauit illud. Itẽ Isa. 44. Fecit imaginem uiri quasi speciosum hominẽ habitantem in domo [ille autẽ]

artifex[uolēs placere illi, qui te assumpsit].i. conduxit. s. ad faciendum Idolum, hæc est mala placentia, de qua in Psalm. Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent. Item Galat. 1. Si hominibus placerem, Christi serauus non essem. [Elaborauit arte sua ut similitudinem].i. imaginem[in melius figuraret].i. meliori modo, quo posset Isa. 44. Faber ferrarius lima operatus est. Baruc. ult. sicut uirgini amanti ornamenta, ita accepta auro fabricata sunt [multitudo autem hominum].s. stultorum Eccles. 1. Stultorum infinitus est numerus[adducta].s. à ueritate[per speciem operis].i. pulchritudinem Prouer. ult. Fallax gratia. Et uana est pulchritudo Dan. 13. Species decepit te, [eum qui ante tempus] supple modicum [tanquam homo honoratus fuerat].s. honore duliç [nunc Deum çstimauerunt] honorantes eum honore latriç[Et hęc fuit uitæ humanæ deceptio].i. causa deceptionis, causa inquam duplex quasi duplex mortis porta.s. amor, & timor, secundum Glos. super illud Psalm. Incensa igni & suffosia &c. [Quoniam autē affectui].s. proprio in honoratione amicorum[aut regibus] in ueneratione potentum Glos. sic ꝑ populos uel religiones, scilicet præ adulatione uel præ timore uaria sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt [deseruientes].i. deuotè seruientes[homines] contra, illud 1. Colos. 6. Nolite effici serui hominum [incommunicabile nomen] Glos. Dei omnipotentis, quia. s. forma, à qua impositum est nomē illud Deus incommunicabilis est creaturis, communicabilis tamē est ꝑsonis diuinis [& lapidibus, & lignis imposuerunt] cōtra illud præceptū Exo. 20. Nō assumes nomen dei tui in uanum. Sed contra Exo. 7. Ego constitui te Deum Pharaonis. Itē in Ps. Ego dixi dii estis &c. ergo nomen Dei est communicabile creaturis. Dicendum quòd deus tripliciter dicitur natura, adoptione, nuncupatione. Primò modo est incommunicabile. Secundò modo non. Sed cōtra quia Christo homini communicatum est nomē diuinum. Vnde Philip. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen. Sed dicendum quòd nō est communicatum non habenti prius. Sed aliter quàm prius, quia hoc nomen, personæ conuenit non naturæ. s. humanæ, sed tamen habenti naturam humanam. Ad illud quod obiicitur, dedit illi nomen &c. Dicendum quòd datio illi accipitur pro manifestatiō-

ſtatione[uel dedit illi] in natura humana qui prius habebat in diuina;[& non ſuffecerat]hic tangitur ultima cauſa deteſtationis idolorum ſumpta ab effectu humanæ corruptionis. Et primò tangitur in idolatris excecatio mentis: Secundò corruptio operis[aut enim filios.] Tertiò rationabilitas excecationis & corruptionis, [& omnia.] Quartò cauſa utriuſque. [Infandorum dicit]ergo,[& non ſuffecerat erraſſe eos] Gloſ. cū falſa religione omnibus uitiis ſe ſubdiderint[erraſſe] inquam[.ſ. circa Dei ſciētiam] id eſt fidem ſupra 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. [Sed & in magno uiuentes; in ſciētiæ].i. infidelitatis[bello]per quam.ſ. infidelitatem aduerſus deum bellant Iob. 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini,[tot].ſ. quò ad numerum [& tam magna] quantum ad intentionem, uel quātum ad durationis quantitatem [mala]quantum ad deformitatē, [tot] inquam [& tam magna mala]in quibus.ſ.uiuunt [pacem appellant]ſecundum illud Iob. 30. Et eſſe ſub ſentibus delitias computabāt. Ierem. 6. Dicentes pax, pax, & non erat pax. Gloſ. ſub regno diaboli diuerſis uitiis ſubiecti ueram pacem habere non poterant.

¶Aut enim &c.] hic enumerat mala, quibus opere ſunt corrupti. Primò malum ſpecialiter commiſſum in Deū: Secundò ſpecialiter commiſſum in ſe,& in proximū,[neque uitam] dicit ergo [aut enim filios ſuos ſacrificātes] ſecundum illud Pſal. Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dęmoniis Ezech. 16. Nunquid parua eſt fornicatio tua: immolaſti filios meos & dediſti illos cōſecrans eis, quia ſicut dicit Gloſ. in ſacris auerni propter odium Iouis ſine reſpectu pietatis ſuos paruulos immolabāt[aut obſcura ſacrificia facientes]obſcura.i. nocturna ſicut fiebat ſecūdum Gloſ. In ſacris Oſiridi Aegyptiæ, & cæteris; quæ ſacra ardentium tędarum iactatione celebrantur,[aut inſanię plenas uigilias habentes] in ſacris enim Bachi & Cybeles matris deorum ad exemplum eorum,qui in feſtiuitate ſatiati, noctem totā luſibus duxerant, ludunt. ut ait Gloſ. Cōtra hoc dicitur in Pſal. Beatus uir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit uanitates,& inſanias falſas, [neque uitam].ſ. propriam, mundam, quia tradidit illos deus in immunditia Rom. 1. [Neque nuptias mūdas iam cuſtodiunt] contra quod Heb. 13. Honorabile cōnubium, & thorus immacu-

 latus

latus [iam custodiuit &c.] quia sicut dicit Gl. per libidinē & immūditiā diis suis placere putabant, & quātò quis sceleratior erat, tantò magis deo suo placere putabat. [Sed & alius alium occidit per inuidiam]. s. in persona sua ut Chaym Abel Gen. 4. & Iudæi Christum Matt. 27. [Aut adulterās cōtristat]. s. in persona sibi coniūcta [cōtristat] dicit, quia magna causa tristitiæ est uiolatio thori cōiugalis. Vñ bene & secundū leges ciuiles data est uiro licentia occidendi adulterum & adulteram in ipso actu adulterii inuentos [& omnia]. s. uitia [cōmixta sunt] Oseę 4. Maledictū, & adulteriū, & furtum iūnundauerunt [sanguis] hic tangit primò quædā peccata spiritualia: Secundò quædam carnalia [animarum &c.] In prima primò quædam mala operis: Secundò quædam mala cordis [corruptio.] Tertiò quædam mala locutionis [& periurium] mala operis tangit quatuor. s. uulnerationem cum dicit [sanguis] occisionē cum dicit [homicidium] furtum cum dicit [furtum] fraudem cum dicit [& fictio] bene dixi quòd [omnia commixta sunt] scilicet [sanguis] mutua uulneratione. Vnde Isaia: Manus uestræ plenæ sanguine sunt. Item Oseæ 4. Sanguis sanguinem tetigit [homicidium.] Vnde Michea 7. Vir fratrem suum uenatur ad mortem [furtum] Isa 1. Principes tui infideles, socii furum, in Psalm. Si uidebas furē, currebas cum eò [& fictio] .i. dolus. Dolus. n. est cum aliud agitur, & aliud prætēditur uel simulatur [corruptio] hic tangit peccata cordis, scilicet concupiscibilis potentiæ, in Psalm. Corrupti sunt, & abhominabiles facti sunt &c. [infidelitas] scilicet rationalis. Ierem. 7. Periit fides, & allata est dē ore eorum [turbatio] scilicet potētiæ irascibilis. Vnde Isa. 57. Non est pax impiis dicit dominus. Hæc sunt tria mala cordis. Deinde tangit tria mala locutionis dicens [periurium] s. uel assertorium, sicut est in falsis attestationibus, uel pmissoriū ut in falsis promissionibus, cōtra qđ Deut. Non periurabis. [Et tumultus] s. in contentionibus & discordiis. Isa. 3. Tumultuabitur puer contra senē, [& bonorum Dei immemoratio] .i. ingratitudo qa non laudatē deus de beneficiis suis Luc. 17. Nō est inuētus q rediret, & daret gloriā deo &c. in Ps. Obliuioni datus sum tanquā mortuus à corde. Hæc sunt tria mala locutionis primū in deū, & proximū: Secundū in proximū: Tertium in Deū. s. omittēdo. [Animorū inquinatio

natio]&c. hic tangit peccata carnalia. Primò peccata libidinis interioris: Secūdò commixtionis innaturalis, ibi[Natiuitatis &c.] Tertiò bigamię [Nuptiarū &c. Quartò adulterii [innordinatio &c.] Quintò fornicationis [impudicitiæ &c.] dicit ergo [Animarū inquinatio] .f. per internā libidinē Matth. 5. Iā mechatus est eā in corde suo Iere. 4. Laua à malitia cor tuū Ierusalem &c. Ad Tim. 1. Coinquinatę sunt illorū mēs & cōscientia [natiuitatis immutatio]. i. naturę siue usus naturalis, Rom. 1. Feminę eorū immutauerūt naturalē usum &c. [Nuptiarū incōstātia]. f. uxores ꝓ uolūtate accipiēdo, & repudiādo cū tamen deberēt esse duo in carne una Genes. 2. Ita quod Deus coniūxit homo nō separet. Matth. 19. [Inordinatio mechiæ]. i. adulterii cōtra ordinem matrimonii, contra quod Exo. 20. Nō mechaberis [& impudicitiæ]. i. fornicationis, contra quod Rom. 13. Non in cubilibus & impudicitiis [infandorum] &c. Hic ostenditur quòd idolatria est causa huius corruptionis. Et primò ostēdit qūo idolatria est causa omnium malorū in idolatris: Secūdò ꝓpter quid qm̄ propter spem impunitatis [tum.n. confidunt] &c. Tertiò ostendit ꝙ hoc ipsum est ōis cā punitionis [utraq;] &c. Quartò ostēdit quę sit illa punitio. f. casus & pręcipitatio ī alia peccata [non.n.] &c. [infandorum &c.] Ita dixi quòd tot & tāta mala faciūt idolatræ [infandorū. n. idolorū]. i. nephandorū. i. nominatione indignorū, secūdū illud Psal. Nec memor ero nominum eorū ꝑ labia mea [infandorū] inquā [idolorū cultura omnis malitia est]. f. per intellectus excecationē & uolūtatis subuersionē [& initiū] .f. per operis inchoationē, [& finis] per eiusdē completionē, sicut fides, & cultus dei causa est oīs boni, ut probat Apostol. ad Heb. 11. Vbi ait; fides est sperandarū substantia rerū, sed cōtra Eccl. 10. Initiū oīs peccati, superbia. Itē 1. Tim. 6. Radix oīm malorū, cupiditas: malè ergo dicit hic quòd oīm malorū initiū est infidelitas. Dicēdū ꝙ nō est inconueniēs plura esse initia malorū ſm diuersos respectus sicut unius rei sunt quatuor causę .f. efficiens, materialis &c. & tñ initia in uno genere, qa ex parte rationalis infidelitas, ex parte cōcupiscibilis, cupiditas, ex parte irascibilis superbia [aut.n. dum letantur, insaniunt] Glos. in festis, & ludis, & hoc quātū ad malū in affectione [insaniūt] dicit qa leti tia irrationalis, insania est, sicut risus hæreticorum. Oseæ 9. Insania in domo Dei

[eius. Aut certè uaticinantur falsa]. s. falso prophetādo. Et hoc quantum ad malum cogitationis 3. Reg. ult. ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarum. [Aut uiuunt iniustè] & hoc quantū ad malum conuersationis Eccles. 7. Impius multo tempore uiuit in malitia [aut periurant]. i. peierant, & hoc peccatum locutionis [cito]. i. de facili propter malam suam consuetudinem propter quod Eccles. 23. Iurationi nō assuescat os tuum: multum enim casus in illa. [Cum enim confidūt in idolis, quæ sine anima sunt] quo ad uitam [male iurantes] scilicet ex parte rei, quam iurant, quia falsum, cōtra illud Ierem. 4. Iurabit, uiuit dominus in ueritate, & in iudicio, & in iustitia [noceri se nō sperant]. i. non timent. Sed quomodo non timent, cum esse ueros deos credant. Dicendū quòd licet ipsos deos colant, non tamē eis inesse omnipotentiam putant. Vel non credunt quòd peccata hominū puniant. Et reuera eis nō possunt nocere, propter quòd Ierem. 10. Nolite timere illa. s. Idola, quia nec male, nec bene possunt facere. Sed tamen à deo punientur pro peccato periurii. Vnde sequit. [Vtraque ergo illis eueniet]. s. malum culpæ, quia male iurare permittuntur: Et malum pœnę quia propter hoc, punientur [eueniēt] inquam [digne] scilicet pro meritis. Apocal. uit. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. [Quoniam male senserunt de deo attendentes idolis]. i. diuinum cultum eis tribuendo deierant per idolum [& iniuste iurauerunt in idolo contemnentes iustitiā] scilicet illicitum uel falsò iurando, & ita dupliciter errāt uel peccant. s. quia iurant per quod non debent, & quia iurant id quod non debēt Exo. 23. Per nomen exteriorum deorum non iurabitis. [Non enim] q. d. Et uerè peccāt sic iurādo. [Non enim iurantiū] scilicet sic [est uirtus]. i. opus uirtuosum uel meritorium. [Sed peccantium pœna]. i. peccatum ipsum, quod etiam est pœna præcedentium peccatorū & culpa in se [perambulat semper]. s. de malo in peius [iniustorum]. i. iustarū rerum. s. mandatorum Dei [præuaricationem] scilicet peccatum. Peccatum enim quod per pœnitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit, nā Psalm.

Fiat uia illorum
tenebræ & lubricum,
&c.

CAP. DECIMVMQVINTVM.



V autem Deus noster, suauis & uerus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam, & uirtutem tuam radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per uarios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiẽ sine anima. Malorũ amatores digni sunt morte, qui spẽ habent in talibus, & qui faciunt illos, et qui diligunt, & qui colunt, Sed & figulus mollem terram præmens laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque uas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum uasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem uasorum quis sit usus, iudex est figulus. Et cum labore uano Deũ fingit de eodem luto: ille qui paulò antè de terra factus fuerat, & post pusillum reduxit se unde acceptus est, repetitus animæ debitum quàm habebat. Sed cura est illi non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi uita est, sed concertatur auri ficibus et argentariis: sed & ęrarios imitatur et gloriam præfert, quoniam res superuacuas fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto uilior uita eius: quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam, quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum uitalem. Sed & ęstimauerunt lusum esse uitam nostram, & conuersationem uitę compositam

positā ad lucrum, & oportere undecunque etiā ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia uasa, et sculptilia fingit. Omnes enim insipiētes, & infœlices supra modū animæ superbi sunt, inimici populi tui, & imperātes illi. Quoniam omnia idola nationum deos æstimauerūt, quibus neque oculorū uisus est ad uidēdum, neque nares ad percipiendum spiritum, neq; aures ad audiendum, neq; digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum, homo enim fecit illos: & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. Cùm enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his, quos colit: quia ipse quidem uixit, cùm esset mortalis: illi autem nunquam. Sed & animalia miserrima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectum aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerūt autem Dei laudem, & benedictionem eius.



TV autem deus noster &c.] postquā ostendit Idolatrātium errorē & idolorum detestationē, hic subdit ueri dei commendationē. Verum autē deum ostendit esse cōmēdabilem. primò ex ipsius bonitate. secundò ex credentium in eum remuneratione. [etenim si peccauerimus &c.] tertiò ex idolorū uilitate, [sed & figulus.] quartò ex idolatrantium uituperatione. [oēs enim] Tu autē &c.] q.d. talia sunt idola [autem] pro sed [sed tu deus noster.] deus inquā creatione. secundum illud Gen. In principio creauit deus. Itē gubernatione & conseruatione, secundum Damasc. Deus dicitur ἀπὸ τοῦ θεῖν, primus effectus est sapientiæ, secundus potētiæ, tertius bonitatis [noster] s. cultus appropriatione, quia tunc tm̄ notus in iudęa deus, ut dicitur in Psal. [suauis] s. affectui, secundum illud Psā. Gustate & uidete qm̄ suauis est dn̄s. supra 12. O q̄ bonus & quā suauis est spiritus tuus in nobis. [Suauis] inquam Glo. inęstimabilis charitatis

ritatis. Gregorius: ò inæstimabilis dilectio charitatis, ut seruum redimeres, filium tradidisti [& uerus es]. s. intellectui cōteplanti Glo. q̄a nec fallit nec fallit. Itē Rom. 3. est autem deus uerax: omnis homo aūt mendax. Vtrunq; aūt prædictorum refertur ad bonos [& patiens]. s. mala culpæ dissimulādo. s. quo ad malos. Vnde Glo. [patiēs]. i. diu sustinēs peccātes Iohel. 2. Patiēs & præstabilis super malitia, in Psal. Deus iudex iustus fortis, & patiens [& in misericordia disponens omnia] quo ad omnes [omnia]. s. mala pœnæ remittendo, in Psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Matth. 5. Solē suū facit oriri super bonos, & malos. [Etenim &c.] hic ostenditur commendabilis ex colentium remuneratio. Et primò ostendit quòd peccantes sunt Deo subiecti: Secundò quod non peccantes sunt deo accepti [& si non peccauerimus.] Tertiò ostendit quæ sit ratio huius quoniā notitia & cultus dei [nosse. n. te.] Quartò ostendit qui sunt huiusmodi beneficio digni [non. n. in errorem.] Quintò qui sunt indigni [malorum amatores etenim &c.] q. d. & uerè talis es [etenim si peccauerimus] . s. peccato mortali, & maximè peccato infidelitatis quod dicitur peccatum Anthonomaticè. Vnde Ioan. 16. Arguet mundum de peccato, & specialiter de hoc loquitur hic [si peccauerimus] inquam [tui sumus] id est in tua potestate, & gubernatione constituti. Glos. euadere non possumus quia tua creatura sumus in Psalm. Si ascendero in cœlum tu illic es &c. Itē Deut. 32. Nō est qui de manu mea possit eruere. [Scientes magnitudinem tuam] magnitudinem dico nō molis sed uirtutis omnia continentem, & omnia destruere ualentem. Vnde in Psal. Magnus Deus, & magna uirtus eius. [Et si non peccauerimus] s. peccato mortali, quod est peccatū simpliciter, & maximè peccatū infidelitatis, quod est peccatum anthonomaticè. Peccato enim ueniali carere non possumus, aut si possumus non tamen diu. Vnde 1. Ioan. 1. Si dixerimus quòd peccatum nō habemus nosmetipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est. [Si nō peccauerimus] inquam &c. [scimus]. s. per fidem [quoniam apud te sumus computati] Glo. apud quem bonorum operum numerus scitur uel seruatur in Psalm. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Nec solum numerati, sed etiam nominatim ascripti. Lucę 10. Quia nomina uestram scripta sunt in cœlis.

dicuntur autem boni esse cõputati sicut dilecti, & electi, & bene possunt cõputari quia pauci, secũdum illud Matth. 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Mali autem non computãtur à Deo, sicut nullus computat monetam reprobatam, ipsi autem sunt reprobata moneta secundum illud Iere. 6. Argẽtum reprobum uocate eos. Item quia infiniti secũdum illud Ecclesiast. 1. Stultorum infinitus est numerus. Hoc tamen nõ est ex impotẽtia Dei computantis, sed magis ex eorũ indignitate. Peccatorum enim indignus est pane, quo uescitur ut dicit Augustin. Item ĩfra 15. Luto uilior uita eius. lutum autem nullus computaret. [Nosse enim &c.] bene dixi [si non peccauerimus] & maxime peccato infidelitatis [quòd sumus apud te computati, nosse enim te] .s. per fidem formatam [consumata iustitia est] .i. perfectio iustitiæ in præsenti, & hoc intelligendum causaliter ut sit sensus [nosse te] per fidem est [cõsumata iustitia] .i. causa consumatæ iustitiæ, fides .n. iustificat. Vnde Rom. 5. Iustificati ergo ex fide &c. Item Roman. 4. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam [& scire] .s. per fidẽ formatam [iustitiam & uirtutem tuam] iustitiam .s. bonitatis [& uirtutem] potestatis [uel uirtutem] .i. Christum qui est dei uirtus & sapiẽtia 1. Corin. 1. [Radix est immortalitatis] .i. principium & causa æternæ beatitudinis in futuro Ioan. 17. Hæc est uita æterna ut cognoscãt te solum uerũ Deũ &c. Radix .i. arboris spiritualis .i. uitæ iusti, qui est sicut lignũ plantatum secus decursus aquarum &c. radix est fides ut hic dicitur, pes humilitas sicut econtrario pes impiorum est superbia, secundum illud Psal. Nõ ueniat mihi pes superbię. Stipes in altum se erigens est spes Colos. 3. Quæ sursum sunt quærite. Humor interior & uiriditas huius arboris est gratia internæ deuotionis, Iob: Nunquid potest uiuere stirpes absque humore. Calor dirigens est uirtus charitatis Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram &c. exterior irrigans doctrina spiritualis. Vnde Sapientia dicit Eccl. 24. Rigabo ortum plantationum mearũ. Rami, multiplicatio bonæ operationis, Ezech. 36. Montes Israel ramos uestros expandite. Flores, mores honestæ cõuersationis Cant. 2 Flores apparuerũt in terra nostra. Folia, uerba discretæ locutionis, secundũ illud Psal. Et folium eius non defluet. Fructus, mentis ęternę retributiones supra 4.

Bo-

Bonorum laborum gloriosus est fructus. [Non.n. &c.] benedixi [quòd sumus apud te computati]nos, & non alii scilicet Idolatrę. [Non enim in errorem].s. idolatriæ, qui est error præcipuus, [induxit nos].s. sicut alios de quibus supra 14. Pertraxit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia[hominum].s. idola fabricantium &c.[malę artis excogitatio].i. ad malum inducētis per deos,qui per eā figurantur.Ipsa tamen ars bona est in se, sed abusus malus.Omnis.n. scientia de genere bonorum est.s. quātum ad ipsum habitum cum sit à Deo.Omnis sapientia à domino Deo est,Eccl.1. Et sciendum quòd duo tangit,inductiua.s. siue prouocatiua ad idolatriam.s. artis diligentiā cum dicit[malæ artis excogitatio] & idoli pulchritudinē cum subdit[nec umbram picturæ].i.nec picturam speciē ligni obumbrans Eccles.38. Assiduitas eius uariat picturā[labor].s.artificis [sine fructu].s. utilitatis supra 3. Vacua spes,illorum, & labores sine fructu[effigies].i.imago [sculpta per uarios colores] distinguentes partes sculpturæ supra 14. Rubicundum faciens fuco colorem eius. [Cuius aspectus insensato].i. infideli [dat concupiscentiā] scilicet occasionaliter incitādo ad malū Eccles.34.Vana spes,& mendacium uiro insensato [& diligit mortuæ imaginis effigiē sine anima] diligit inquam [effigiem].i. figuram ut Deum colendo, [imaginis mortuæ].i. carentis actu uitæ & hæc carentia negationis non priuationis [sine anima].i.carentis potentia uiuificandi. Anima.n. est actus corporis physicis organici potentia uitam habentis, ut habetur 2. de Anima [malorum] &c.& meritò[nō induxit]quia[malorum amatores].s.idolorum, & peccatorum ex idolis prouenientium [digni sunt morte].s.æterna, & temporali Rom.1. Qui talia agunt digni sunt morte[qui spem habent in talibus].s.idolis. s. auxiliū eorum inuocando Esa.42. Confundantur confusione,qui cōfidunt in sculptili [& qui faciunt illos].s.Deos huiusmodi fabricando, in Psal. Similes illis fiant, qui faciunt ea. [Et qui diligunt].s. affectu deuotionem ad idola habendo,supra eodem,diligit mortuæ imaginis effigiem, &c. [& qui colunt] effectu exterius adorando,in Psal. Confundantur omnes, qui adorāt sculptilia Deut.5. Non adorabis deos alienos,neque coles.[Sed & figulus]hic ostenditur uerus Deus esse com-

men-

mēdabilis, ex idolorum uilitate, hanc autē uilitatē ostendit primò ex uilitate materię: Secundò ex artificis uilitate [& cū labore] & eā.s. uilitatē artificis ibi ostēdit. Primò ex fragilitate cōditionis. Secundò ex uarietate intētionis mouētis [& est illi cura.] Tertiò ex ignorantia creatoris [cinis est.n.] Quartò ex errore cōuersationis. [Sed æstimauerūt.] Quintò ex cōparatione iniquitatis [hic.n. scit &c. Sed & figulus] ita dixi ꝙ [malorū amatores digni sunt morte] qui idola colunt uel faciunt. [Sed & figulus].i. factor uasorū fictilium. supple de numero illorū est [figulus] inquā [mollem terrā præmēs laboriosè] Eccles.38. Figulus sedēs ad opus suum, & cōuertēs pedibus suis rotā, qui semper in sollicitudine positus est ꝑ ꝑ opus suum [fingit ad usus nostros unūquodque uas] in magna.n. domo nō solū sunt uasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia 2. Tim.2. [& de eodem luto fingit quæ mūda sunt ad usus] honestos & mundos. [Similiter quæ iis sunt contraria] ut sunt illa quæ deputata sunt ad usus immundos. Vnde prima Timoth.2. Quædam in honorē, quædam in contumeliā. Roman.9. An non habet potestatem figulus de eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliā [horum uasorum quis usus sit].s. mundus aut immundus [Iudex est figulus] tanquam superior & eorum factor, non ipsa uasa. Roman.9. Nunquid dicit lutum figulo q̄d me fecisti sic? [& cum labore uano].i. infructuoso Iere.51. Vana sunt opera eorum & risu digna. [Deum fingit de eodē luto] simile Isa.44. dicitur de idolis ligneis quòd pars comburitur in humanos usus, pars ut deus colitur [Ille.s. figulus [qui paulò ante de terra factus fuerat] per terrenā natiuitatem. Genes.2. Formauit Deus hominem de limo terræ [& post pusillum].s. tempus Iob 14. Breues dies hominis sunt. Item; breui uiuēs tēpore [reduxit se].s. merito peccatorum suorum.s. in mortem supra 1. impii manibus & uerbis accersierunt illā.s. mortem, & per mortē. [Vnde acceptus fuerat].i. in terram de qua sumptus fuerat ex parte corporis, secundum illud Gen.3. Donec reuertaris in terra de qua sumptus es. Eccles.40. Omnia, quę de terra facta sunt, in terra pariter conuertentur. [Repetitus animæ debitū quā].s. animā [habebat] antequā [debitū] mutuatum ut redderet cum usuris non datum, sicut illæ diues, cui dictum est Luc.12 Stulte hac nocte animam tuā repe-

repetent à te. Mat.18.Tenēs suffocabat eū dicēs redde qđ debes.s.animę debitum.[Sed est illi cura]quamuis.s.labor sit uanus.[Non quia laboraturus est]& uane de quo magis esset curandum [laboraturus est]etiam inique secundum illud Iere. 9. Vt inique agerēt laborauerunt[nec quoniam illi breuis est uita] cum tamen eo magis esset ei curandum ut eam utiliter expenderet.Iac.4.Quæ est uita nostra?uapor est ad modicum parens.[Sed conteratur, aurificibus,& argētariis] decorem sui operis & subtilitatem illis assimilare satagendo.[Sed & ęrarios imitatur.] Notandum quòd [aurifices] uocat artifices, qui deos faciunt ex auro [argentarios,] qui ex argento[ærarios] qui ex ære.Isaia 46.Confertis argentum de sacculo,& aurum statera ponderatis; conducētes artificem ut faciat deū [& gloriam præfert] scilicet uanam suo labori uel uitæ breuitati.Gloria est frequens fama cum laudē [gloriam] id est de hoc gloriādo,in quo non esset gloriandum:[quoniam superuacuas res] id est inutiles, scilicet idola fingit scilicet de lutea materia facit Oseæ 4.Gloriā eorū in ignominiā commutabo.Item Philip.3.Gloria in cōfusioneeorum,qui terrena sapiunt.[Cinis est enim]&c.quasi ita gloriatur[enim] pro sed uel sic. Ita gloriatur,quod tamen nō deberet facere [enim] pro quia[cinis]id est res uilis[est] sicut [cinis, cor illius] id est eius cogitatio,quia in cinere & puluere de quo deum suū fabricat,ponit cor suum Ecclesi. 10. Quid superbis terra & cinis?[& terra superuacua] .i. inutilis [spes illius]. i. eius desideriū, & affectio, quia.s. ponit eā in idolo terreo supra 3.Vacua spes illorum.tale.n. idolum est terra uacua & nihili, de qua Ierem.4.Aspexi terrā & ecce uacua erat & nihil [& uita illius].i. cōuersatio[luto uilior]quia.s.occupat uitā suā in idolū luteū faciēdo,& colēdo,in Psa.Vt lutū platearū delebo eos.Vilius aūt est lutū culpę luto naturę.Vñ Glos. uita illius cænosordior 2.Per.2.Sus lota ī uolutabro luti[qm̄ ignorauit].s. ignorantia,de qua 1.Cor.14. quis ignorat ignorabitur[qui se finxit].i.deū qui eum fecit de limo terræ ex parte corporis,in Psal.Ipse cognouit figmentum nostrum [& inspirauit illi animam]secundum illud Gen.2.Inspirauit in faciē eius spiraculū uitæ [& amat] scilicet magis quàm deū[quæ operatus est]scilicet idola [& qui insufflauit ei spiritum uitalem] repetendum [ignorauit] & loquitur modo de

spi-

ſpiritu corporeo cum dicit [ſpiritum uitalem] Iſa. 57. Spiritus à facie mea egredietur & flatum ego faciam. in Pſal. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam. [Sed æſtimauerunt] ita dixi quòd deum ignorauerunt, ſed magis [æſtimauerunt] ſ. idolorū fabricatores [uitam noſtram]. ſcilicet naturalem [luſum eſſe] .i. laſciuia ſicut illi de quibus Exo. 32. Sedit populus manducare & bibere. Iob. 21 Tenet tympanum, & cytharam [luſum eſſe &c.] hoc dicit quia idola facere, & colere ludo puerorum uī ſimile eſſe: & ſic qui faciunt imagines luteas & adorant, [& cōſeruationem uitæ] .ſ. moralē [compoſitam] .i. ordinatam [ad lucrum] .ſ. auaritiæ, nec ſolum lucrū ſed illicitum. Vnde ſubdit [& oportere undecunque ēt ex malo acquirere] .i. ex artificio, uel negotio illicito, contra quod Eccleſ. 5. Noli eſſe anxius in diuitiis iniuſtis. Non enim proderunt in die obductionis, uel ultionis & uindictæ. Hæc ſunt diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui Eccleſi. 5. [Hic enim] &c. quaſi & uerè ex malo acquirunt idola facientes [hic enim ſcit ſe ſuper omnes alios] .ſ. artifices idolorum [delinquere, hi.] inquā [qui ex terrę materia] quæ uilior eſt [fragilia uaſa] ex una parte [& ſculptilia] .i. idola ex parte alia materiæ ſuę [fingit.] Vnde ex horum comparatione uilitatem idolorū melius intelligit uel intelligere poteſt. Sed quomodo poteſt hoc ſcire .ſ. ſe ſuper oēs delinquere, uel peccare ad Deū nō ignorāter ut dictū eſt. Dicendum ꝙ hoc ſcit uel ſcire poteſt habitu legis naturalis ſcriptę in corde ſuo. Sed actualiter hoc neſcit, ſcilicet quia non uult hoc perſcrutari cum tamen poſt. Vel ſi non poteſt ad plenum uel de facili, hoc eſt quia excecatus eſt meritò īfidelitatis ſuę.

¶ Omnes enim] hic oſtenditur uerus Deus eſſe commendabilis ex idolatrantium fatuitate. Et primò ex fatuitate idolatrantium colentium res inanimatas .ſ. ſtatuas. Secundò colentium animatas. [Sed & animalia] in prima primò illos eſſe fatuos oſtendit, & reprehendit, quia idola cultoribus ſuis multorum malorū cauſa ſunt. Secundò quia in ſe etiā inutilia ſunt homini [quoniā idola] Tertiò quia ab homine facta ſunt [homo enim.] Quartò quia homine deteriora ſunt [melior eſt .n.] Omnes enim &c. bene dixi ꝙ hi qui de materia lutea facit idola ſcit ſe derelinquere ſuper omnes alios artifices [omnes enim inſipiētes] Gloſ. qui idola deos putant, hoc enim eſt

est magna insipientia Ierem. 4. Filii insipiétes sunt & uecordes. Insipientes dico per defectum sapientiæ uel fidei quantum ad intellectum, [& infęlices] quo ad affectum. Et hoc propter defectum gratię quę fęlices facit supra 13. Infęlices sunt qui appellauerũt deos opera manuum suarũ. [Supra modum animę suę] .i. naturæ suæ [superbi sunt] scilicet contra deum, & hoc fingendo sibi idola tãquàm deos Isa. 16. Audiuimus superbiam Moab superbus est ualde: superbia, & arrogantia est plus quàm fortitudo eius [uel infęlices supra modum,] quia infinita infęlicitate quia uermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur Isa. ult. [inimici populi tui] .s. persequendo credentes in deum. Et hoc quò ad effectum [inimici] inquam persequẽdo factis Hester 14. Non sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute. Sed robur manuum suarum, i. idolorum potentiæ deputantes uolunt tua mutare promissa. & imperantes] .s. illi .s. uerbis in Psal. Improperia exprobrantium tibi ceciderunt super me. Sicut quidam de Effraim, & Manasse nuntios Ezechiæ, ad cultum dei uolẽtes eos reuocare, irridebant, ut patet 2. Paralip. 30. [Quoniam omnia idola &c.]. Vel sic bene dixi [quòd insipientes, & infęlices, & supra modum animæ suæ superbi &c.] [Quoniã omnia idola nationum] .i. gẽtilium non per fidem renatorum, sed in luitio natiuitatis manentium [deos æstimauerunt] sic fecerunt Romani .s. omnia idola gentilium subiugatorum perperã adorãdo, & custodiẽdo [quibus] .s. idolis. [Nec oculorũ usus est ad uidendum] secundum illud Psal. Oculos habẽt & non uidebunt, [neque aures ad audiendum] secũdum illud Psal. Aures habent, & non audient. [Neque nares ad percipiendum spiritum] in Psal. Nares habent, & nõ odorabũt. [Neque digiti manuum ad tractandum] .i. palpandum aliud. Vnde in Psal. Manus habent, & non palpabunt. [Sed pedes eorum pigri] .i. immobiles ad ambulãdum, in Psal. Pedes habent & non ambulabunt. Ideo dicitur Baruc. ult. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, & prodesse sibi [homo enim] cuius .s. non est dare sensum & motum [fecit illos] non genuit de substantia sua, sed figurauit de materia exteriori [& qui mutuatus est spiritum] .s. à deo il li reddendum quando placebit ei. Eccl. ult. Et spiritus reuertetur ad deum, qui dedit illum. [Is finxit illos] .i. de lu

to fecit.[Nemo.n.&c.]Quasi & uerè sic sine sensu & motu sunt.[Nemo enim sibi similē poterit fingere deum] similē scilicet similitudine æqualitatis,qua homo similis est alii homini, licet similem similitudinem alicuius exterioris repręsentationis.[Cum enim sit mortalis]uitam mortalem habens[mortuum].i. uita pęnitus carentem[finxit manibus iniquis]in Psal.In quorū manibus iniquitates sunt.Melius autem est mortale quàm mortuum, secundum illud Ecclesiast.9. Melior est canis uiuus leone mortuo. & bene dixi [quòd nemo potest sibi simile]&c. [Melior enim est ipse iis quos colit] Deus uerò debet esse optimum hominis secundum Aug. cum sit eius beatitudo [quia ipse quidem uixit aliunde].s. homo [cum esset mortalis]quod enim nō uiuit non est mortale[illi autem]nunquam.s.dii falsi. Iure autem præponuntur uiuētia non uiuentibus, sentientia non sentientibus secundum Aug.Sed obiicitur quia supra eodem dicitur,luto uilior uita eius.Dicēdum quòd supra loquitur de uita mortali,hic de naturali.

¶Sed & animalia &c.]hic ostenditur uituperatio colentium res animatas: Et primò ostenditur in se miserabiles. Secundò respectu præcedentium aliquantulum escusabiles. [Insensata &c.] Tertiò simpliciter inescusabiles.[sed nec aspectu &c.] & ibi ostenduntur inescusabiles. Primò per hoc quod colunt irrationalia. Secundò quia deserunt uerum deum [fugerunt] &c. [Sed & animalia]Glo.non solum hominum speciem sed & animalium imaginem, ut Aegyptii Isidem in specie bouis Babilonii Draconē Dan. 13. [Miserrimi colunt] Prouer.14. Miseros facit populos peccatum. Sunt quidem miseri omnes impii & peccatores. Sed miseriores omnes infideles, sed miserrimi idola colentes,propter hoc bene dixi.[Sed& animalia miserima colunt]in Psalm. Mutauerūt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnum [insensata enim] enim pro sed [insensata]sd est statuæ[comparata iis].s.animalibus [illis deteriora sunt] qa secundum Aug. melius est uiuens non uiuente & sentiens nō sentiente.Vnde Glo. In ueritate uiuentia,meliora sunt mortuis,& sensibilia in sensibilibus, & rationalia irrationalibus. Sed dignū fuit ut qui creatorem ignorabāt in creaturis distinctionē non sciret. [Sed nec aspectu &c.] Ita dictū est quòd idola nec audiunt,nec uident aliquid, uel cognoscunt nec solum illa

la nihil uident.[Sed nec aspe ctu aliquod ex iis animalibus bona potest conspicere.] Sed nec aspectu]q.d. non solū in absentia per imaginationem, Sed nec in præsentia per sensum.[Aliquod ex iis animalibus]quę.s.colunt [bona pōt conspicere] & intelligendum est de bonis honestis,quę sunt bona simpliciter ut sunt uirtutes:& huiusmodi. Non de bonis utilibus uel delectabilibus, quę sūt bona fm qd[effugerūt aūt]&c. quasi ita infirmi colunt animalia[aūt] pro sed [effugerunt &cæt.] uel autem]hoc est certè colendo animalia[effugerūt Dei laudē,& benedictionē] q.d. nec ipsum deū laudauerūt,necbenedixerūt[laudē]pro eius bonitate in se[& benedictionē] pro eius beneficiētia ad nos. Cōtra quę duo dicit in Psal. Confitemini dño qm̄ bonus .s.in se,quoniā in seculum misericordia eius.i. qm̄ beneficientia misericordię eius ad omnes se extendit, & dicit [effugerunt]nō solū intus corde non laudantes & non benedicentes, sed nec ore confitentes contra quod Rom. 10. Corde credit̄ ad iustitiā, ore aūt fit cōfessio ad salutem.

CAP. DECIMVMSEXTVM.



ROPTER hæc & per his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarū exterminati sunt. Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamēti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometram: ut illi quidem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti,nouam gustauerunt escam. Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercētibus tyrānidem: his aūt tantū ostendere quēadmodū inimici eorum exterminabātur. Etenim cū illis superuenit sæua bestiarū ira,morsibus peruersorū colubrorū

exterminabantur: Sed non in perpetuum ira tua permansit: sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est, non per hoc, quod uidebat sanabatur, sed per te omnium saluatorem, & in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum, & muscarum occiderũt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconum uenenatorũ uicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens, sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur, ne in altam incidentes obliuionẽ, non possent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia: Tu es enim domine, qui uitæ & mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis & reducis: homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, & cùm exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta est: sed tuam manum effugere impossibile est. Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs persecutionẽ passi, & per ignem consummati. Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, uindex est enim orbis iustorum. Quodam.n. tempore mansuetabatur ignis, ne cõburerentur, quæ ad impios missa, erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionẽ. Et quodam tempore in aqua supra uirtutẽ ignis exardescebat vndique, vt iniquæ terræ nationem exterminaret. Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labo-

labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam et dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas & deseruiens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent quoniã fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grãdine & pluuia coruscans. Hoc autem iterum vt nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderati sunt: vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam nõ natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: ut notũ omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuã, & ad orientem lucis te ibi adorare. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.



ROPTER hoc & his similia &cet.] postquam à 13. Cap. egit de merito culpæ quo ad pœnas grauiores ordinata ad impiorũ, hic agit de supplitio pœnę: & primò de pœnis antecedentibus mortem, scilicet in isto cap. & 17. Secundò de pœnis inferentibus mortem .s. cap. 18. & 19. In prima primò agit de pœna sensus, & de plagarum immissione .s. capitulo isto: Secundò de pœna damni .s. de lucis subtractione cap. 17. In prima primò de pœna inflicta per res animatas: Secundò de pœna inflicta, per res inanimatas. [Ne gantes autem te.] In prima primò tangitur Aegyptiorũ per uilia animalia, & nociua punitio: Secundo econtra

 He-

bræorum per delectabilia ani malia cõsolatio[pro quibus] &c. Tertiò corũ ab animalibus nociuis liberatio [etenim] Quartò prędictę punitionis,& liberationis ratio[in hoc aũt propter hoc].ſ. [quia infirmi colebant idola] ſiue propter idolatriæ peccata [& iis ſimilia].i.propter alia peccata idolatriæ prædictis ſimilia[paſſi ſunt dignè tormenta] Eph.5. Propter hoc uenit ira Dei in filios diffidentiæ Deut.25. Pro mẽſura peccati erit & plagarum modus. Nõ enim debet eſſe dedecus culpę ſine decore iuſtitię ueluindictę ſecundũ Aug.[& ꝑ multitudinẽ beſtiarum] terrã. ſ. eorum uaſtantium, ut muſcarum,locuſtarum,& ranarum & huiuſmodi [exterminati ſunt].i.grauiter afflicti & fortè aliqui eorum occiſi,ſupra 12. Per hoc quę coluerunt de diſti eis sũma tormẽta. Deut. 32. Dẽtes beſtiarũ immittã in eos. [Pro quibus tormẽtis &c.]hic tãgit Iſraelitarũ cõſolatio,& primò ponit conſolationis modus:Secundò cauſa [ut illi:] Tertiò ſceleritas [ii autẽ] Quartò accelerationis opportunitas[oportebat] &c. [pro quibus tormẽtis].i.loco quorum tormentorum quaſi econtrario [bene diſpoſuiſti populũ tuũ].ſ.Iſraelitic,qui erat eius populus peculiaris, ut hr̃ Deut.7.[Quibus].i.cui populo [dediſti cõcupiſcẽtiã delectamẽti ſui].i.cõcupitum delectabile.deſideriũ.n.ſi cõpleatr̃,delectat aĩam,ut habet Prou.13.[Nouũ ſaporẽ].i.cibũ noui ſaporis [eſcã parans eis origometrã].i. coturnicẽ Gręcus n.liber habet ꝓ coturnice orgometry, ut dicũt ab ortigia terra in qua primò uiſa eſt,& inde abducta [uel eſcas parãs &c.] & tunc ſm aliquos ponit hic ſingulare pro plurali cum dicit[eſcas parãs eis ortigometrã].i. coturnicẽ ſm illud Pſal. Petierũt,& uenit coturnix &c. Exo.16. Factum eſt ueſpere & aſcẽdens coturnix operuit caſtra.Item Nu.11. Vẽtus autẽ dñi ęgrediẽs coturnices arreptas trãs mare detulit & c.Sed nõ oportet qđ pro ſingulari ponatur plurale, q̃a poteſt gloſari ſic [eſcas].i. loco eſcarũ[ut illi] quidẽ.ſ.filii Iſrael[cõcupiſcẽtes eſcã]. ſ. carnium Aegypti Exo.16.[Propter ea].ſ.coturnices[quæ illis oſtẽſa ſunt] .ſ. ad deſiderãdum [& miſſa] .ſ. ad comedendum [ẽtã neceſſaria cõcupiſcẽtia].i.ualde urgẽti[auertẽtur].i.ne amplius carnes Aegypti & reditum in ipſum deſiderarẽt in Pſal. Concupierunt cõcupiſcentiã in deſerto.Itẽ Nu.11. Populus flagrauit deſiderio carniũ cum iñ dicatur Eccl.18.Poſt cõcupiſcẽtias tuas nõ eas, & à uoluntate tua auertere [ii au-

autem].s.filii Israel [in breui inopes facti].i.modico tépore, qa eorum inopia parum durauit. Deus.n. citò subuenit ẽm illud Isa.65. Antequã clamẽt, ego exaudiã [inopes] .i.cibo indigẽtes [Nouã gustauerunt escã].i.insolitã uel insolitarũ auium [oportebat.n. &c.] quasi & rectè sic factum [oportebat.n.].i.optimũ erat [illis] .s. Aegyptiis [sine excusatione].s.culpę ex qua puniebant Rom.1. Ita ut sint inexcusabilęs. Itẽ 2. cap. propter qđ inexcusabilis es ò homo [superuenire interitũ].s.pęne interimẽtis supplitiũ à sũmo iudice ad eorum oppressionẽ Iob 18. Auellat de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eũ, quasi res interitus. Itẽ Prou.29. Viro q corripientẽ dura ceruice cõtẽpserit, repẽtinus ei superueniet interitus [illis] dico Aegyptiis [exercẽtibus tyrãnnidẽ].i.crudelẽ imperiũ in filios Israel opprimẽdo eos duris operibus ut patet Exo.1.& 5.& in flumine pueros eorũ submergẽdo, ut patet Exo. 1.[iis aũt].s. Israeliticis [tm̃ ostendere] supple. oportebat] quemadmodũ inimici eorũ exterminabãtur] ut sic uisa eorũ pęna, corrigerentur, ẽm illud Prou.19. pestilẽte flagellato, stultus sapientior erit. Itẽ Prou.21. Multato pestilẽte, sapiẽtior erit paruulus. [Etenim &c.] hic primò ostẽdit periculi grauitas: Secundò liberationis sceleritas [sed nõ diu:] Tertiò liberãtis uirtus siue ptãs [qui.n.:] dicit ergo [etenim] quasi bene dixi [iis aũt tm̃ ostẽdere] &c. [etenim] pro quia [cum illis] .s.filiis Israel [superuenit seua bestiarum ira].s.ab offensa superni iudicis, quẽ offenderãt murmurãdo contra ipsum ut patet Num.21. Vbi dr̃ misit dñs in populũ serpentes ignitos [morsibus peruersorũ colubrorũ] quia efficaces erãt ad nocendũ [exterminabãtur] s. aliq eorũ. Vñ 1.Cor.10. Murmuraueritis sicut quidã eorũ murauerunt, & à serpentibus perierũt. [Sed nõ in ꝑpetu] i.sine fine ita quòd pęna ęterna temporali cõtinuaretur, sicut in Herode Act. 12. [Ira tua].i.irę tuę effectus, nõ animi tui affectus ẽm illud Ego dominus & non irascor [permansit].s.in filiis Israel, Abacuc.3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. [Sed ad correptionem] non ad cõdemnationẽ [in breui].i. modico tempore [turbati sunt] .i. afflicti.s. exterius & inde [turbati] interius Isa. 54. Ad pũctum in modico dereliqui te &c. & in momẽto indignationis abscõdi faciem meã parumper à te, & in misericordia sempiterna [misertus sum tui] Ier.30. Te aũt non faciã i cõsũmationẽ, sed castigabo

te in iudicio ut non uidearis innoxius [signum habentes salutis]Glo.serpentem eneũ, pro signo positum cuius aspectu sanabantur, ut patet Nume.16.[Ad commemorationem mandati legis tuæ].s. custodiendæ,secundum illud Psal.Et memores sunt mandatorum tuorum ad faciendum ea[sicut puer negligens flagellatur]ut lectionem suã repetat, & confirmet & benè dixi[signum habentes] non causam[qui enim conuersus est].s.uel interius per pœnitentiam ad Deum,uel exterius ad serpentem Eneum ad aspiciendũ [non per id quod uidebatur].s.oculo corporali[sanabatur].i. non per serpentem Eneum [sed per Saluatorem omnium] per dictũ serpentem signatum,cui non in hoc obediebat Ioan.3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis:sicut etiam mortuus non potuit suscitari per Elisęi baculum ut habetur 4.Reg.4.[In hoc autem ostendisti &c.]hic subiũgitur prædictæ punitionis & liberationis ratio.s.ostensio diuinæ iustitiæ & misericordiæ & primò ex parte Aegyptiorum punitorum, ostensio diuinæ iustitię: Secundò ex parte Hebræorum liberatorum ostensio diuinæ misericordiæ, & quædam causæ aliæ [filios autẽ tuos. In hoc autem].s.in Aegyptiorũ afflictione & Israelitarum facili liberatione[ostendisti].i.ostẽdere uoluisti quamuis illi nõ uiderint. Vnde non possunt conqueri nisi de cecitate oculorum suorum, sicut si alicui lippo ostendatur sol lucens & ille non uideat, secundum August. [inimicis nostris].s. Aegyptiis. Mali enim sunt inimici iustorum.s. actiuè nõ passiuè, quia.s.odiunt iustos quamuis diligantur ab eis [ostendisti] inquam [quia tu es].s.solus,qui liberas ab omni malo,in Psal.Multæ tribulationes iustorum &c. Contra, cur multi non liberantur à malo? Dicendum quòd sic intelligendum,liberat omnes qui liberantur,sicut illud Ioã.1. Illuminat omnem hominem &c.s.qui illuminatur. Illos enim.s.Aegyptios te nõ colentes [locustarum & muscarum occiderunt morsus] locustarum Exo.5.[Et muscarum Exo.8.[Occiderunt] Ad litteram aliquis eorum quamuis non legatur alibi expresse [& non est inuenta sanitas animæ illorum] Aegyptiorũ.s. sicut filiis Israel à serpentibus,in Psalm Non est sanitas in carne mea à facię irę tuę &c.Ierem.30. Insanabilis fractura tua,pessima plaga tua.[Qui autem digni erant] scilicet exigẽtibus eorum

torũ meritis. [Ab huiusmodi, scilicet uniuersalibus animalibus[exterminari.] Vnde Aug. super Ioã. populum superbum Pharaonis dominus domare potuit Vrsis & Leonibus, sed muscas & res uilissimas immisit ut eorum superbia domaretur. Eadem ratione, & homines pulicibus affligũtur. Quid te inflas humana superbia, pulicibus resiste ut dormias.

¶ Filios autem tuos &c.] hic ostenditur multiplex ratio liberationis Hebręorum. Sed ut ordinatè procedat primò repetit eorum liberationem: Secundò liberationis multiplicem rationem.[Misericordia enim tua[Filios aũt tuos] id est Israelitas Exo. 4. Primogenitus meus Israel [filios] inquam[tuos]per fidem, secũdum illud Ioan. 1.[Dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. [Nec draconum uenenatorum dentes].i. serpentũ ignitorum Deut. 8. Ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens & scorpio ac dipsas. Loquitur hic de bonis, qui filii dei sunt, non de malis [misericordia .n. tua] ostenditur autem hic ratio multiplex liberationis Israelitarum, quarum prima fuit pietas Dei: Secunda periculum desperationis [in memoria enim:]Tertia uirtus diuini sermonis[etenim neque herba:]Quarta ostensio diuinæ pietatis [tu es domine:] Quinta humana fragilitas, [homo autem &c.]bene dixi [filios autem tuos].i. Israelitas.[Nec draconum uenenatorum dentes].i. morsus serpẽtum ignitorum [uicerunt, misericordia enim tua].i. effectus misericordiæ tuæ. [ad ueniens sanabat illos] in Ps. Si dicebã motus est pes meus misericordia tua domine adiuuabat me. Iere. 33. Obducã cicatricem tuam, & dabo tibi sanitatem, ipse enim uulnerat & medetur Iob. 5.[In memoria enim sermonum tuorum] .i. per remæmorationẽ mandatorum tuorum[exterminabantur] aliqui, scilicet illorum[& uelociter sanabantur uel saluabantur].s. alii pęnitentes uisa morte uel pęna aliorum, uel idem [exterminabantur].i. grauiter puniebantur[& uelociter sanabantur, ne in altam].i. profundã [incidentes] .i. intus cadẽtes [obliuionem]. s. desperationis. s. propter adiutorii & remedii dilationem cũ nõ possent tuo[uti adiutorio].i. gratiæ tuę liberantis, ipsi diuo facti indigni misericordia tua propter desperationem. Prouer. 18. Impius cum in profundum peccatorum uenerit, contemnit, in Psal. Obli-

ti sunt domini qui saluat eos &c.& bene dixi [in memoria sermonum tuorum, etenim pro] quia [neque herba [.i.potio ex herbis cōfecta quæ bibēdo intra sumitur [neq; malagma].i.emplastrum, ꝙ extra loco doloris superponitur [sanauit eos].s. à morsibus serpentū. [Sed sermo tuus domine].i. mādatum de serpente æneo faciendo & aspiciendo Nu.21.[Qui].s.sermo [sanat omnia]. s. quæ sanantur. Vnde hoc est accōmoda distributio in Psal. Misit uerbū suum & sanauit eos, uel [sermo] increatus.i. filius, de quo Ioan. 1. In principio erat uerbum. Iste sermo scd̄m Glos. curat corpora, & à spiritualibus bestiis aīam sanat Matth. 4. Sanas omnem languorem, & oēm infirmitatē [tu es dn̄e] bene dixi quòd sermo tuus sanat oīa [tu.n.es dn̄e] .s. creator oīum [qui uitæ, & mortis habes potestatem].i. uiuificādi & mortificandi, secundum illud 1.Reg.2. Dominus mortificat & uiuificat &c. Item Eccl.11. Mors & uita à Deo sunt. Sed contra quia dicitur supra 1. Deus mortem nō fecit. Respondeo dicendnm quòd quamuis mortis nō sit Deus causa meritoria nec efficiens quantum ad ipsam priuationem, habet tamen potestatem mortis: quia licet non sit causa malorum, habet tn̄ posse super mala, quia ex eis elicit & pōt elicere bona. Ad illud quòd obiicitur ꝙ mors non est à Deo, dicendū quòd in morte est priuatio uitę, quę nihil est, & ideò causam efficientē non habet, sed magis deficientem. Item est ibi pœnalis afflictio, quæ aliud est, & à Deo est iustę infligente eā peccatoribus meritò peccatorum suorum [& deducis ad portas mortis] .i. ad extremum uitæ articulum [& reducis].s. sanando, ut patet in Ezechia, Isa. 38. [Homo autem &c.] quasi sic potes mortificare & uiuificare [autem] pro sed [sed homo] potest occidere se, sed non uiuificare: & hoc est quòd dicit [homo autem].s. peccator dictus homo ab humo [occidit quidem].i. certè per malitiam culpa [animam suam] propter quod dicitur in Psal. Qui diligit iniquitatem odit animam suam, est.n. homicida sui ipsius. Peccator.n. est gladius bis acutus, occidit.n. corpus & animam Eccles.21. Quasi rumphea bisacuta, omnis iniquitas. [Et cum exierit spiritus].s. à corpore per mortem [non reuertetur].s. in corpus, in præsenti sæculo Iob. 10. Antequam uadam & non reuertar ad terram tenebrosam &c. Item 2.Reg.14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ nō

re-

reuertuntur. Sed cõtra q̃ a dicitur in Psal. Exhibit spiritus eius,& reuertetur in terrã suã. Dicendũ quòd hoc intelligitur de reuersione ad terrã suę naturalis habitationis.i.corporis per naturæ secundum illud Psal. de reuersione in terrã suam secundum iustitiam retributionis, & hoc per uirtutẽ diuinã. [Nec reuocabit] .s.homo [animam] à corpore separatã [quæ recepta est] in loco suo.s.in gloria uel in pęna Eccl.11. Vbicũque ceciderit lignũ siue ad Austrũ siue ad Aquilonẽ,ibi erit [sed tuã manum] .i. potestatem, tàm in præsenti, quàm in futuro, tàm in uita quàm in morte [effugere ĩpossibile] Iob 10. Non est qui de manu tua possit eruere. Ideò dicitur in Ps. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Non.n. est abreuiata manus domini, immò lõgissima est totũ cõtinẽs, secundum illud Psal. In manu tua domine omnes fines terræ.

¶ Negãtes enim] &c. hic agit de pœnis inflictis Aegiptiis per res inanimatas. Et primò tangitur Aegyptiorum punitio: Secundò ecõtrario Israelitarũ consolatio[pro quibus angelorũ:] Tertiò punitionis Aegyptiorũ ratio.[Nix enim &c.] Quartò ratio cõsolationis Israelitarum[propter hoc & tunc.] In prima ponit punitionis Aegyptiorũ causam meritoriam: secundò modum & formã. [Quòd.n. mirabile &c.] tertiò diuersitatẽ secundum plus,& minus[quodam .n.tẽpore.] Negantes.n. &c.] bene dixi impossibile est effugere manum tuã. [Negantes .n.te nosse impii].i. Aegyptii s. Pharao cum seruis suis.[Negãtes]inquàm Verbo. Vnde Exo. 5. Nescio dominum & Israel non dimittã: Et facto illi,de quibus ad Tit.1. Confitentur se nosse Deum, factis autẽ negãt[p fortitudinẽ brachii tui].i.per fortem potentiam tuã. Exo.15. quis similis tui in fortibus dñe &c. [Flagellati sunt] Exo.6. Educam eos de ergastulo Aegyptiorũ in brachio excelso. Exod.15. dextera tua pcussit inimicũ. [Nouis aquis]& pro.i. [grãdinibus]grãdo.n.est: quasi aqua cõgelata[& pluuiis]quæ sunt quasi aquæ fluidę [persecutionẽ]passi sũt. Vñ Exo.9. Vidẽs Pharao quòd cessasset pluuia & grãdo[& p ignẽ].i.simul cadẽtẽ[cõsumpti] Exo.9. grãdo & ignis mixta pariter ferebãtur. Item in Psal. Posuit pluuias eorũ grandinem ignẽ cõburrẽtẽ in terra ipsorũ[quòd .n.]bene dixi p ignẽ cũ grãdinibus [Qđ.n. mirabile erat] .s.cõtrariũ à cõtrario nõ destrui,cũ scriptũ sit Eccl.3. ignẽ ardẽtẽ extinguit aqua. Vñ sequitur.[In aqua,quæ oĩa ex-

tin-

tinguit].ſ. ignita [ignis plus ualebat].i. fortius agebat cũ aqua[uindex enim eſt orbis] ideſt uindictæ inſtrumẽtum [uindex]inquam[orbis iuſto rum].i. uindicans iuſtos ſupra 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Per prędictum textũ innuit quòd punitio Aegyptiorum facta fuit non ſecundum ordinem naturæ,ſed ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ uindicantis Iſraelitas de Aegyptiis, qui eos oppreſſerant Exo.1. Gloſ. Non mirum ꝙ grando & ignis mixta feruntur,quia ad creatoris uoluntatem omnia conſentiunt. [Quodam enim tẽpore] q.d. non ſemper uniformiter agebat[enim]pro ſed.[Sed quodam tempore manſuetabatur ignis] .ſ. quouſq; animalia timẽtium ſermones Moyſi reuocarentur, uel reducerentur de agris Exo.9. Mitte & congrega iumenta tua, & omnia quę habes in agris uel agro.& poſt;qui timuit uerbum Dei de ſeruis Pharaonis fecit confugere ſeruos ſuos & iumenta in domos. [Manſuetabatur]inquam[ne comburerẽtur animalia quæ miſſa erant ad impios]i. iumẽta diuinitus eis data. Nec ſolum propter hoc [ſed etiã ut ipſi uidentes] prædictam interpolationem [ſcirent] .ſ. per ipſam[quoniam dei iudicio]non euentu naturali[patiuntur perſecutionem]Item ſecundum Gloſ. ut cognoſcerent quoniam omnis creatura parata eſt ulciſci iniuriam creatoris, in Pſalm. Cognoſcetur dominus iudicia faciens, qui ſicut dicit Bernar. non eſt cognitus iniurias patiens. Et notandum quòd dominus puniuit ſodomitas ꝑ ignem Gen. 19. ſine manſuetudine: & hoc quia nulli erãt boni inter eos. Sed Aegyptii per ignem cum manſuetudine, quia filii Iſrael erant in Aegypto,qui boni erant [& quodam tempore].ſ.reuocatis animalibus[in aqua ſupra uirtutem naturalem].ſ. quia per miraculum [ignis exardeſcẽbat undiq;].ſ.per totã terram Aegypti[ut iniquam terræ nationem exterminaret].i. Aegyptios, qui erant terreſtris natio non cœleſtis contra quod 1. Cor. 12. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœleſtis.

¶Pro quibus &c.] hic circa conſolationem Iſraelitarum primò tangitur exhibitio beneficii: Secundò ratio exhibendi [ſubſtantia enim] pro quibus].ſ. malis.i.loco quorum malorum ecõtrariò[Angelorũ eſca].i. manna, quod ꝑ angelos erat pręparatum [nutriuiſti populũ tuũ &c.] in Pſalm. Panem angelorum man-

manducauit homo, uel quia præfigurabat escam angelorum, scilicet panem uiuum, qui de cœlo descendit Ioan. 6.[Nutriuisti]inquã [populũ tuum].s. filios Israel, hoc.n. cibo nutriuit eos quousque tangerent fines terræ promissionis ut habetur Exo. 16. [Et paratum panem].i. refectionem[de cœlo] s.aereo descendente, secundum illud Psal. Pluit illis manna ad mãducandum. Et panem cœli dedit eis [præstitisti illis sine labore] contra, quia dicitur Num. 11. Circuibat populus, & colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tortulas, quasi saporis panis oleati. Respondeo [sine labore]acquirẽdi per agri culturam.[Sed non[sine labore]parandi. Nos uerò laborẽ habemus in acquirendo, & parando Genes.3. In sudore uultus tui[omne delectamentum in se habentem].i. effectum omnis cibi delectantis faciendo similem delectationem in comedente[& omnis saporis suauitatem] .i. omnẽ suauem saporẽ: taliter enim cuicuique sapiebat, sicut uolebat ut dicit Gregorius in Moral.6. Sed contra, Nu.40. dicitur quòd habebat saporem quasi panis oleati. Dicendum quòd de natura sua habebat determinatum saporem dulcissimum s. sicut sapor similę cũ melle. Sed per gratiam diuinam habebat sapores diuersos. s. secundum desideriorum diuersitatẽ, ut tangit Glos. 1. Corinth. 10. super illud; omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Sed contra quia si habebat saporem à quolibet desideratum, ergo non desiderassent carnes Aegypti, nec nausealset anima eorum super cibo læuissimo, cũ tamẽ oppositum legatur Nume. 21. Dicendum, secundum Glos. 1. Cor. 10. Boni saporem optimum ibi inueniebãt, sed mali fastidiebãt. Vel dicendum quòd requirebant in cibo non solum delectationem saporis, quo ad gustum, sed etiam coloris quoad aspectum, & odoris quo ad odoratum Hierony. Aues coram diuitibus in suis saporibus decoquuntur, ut uisu, & odore reficiantur, sicut delitiosi in uino, cum tamen dicatur Prou.23. Ne intuearis uinũ qñ flauescit cũ splẽduerit in uitro &c. [substantiã enim tuam].i. tuam uirtutẽ sustẽtandi, [& dulcedinem].i. potestatem delectãdi[quam habes in filios].s. eos sustentando per cibi substantiam, & delectando per eiusdem cibi saporem[ostendebas &c.] in Psal. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. ostendebas in-

quam

quã cōferēdo eis prædictam æscã sustentantem, & delectã tem[& deseruiēs].s.cibus uel panis pdictus [uniuscuiusq;] .s.comedentiũ [uoluntati ad quod quisque uolebat cōuertebatur].i. ad qualem saporé habebat dictum est unum saporem determinatum per naturam, sed uarios per diuinã gratiam] Mysticè] per manna significabatur congruè Christus sub sacramento altaris: Primò quia ipse est panis angelorum.s.sacerdotum, secundum illud Malach. 2. Angelus domini exercituum est: Secundò quia cœlitus paratur.i. quia uirtute cœlesti cōficitur Ioã.6. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, in Psal. Parasti cibũ illorum qm̃ ita est præparatio eius: Tertiò quia comedentes ex eo pro suo desiderio.i.deuotione recipiuntur, secundum illud Psal. Desiderium animæ eius tribuisti ei. Item in Psalm. Desiderium eorũ attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo: Quartò quia cum ipso res gratiæ descendit & datur, sicut & ros cum manna descendebat, ut habetur Nume.11. Et ideò panis iste Eucharistia dicitur. Eucharistia bona gratia interpretatur: Quintò quia sicut apparebat manna, ut semen coriandri albi, Sic & Christus sub nebula candida sumitur Apocal.14. Ecce nubem candidam, & supra nubem sedentem similem filio hominis: Sextò, quia sex diebus & non in sabbato colligebatur, sic Christus in presenti sub sacramento sumitur, sed in futuro Sabbato, de quo Isaia ult. erit sabbatum ex sabbato ad faciē uidebitur 1.Corint.13. Tunc autē facie ad faciem. Item 1.Ioan.3. Videbimus eum sicuti est: Septimò quia usque ad ingressum terræ promissionis in deserto per quadraginta annos cibo illo nutriti sūt sic usque ad finem mundi in deserto huius mundi fideles ecclesiæ nutriuntur, secundũ illud Matth.ult. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsumationē sęculi.

¶ Nix aũt &c.] hic tangitur ratio afflictionis Aegyptiorũ: Primò ex parte punitorũ: Secūdò ex parte eorũ p qbus puniebant[hic aũt:] Tertiò ex partē dei punietis [creatura] dicit ergo[nix aũt &c.] Ita dictum est[quòd ignis in aqua plus ualebat:] Nix aũt & glacies].i.grãdo [sustinebãt uim ignis].i.calorē, q est eius qualitas actiuæ uirtutis [& nō tacebãt].i.non liquefiebãt. Vñ Exo.9. Pluit dñs grandinē super terrã Aegypti:& grando, & ignis mixta pariter ferebãtur [ut scirent] .s. Israelitæ [quomodo fructus inimicorum]

rum].i.Aegyptiorum]exterminabat ignis ardens] scilicet per calorem [in grandine & pluuia corruscans]. s. per splendorem linum & ordeū læsa sunt eo ꝙ ordeū uirens esset & linum iam foliculos germinaret Exo.9. [Hoc aūt iterum]&c. Sciendum quòd ly[hoc]potest esse ablatiui casus ut sic exponatur: [hoc] ꝓ hoc. Vel nominatiui Ita qđ sic legatur [hoc aūt iterum] suple factū est [ut nutrirētur iusti].s.filii Israel[ignis etiam suæ uirtutis oblitus est].s.nō exterminādo fructus terræ iustorū,ut patet Exo.9. Vbi legitur tm̄ in terra Iessen, ubi erāt filii Israel,grādo nō cecidit. Sic & uim uirtutis suæ oblitus est ignis,qn̄ tres pueros iustos in fornace nō læsit, ut patet Dan.3.[Creatura n. tua].s.quæcunq; [tibi factor deseruiens] .i. tuæ uoluntati contra oīa fecisti secundū illud Psal. Omnia quæcunque uoluit fecit [excandescit] .i. uehementer mouetur & cōcitatur[in tormentum]punitionis[aduersus iniustos].i. inimicos tuos [& lenior fit].i.innociua uel innoxia [ad benefaciendum pro iis, qui in te confidunt].i. pro iustis: obedientibus enim deo creaturæ obediunt, ut patet Iosue 10. Vbi legitur quomodo Sol stetit ad imperium Iosuæ, & rebellantibus rebellauit. Vnde supra 5.Pugnabit pro eo orbis terrarū cōtra insensatos.

¶ Propter hoc &c.]hic tangitur ratio cōsolationis Israelitarū: Primò recognitio diuini beneficii:Secūdò exhibitio cultus diuini [qđ.n.ab igne] Tertiò uitatio ingratitudinis [spes.n.]&c. [propter hoc].s. quia creatura deseruit creatori[& tunc].s. qn̄ filii Israel in deserto manna pascebantur [omnia] . i. omnium rerum desideratarum saporem[trāsfigurata] .s. ipsa creatura .s. manna [oīum nutrici gratiæ tuæ].i.gratuitæ bonæ uoluntati tuæ.Ita quod intelligatur de gratia increata Baruc. 3. Contristatis nutricē uestrā Ierusalem[deseruiebāt].i. obediebāt Glos.confundātur hic peccatores,quia cum cæteræ creaturę factori suo deseruiāt ipsi repugnāt. Vnde creaturarū oīum cōcordia flagellātur [deseruiebāt] inq̄[ad uoluntatem] cōplendam, scilicet [eorum,qui à te desiderati sunt] scilicet speciali amore delecti ut filii Israel Deut.7. Te elegit dominus Deus tuus , ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram [ut scirent filii tui] scilicet Israelitæ secundum illud Exo.4.Primogenitus meus Israel Isa. 1. Filios enutriui [quos dilexisti domine].s.æterna dilectione,& tēporali Malac.primo,Dilexi

uos

nos dicit dominus [scirent] inquàm [quoniam natiuitatis fructus] id est non naturales fructus de terra nati, secundum illud Genes. 1. Germinet terra &c. [pascūt homines] scilicet in quantum sunt homines. i. secundum illud quò differunt à bestiis, scilicet secundum rationalē animę potentiam uel partem [sed sermo tuus]. i. creatus. i. mandatum tuum Matth. 4. Nō in solo pane uiuit homo &c. uel [sermo] increatus. i. filius, de quo Ioan. 17. Sermo tuus ueritas est Ioā. 14. Ego sum uia ueritas, & uita [hos qui in te crediderunt conseruat] Deut. 8, Dedit tibi dn̄s cibu manna, quod ignorabas tu, & patres tui ut ostenderet tibi quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore Dei. [Quod enim ab igne nō poterat] scilicet manna, quia ad ignē durescebat: ita quod exinde fierent tortulę ut patet Num. 11. [Statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat]. i. liquefiebat ut patet Exo. 16, Vnde oportebat quòd mane colligeret. Exo. 16. [Vt notum omnibus esset] scilicet per hoc signum [quoniam oportet præuenire Solem] .i. solis ortum [ad tuam benedictionem] supple obtinendam, hoc est ad recipiendum & colligendū manna, ne post ortum solis liquefieret calore Solis, sic ad benedictionem gratiæ obtinendam oportet præuenire solē mane uigilando secundum illud Prouer. 8. Qui mane uigilauerint ad me inuenient me, in Psal. Mane astabo tibi, & uidebo &c. [Et ad ortum lucis]. i. statim ut oritur lux, uel uersus Orientem, ubi lux oritur [te adorare]. s. ꝓ receptione ipsius mannę. Versus Orientem inquam, quia sicut dicit Damascenus: Omne melius est Deo tribuendū. Vnde quia Oriēs est melior pars cœli, ideò ad Orientem est. Ad orientem secundum illud Psal. Qui ascendit super cœlum cœli ad Orientē. Adorandi uersus Orientem multiplex est ratio, quarum prima est loci dignitas, quia s. oriens est melior pars cœli, & hanc ponit Damascenus. Secūda est finis propter quē adoramus, scilicet ut illuminemur, in Psal. Accedite ad eum, scilicet per orationē, & illuminamini. Tertia est proprietas eius, quem adoramus, quasi. s. ipse est uerus Sol iustitiæ, de quo Malach. 4. Itē Zacch. 6. Ecce uir oriens nomen eius. Quarta est situs paradisi, quem adorando quærimus. In cuius signum legitur paradisus terrestris plantatus ad Orientem, secundū quod habet alia translatio Gen. 2,

Gen.2.Quinta contraria consuetudo iudæorum, qui adorabant ad Occidentem. Ingressus enim templi erat ab Oriente ut patet.3.Reg.Sexta ascensus Christi ad Orientem secūdum illud Psal. Qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem.Septima aduentus eius ad iudicium ex parte Orientis.Matt.24.Sicut fulgur exit ab Oriente &c. Ita erit aduentus filii hominis.Notādum autem quòd in hoc ꝙ māna in ortu solis liquefiebat significabatur, secūdum Glossam,in ortu Chisti sacramentum uetus cessaturum, quia finis legis Christus.[Ingrati enim spes] &c. Ita dixi quòd tabescebat calore solis & hoc in signum huius[quia spes ingrati rabescit &c.] Vel sic bene dixi ꝙ oportet adorare ad ortum lucis &c. scilicet pro receptione prædicti beneficii.Et hoc ad uitādum ingratitudinē,quæ ualdè dānosa.[Ingrati enim spes]scilicet cuiuscunque impii. Vel specialiter iudaici populi secundum Glossam [tanquam hybernalis glacies]glossa, cōstricta frigore infidelitatis,secundum illud Eccl.43. Frigidus uentus & gelauit cristallus ab aqua[tabescet].i. liquefaciet.i. calore Solis iustitiæ dissoluetur in die iudicii uel particularis, uel uniuersalis, in Psal. Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei [tabescet] inquam,quo ad pęnam damni, scilicet amittendo omnia bona,quæcunque habuit uel sperauit.s.bona gratię & gloriæ[& disperiet].i.dupliciter peribit.i. in corpore & anima patietur tormentum, & hoc quantum ad pœnam sensus [dispariet]inquam[tanquam aqua superuacua]id est inutilis,quæ in terram effunditur uel proiicitur.Sic & ingratus tanquàm inutilis in infernum proiicietur, iuxta illud Matth.25. Seruum inutilem eiicite in tenebras exteriores [ingrati ergo tabescet & disperiet &c.] Vnde supra 5. Spes impii tanquam lanugo quæ à uēto tollitur. Itē Bernar.Ingratitudo est uentus urēs fontē pietatis exsiccās, rorem misericordiæ fluenta gratię.

CAP. DECIMVMSEPTIMVM.



AGNA sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia uerba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. Dum enim persuasum habent iniqui posset dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis uelamẽto dispersi sunt, pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati. Neque enim, quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes pauorem illis præstabant. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterãt illam noctem horrendam. Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus: & timore percussi illius, quæ non uidebatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ uidebantur, & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ gloria correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. Nã etsi nihil illos ex monstris perturbabant, transitu animalium, & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aerem quem nulla ratione quis effugere poßet, negantes se uidere. Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. Cum sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis, semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiuto-

rium, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intus minor est expectatio, maiorem computat scientiã eius causę, de qua tormentum pręstat. Illi autem qui impotentem uerè noctem, & ab infimis, & ab altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes, aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: subitaneus.n. illis, & insperatus timor superuenerat. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auiũ sonus suauis, aut vis aquę decurrentis nimium, aut sonus ualidus pręcipitatarum petrarum: aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

MAGNA enim sunt &c.] Postq̃ ęgit de pœna sensus, hic agit de pœna damni.i. de lucis subtractione & primò tangitur punitionis Aegyptiorũ æquitas, quia.s. pro meritis puniti sunt: Secũdò irremediabilitas.s. qa sine interpollatione. [Neq; enim quæ cõtinebat] Tertiò generalitas, qa oẽs ibi [illi aũt qui impotẽtẽ:] Quartò singularitas, qa illi soli.s. Aegyptii [oĩs .n.] ęquitas aũt ostẽdit ex causa meritoria peccatorũ illorũ primò peccari in deũ: Scđò in ꝓximũ [cũ.n. persuasũ] tertiò in seipsos [& disputãt. Magna .n.&c.] bene dixi quòd Aegyptii sunt puniti. Israelitę uerò consolati. [Magna.n. sunt

iudicia tua domine] Glos. quibus regis uniuersa, in Psal. Iudicia tua abyssus mul ta[& inenarabilia uerba tua] scilicet quibus rationalē creaturā instruis [inenarrabilia] dico ad plenum Roman. 11. O altitudo diuitiarum sapiē tiæ Dei &c. [ꝑpter hoc[Glo. quia creatorem suum credere & intelligere noluerūt[indisciplinatæ animæ].i. incorrigibiles de peccatis suis Eccle. 20. Est processio in malū uiro indisciplinato. Item Ierem. 5. Percussisti eos & non doluerunt, & renuerunt acci pere disciplinam, in Psal. Tu uerò odisti disciplinam [erra uerūt]à uia ueritatis supra 5. ergo errauimus à uia ueritatis, de qua Ioan. 14. Ego sum uia ueritas, & uita. Via in exē plo: ueritas in promisso, uita in præmio. [Dum .n. &c.] bene dixi quòd errauerunt[dum enim iniqui].s. Aegyptii dicti iniqui propter iniquam oppressionem Israelitarū & submersionem infantium ipsorum Exo. 1. [Persuasum habent].i. credunt[posse dominari nationi sanctę]idest filiis Israel, qui dicuntur natio sancta: quia erant sanctorum filii secundum illud Tob. 2. Filii sanctorum sumus. Itē quia per circumcisionem sanctificati, de qua sanctificatione Gen. 17. Tertiò quia per cōuersationem sanctificandi, secundum illud Leuit. 11. Sancti eritis, qa ego sanctus sum [uinculis tenebrarum].s. palpabilium quę fuerunt in Aegypto Exo. 10. [& longę noctis].i. obscuri temporis, ac si esset nox; quod tempus longum fuit, quia tribus diebus nemo uidit proximum suum ut patet Exo. 10. [Compediti].s. per effectus similitudinem: quia .s. non poterant ire ac si essent compediti. Vnde Exo. 10. Tribus diebus non mouit se quispiam de loco in quo erat[inclusi sub tectis].s. domorum suarum non audē tes egredi[fugitiui perpetuè prouidentiæ].s. quantum in eis erat .s. quia pręuisam à deo liberationem Israelitarū putabant impediri[uel fugitiui] &c. i. uolentes effugere Dei prouidentiam: quod esse non poterat cū dicatur supra 16. Manum tuā effugere impossi bile est[latuerunt].i. latere pu tauerunt uel placuerunt .s. in pœna qui displicuerūt in cul pa: quia per pœnam fit reordinatio eorum, qui per culpā deordinati fuerunt [& dū pu tant se latere].s. deum punitorem: cum tamen omnia nu da sint & aperta oculis eius Heb. 4. Latere inquā[in peccatis obscuris].i. ænormibus quæ maximè in obscuro fiūt Eph. 5. Quæ in occulto fiunt ab eis turpe est dicere: quia q male agit odit lucem Ioan. 3. Pro-

Propter hoc peccata dicuntur opera tenebrarum. Rom. 13. [Tenebroso uelamento obliuionis].i.tenebrarum ca ligine eos uelante, & aliorū obliuionem immittēte dum scilicet se ipsos iuuare nō poterāt [dispersi sunt] .s. unus ab altero [pauentes horrēdē] id est timore horribili.s.pro pter tenebrositatem. [Et cū admiratione nimia perturbati].s.propter inconsuetam rei nouitatem supra 5. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur &c. Iob 18. In diebus eius stupebant nouissimi, & primos inuadet horror [Neque enim quæ cōtinebat illos spelunca &c.] hic ostenditur pœnæ irremediabilitas. Primo à loco: Secundo à contrario [& ignis] Tertiò ab artificio [& magicę]&c. [Neque enim &c.] bene dixi pauentes horrendè &c. [Neque enim spelunca quæ continebat eos] qui.s. illuc fugerant propter grandinem, & pluuiam, & ignē. Et nota quòd singulare ponit ꝓ plurali cū dicit spelunca, qa non ad unam tantum spelun cam fugerant. Sed ad plures, & in diuersis locis latere putabant [sine timore custodiebat] Glos. quia semper tenebras comitatur horror: & quāto minus discernit quisque quæ circa se sunt, tanto magis metuit [quoniam sonitus descendens] scilicet in illam foueam [sonitus] inquam uel tonitruorum cœlestium, uel illusionum diabolicarum [perturbabat].i. perfectè turbabat illos Iob 15. Sonitus terroris semper in auribus eius [& personæ tristes illis apparētes] Sed quomodo apparebant in tantis tenebris? potest dici quòd nō apparebant sensui, sed imaginationi [pauorem præstabāt] quia, sicut dicit Glos. potuit esse ut dæmones aliqua fantasmata terribilia eis ingererent, quæ eos ad augmentum pœnarum exterrerent, secundum illud Iob 7. Terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties.

¶ Et ignis quidem. &c.] hic ostenditur pœnæ irremediabilitas, & hoc ex parte contrarii.s.ignis. Primò quia nō præstabat adiutorium: Secundò quia potius præstabat nocumentum [apparebat autem illis] dicit ergo [& ignis quidē nulla uis poterat eis lumen præbere.] Vnde deficiebat eis illuminatio à parte inferiori, & dicit [nulla uis] quia tres sunt species ignis secundum phylosophum.s. lux, flamma, & carbo [nec siderum limpidę flammæ].i. clari radii [illuminare poterant, illam noctē horrēdam.] Vnde patet quod eis deficiebat lumen à parte superiori quamuis supra sint

positæ stellæ ut illuminet noctem Genes.1. Et meritò defuit eis lumen, quia.s. rebelles fuerunt lumini. Et ideò sol iustitiæ non oriebatur eis supra 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis, & iustitiæ lumen non luxit nobis[apparebat autem illis].s. Aegyptiis [subitaneus ignis].s.coruscationum cœlestiũ[timore plenus].s.propter aspectum malorum uisorum.s.fulgurum. quanto enim grauiores sunt dolores tanto maiores timentur horrores [& timore percussi]propter uisionẽ malorũ imaginatorũ[illius quæ non uidebatur faciei].i. fantasmatis non uisi exterius, sed imaginati interius quòd diabolus immittebat ad magis terrendum[æstimabant deteriora esse quæ uidebãtur]supple quàm essent secundum rei ueritatem Ioã.18. Vndique terrebunt eũ formidines, & inuoluent pedes eius.[Et magicę &c.] hic ostẽditur irremediabilitas ab artificio.s. artis magicę. Et primò ostenditur magorum confusio: Secundò materia cõfusionis.s.timor[illi enim.]Tertiò causa exterius timorem efficiens.[Nam & si nihil.]Quartò dispositio interius timorem augens[frequenter &c.]& ibi tanguntur tria timorem augentia, quorũ primũ est remorsus conscientię, secundũ est perturbationẽ consequens remorsum [semper.n.] Tertiũ est diffidentia auxilii consequẽs utrumque. [Nihil enim est timor] &c. [Et magicę artis] .i. magorũ ipsorũ [appositi erant].s. ad prędicta mala[derisus]in hoc scilicet quod hoc mala expellere temptabant, & non poterant. Vnde & ipsi uehemẽter timebant Exo.8. Digitus dei est hic [& sapientiæ gloria] id est gloria magorũ de sapiẽtia sua[correptio cũ cõtumelia]supple erat.i. causa correctionis contumeliosę. Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi cõtumelia Iere.9.non glorietur sapiens in sapientia sua. Et bene dixi quòd eorũ correptio fuit cũ contumelia ipsorũ[illi.n.]s.magi[qui se promittebant[prius timores] .s. interiores [& pturbationes] scilicet exteriores[expellere] .s. per suam artem magicam [ab anima languente].i. præ timore & perturbatione [[illi cũ derisu]illato ab aliis[pleni timore]in se ipsis[languebant.] Vnde cuilibet eorum poterat uerbũ dici illud Lucæ 4. Medice curate ipsum Prouer.25. Nubes,& uẽtus, & pluuiæ non sequentes, uir gloriosus, & promissa non complens.[Nam & si nihil illos ex monstris] i.. fantasmatibus apparentibus. Vel miraculis Moysi [perturbabat] quia.s. monstris erãt assueti, sicut

ſicut Balaam non timuit loquelam aſinæ, ut patet Nume. 22. [Tranſitu tamen animalium] ſ. ſubito, & impetuoſo. ſ. Vrſorum, & Leonum, & hmôi [& ſibilatione ſerpentum] uel ſerpentium, quos ſcilicet uidere non poterant [commoti] ſcilicet interius [tremebundi] exterius [peribant]. ſ. deficientes propter prædictam Deut. 28. Dabit tibi dominus cor pauidum, & oculos deficientes, & animam mǫrore conſumptam, & timebis nocte, & die [&]. i. etiam [aerem, quem nulla ratione effugere quis poſſet]. ſ. propter neceſſitatem inſpirationis, & reſpirationis. [negãtes ſe uidere] propter tenebras palpabiles [frequẽter. n. præoccupant]. ſ. cogitãdo expectãdo ante euẽtũ [peſſima] ſcilicet ſupplitia pro peccatis inferenda. Peſſima dicit quia mala in uita peiora in morte, peſſima poſt mortẽ. uel mala innata, peior illata ab homine, ſed peſſima inflicta à deo, propter quod Heb. 10. Horrẽdũ eſt incidere in manus dei uiuentis [redarguẽte] eos [cõſcientia] ſecundum illud Ierem. 2. Arguet te malitia tua [Cum enim ſit timida nequitia] id eſt habens timorem annexum eo quòd malum culpæ ſemper cõſequitur, uel cõcomittatur malũ pœnę: Vnde ſicut charitas perfecta excludit timorẽ, ut dicit 1. Ioã. 4. ſic iniquitas eũ cauſat & inducit, in Pſal. Trepidauerũt timore ubi nõ erat timor. Itẽ Leuit. 26. Terrebit eos ſonitus folii uolãtis [dat teſtimoniũ cõdemnata]. ſ. cõtra actorẽ ſuũ. Vñ Ro. 2. teſtimoniũ reddẽte conſcia [teſtimoniũ] ĩquã [cõdẽnationis] ſ. actoris ſui. i. teſtificat ipſum eſſe dignũ cõdẽnatiõe. Vñ ſupra. 5. nos inſenſati &c. Itẽ Gen. 42. Meritò hec patimurq̃ peccauimus in fratrẽ nr̃m, alii habẽt [data eſt in oĩum cõdẽnationẽ [ſemper. n. p̃ſumit]. i. antequã eueniãt ſuſpicat [ſęua]. i. aſpera ſibi euẽtura [perturbata cõſciẽtia]. ſ. peccato, uel peccati remorſu. Vnde dicit Chain Gene. 4. Oĩs q̃ inuenerit me, occidet me [Nihil. n. eſt.] Not. φ hic cãlis p̃dicatio nõ eſſentialis habet. timor. n. nõ eſt p̃ſumptio ſed cauſat ex præſumptione. i. p̃ſumpta ſupitione mali futuri. Vñ deſcribit hic timorẽ dupliciter. Primò p̃ cãm quę eſt p̃ſumptio mali futuri: Scd̃ò p̃ effectum eius q̃ eſt p̃ditio, uel manifeſtatio cogitationis deficiẽtis auxili. [nihil. n. eſt timor, niſi p̃ſumptionis adiutoriũ]. i. p̃ſumptio ſiue ſuſpitio mali futuri uel euẽturi adiuuãs ad timẽdũ [& p̃ditio cogitationis auxiliorũ] ſ. deficiẽtium. i. cogitatio prodẽs defectũ auxilii, & ipſi timẽti & aliis. ſ. qui

eius timore percipiant deficere auxiliū. Vnde talis timor facit clamare petendo auxilium:ut patet in Petro, qui cum cœpisset mergi clamauit, dicere Domine saluū me fac Matth.24.[Et dum ab intro].s.in mēte[minor est expectatio].i. spes, uel confidentia, quia careat iustitia, quæ facit iustos confidentes, & securos, secundum illud Prouer.28. Iustus quasi Leo confidens absque terrore erit. [Maiorem putant potētiam] idest maiorem reputant uim ad nocendum [eius causæ].s. terribilis[de qua tormentum præstat].i.imminet sibi: quia defectus maioris spei, & confidentiæ auget timorem facientem suspicari maius malū q̄ imminet & quàm sit. Aliter uidetur posse exponi secūdum Glos.ab illo [semper.n. præsumit sæua &c.]quasi dicat meritò [nequitia dat testimoniū condemnationis: semper.n.præsumit sæua].i.promptuosè extollitur ad inferendum sęua aliis[perturbata cōscientia].i. irata conscientia non trāquilla [enim]pro sed. [enim nihil timor est nisi pręsumptionis adiutoriū].i.medicamentum reprimendo.s. motum huius præsumptionis[& proditio].i.manifestatio[cogitationis auxiliorum] idest infirmæ cogitationis q̄ se ante extollebat præsumendo se non indigere auxilio[& dum ab intro minor est expectatio] i.minor operatur potestas nocendi rei à qua punitur.s.extrinsecus[maiorem putat potentiam].i.uirtutem ad nocendum sibi quàm sit secundum ueritatem.[Illi autē &c.] hic ostenditur punitionis generalitas. Primò ex parte temporis: Secundò ex parte personarum afflictarum [deinde siquis:] Tertiò ex parte causarum [siue spiritus sibillans illi autē] quasi sic terrebantur magi[illi autem].s. Aegyptii [qui impotentem uere noctem].i. fortem quia tenebrosam ualde, & longā, & nullo remedio illuminabilem[& ab infimis].s.exaltatione uaporum, & fumositatum grossarum, aerem obscurantium[& ab altissimis].s.defectu irradiationis corporum cœlestium [superuenientem] idest super eos uenientem [eundem somnum] i. communem[dormientes]quia sicut dormiebat unus sic alius, non melius[aliquando monstrorum exagitabantur timore].i.fantasmatum monstruosorum in somnis apparentiū eis Iob 7. Terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties.[Aliquando animæ deficiebant traductione] id est quasi imminente exitu de corpore, & hoc uigilando quando iam excitati erant,

quia sicut dicit Glo. nec uigilantes, nec dormientes quiescere poterant, quia horrendis monstris, & uisionibus, & terrore nimico circundabantur [subitaneus enim].i. repentinus [& imperatus].i. improuisus quia citò, & ex improuiso [illis timor superuenerat] id est super à diuino iudicio Isa. 47. Veniet super te repente miseria, quam nescis [deinde].s. præter prædicta mala [si quis ex illis].s. Aegyptiis [decidisset].s. in foueam uel huiusmodi [custodiebatur in carcere].i. in loco in quo ceciderat non ualens inde exire [sine ferro reclusus].i. sine uinculis ferreis, quia uinculo tenebrarum omnes erant cōpediti, ut patet supra eodem. [Si enim rusticus quis erat] id est ruris cultor, aut pastor animalium [aut agri laborum operarius] ut messor, uel uindemiator [pœoccupatus esset] scilicet illis tenebris extra domum suam [ineffugibilem sustinebat necessitatem].s. penuriam, & afflictionem, quia nemo mouit se tribus diebus de loco in quo erat, ut patet Exo. 10. [Vna enim].i. communi [cathena tenebrarum] scilicet exteriorum [omnes erant colligati].i. simul, ligati. Nec tantum cathena exteriorum, sed interiorum.s. infidelitatis, & peccatorum. Vnde Prou. 5. Funibus peccatorum suorū quisque cōstringitur. Item in Psal. Funes peccatorum circūplexi sunt me [siue enim spiritus sibilatus].i. sibilus aure tenuis. 3. Reg. 19. [Aut inter spissos ramos arborum auium sonus].i. cantus [suauis] suauis in quantū erat de se idoneus ad delectādum magis quàm ad terrendum. [Aut uis aquæ decurrētis nimium].i. impetuosè currentis, sicut currunt aquæ torrentium [aut sonus ualidus præcipitantium petrarum].i. impetuosè de altis locis cadentium [aut ludentium animalium cursus inuisus] scilicet propter tenebrarum densitatem animaliū, scilicet mitium ut iumētorum [aut mugientium ualida bestiarum uox].i. ferarum aut ursorum, aut leonum, aut huiusmodi [aut resonās de altissimis mōtibus Echo].i. repræsentatio uocis animalium propter reuerberationem montiū uel petrarum [deficientes faciebant illos præ timore].s. omnia supradicta. Vnde Glos. undique miseri cruciabātur: quicquid enim auribus, uel oculis, uel quolibet sensu percipiebant tanquam periculosum formidabant.

¶ Notandum autem quòd cathena prædicta moraliter loquendo significat peccatorū progressum & connexionē, de qua Isa. 58. Si abstuleris


de medio tui cathenam[Spiritus sibilans] significat diaboli occultam suggestionem Apocal.16. Vidi de ore Draconis, & de ore bestię, & de ore pseudoprophetæ exire tres spiritus immundos in modū ranarum. [Auium sonus suauis cogitationem delectationem.] Sophon enim uox cantantis in fenestra [aquà decurrēs] consensum in perpetrationem peccati, contrà quod Eccl. 25. Non des aquæ tuæ exitum nec modicum. Sonus petrarum cadentium] peccati exteriorē operationem Iob 12. Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo cursus, animalium ludentium prauam cōsuetudinem Iob 40. Omnes bestiæ agri ludūt ibi. Valida uox bestiarum mugiē tium]apertam gloriationem de peccato perpetrato, contra quod in Psalm. Quid gloriaris in malitia. Resonans Echo]delectabilis peccati recordationem. Nume. 11. Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto.

¶Omnis enim &c. Hic tangitur pœnæ singularitas. Et quod opposita iuxta se posita magis elucescunt. Primò tangitur illuminatio aliorum: Secundò Aegyptiorum obtenebratio [Solis autem illis &c.] Tertiò obtenebrationis meritum [ipsi ergo] bene dixi Aegyptios compeditos uinculis tenebrarum, & non alios[omnis enim orbis terrarum]scilicet excepta regione Aegypti [limpido] .i. claro [illustrabatur lumine] scilicet Solis & cœlestium luminarium quamuis alibi essent multi peccatores in mundo Matth.5. Solem suum facit oriri super bonos, & malos. [& non impeditis continebatur]. i. conseruabatur [nō impeditis operibus] luminariū per densitatem tenebrarū uel alio modo [non impeditis operibus]hominum aliorum ab Aegyptiis propter defectum lucis cum alibi esset claritas lucis, quæ ad operandum requiritur. Vnde Ioā.9. Operamini dum dies est. Venit enim nox quando nemo potest operari [Solis aūt illis]. scilicet Aegyptiis[superposita erat].s. a deo [grauis nox] quia obscurior solito, & longior Iob.37. Nos quippe inuoluimur tenebris.[Nox]dico existens[imago]id est expressa repræsentatio[tenebrarum]scilicet æternarū [quæ] .s.imago tenebrarum.i.tenebræ imaginatę[superuentura illis erat].s.in inferno. Vnde Matth.25. Inutilē seruū eiicite in tenebras exteriores. Itē Iob 10. Terrā miseriæ & tenebrarū &c.[& quia tam graues tenebras &c.& nō immeritò.[Ipsi ergo sibi erant gra

uio-

uiores tenebræ].i. causa grauiorũ tenebrarũ supple, quã patiebantur.i. superuenturarum sibi in inferno Iob. 34. Nouit opera eorum, & ideircò inducet noctem, & conteren.ur [uel ipsi erant grauiores tenebrę].i.periculosiores, ppr excecationẽ cordis. excecauit.n.eos malitia eorũ supra Eph.5. Eratis aliqñ tenebrę,aliqui libri habẽt [grauiores tenebris]. s. exterioribus ꝓpter remorsum consciẽtiæ.

CAP. DECIMVMOCTAVVM.



ANCTIS autem tuis maxima erat lux,& horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non et ipsi eadem passi erant, magnificabant te: & qui antè læsi erant,quia non lædebantur, gratias agebant: & ut esset differentia, donum petebant. Propter quod ignis ardẽtem,columnam ducem habuerunt ignotæ uiæ,& solem sine læsura boni hospitij præstitisti. Digni quidem illi carere luce,& pati carcerem tenebrarũ,qui inclusos custodiebant filios tuos,per quos incipiebat incorruptũ legis lumẽ seculo dari. Cũ cogitarẽt iustorũ occidere infantes: & uno exposito filio,& liberato in traductionẽ illorũ,multitudinẽ filiorũ abstulisti,pariter illos perdidisti in aqua ualida. Illa.n. nox antè cognita est à patribus nostris: ut uerè sciẽtes quibus iuramẽtis crediderunt, animæquiores essent. Suscepta est autẽ à populo tuo sanitas quidẽ iustorum, iniustorum autem exterminatio. Sicut enim lęsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitię legem in concordiam disposuerunt: similiter & bona & mala reeepturos iustos, patri omnium decantantes laudes. Resonabat autem inconueniens inimicorum vox,

&

& flebilis audiebatur plãctus ploratorum infantium. Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant, quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorũ, exterminata est. De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei se esse. Cùm enim quietum silentium contineret oĩa, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, sermo tuus oĩpotẽs Domine exiliẽs de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & usque ad cœlum attingebat stans in terra. Tunc continuo uisus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur, causam demonstrabat mortis. Visiones.n. quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. Properãs enim homo sine querela deprecari pro populis proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed uerbo illum, qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum & testamentum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quę ad uiuos ducebat, uiã: In veste.n.

pode-

poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat. His autem ceſſit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

SANCTIS autē tuis] poſtquàm ęgit de pœnis antecedentibus mortē, hic agit de pœnis inferentibus mortem. Et primò de exterminatione primogenitorum ſuorum in Aegypto. ſ. cap. iſto: Secundò de ſubuerſione eorum in mari rubro. ſ. ult. cap. In prima primò tangitur hebræorum, quos opprimebāt, commēdatio: Secundò per eorum liberatione Aegyptiorum opprimentium eos digna punitio [digni quidem &c.] Tertiò poſt hebræorū liberationem grauis temptatio. ſ. in deſerto [tetigit] circa commendationem tangitur primò beneficii continuatione ſupplicatio [& ut eſſet] quartò ſupplicationis exauditio, ibi [propter quòd [Sāctis autem tuis.] Ita erant Aegyptiis in tenebris [autem] pro [ſanctis tuis] ſilicet. Iſraelitis, ſecundum illud Leuit. 11. Sācti eritis [maxima erat lux] quia lux exterior corporalis. Vnde Exo. 10. Vbicunque habitabant filii Iſrael lux erat. Item lux interior ſpiritualis. Vnde Gloſ. [ſanctis tuis] .i. Iſraelitis, quos fides, & conſcientiæ puritas illuminabat 1. Theſſal. 4. Omnes filii lucis eſtis. Item lux ſuperior cœleſtis Ioan. 1. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem &c. Item Malach. ult. uobis timentibus nomen meum, orietur ſol iuſtitiæ [& horum quidem]. ſ. ſanctorum [uocem] humanę locutionis, uel diuinæ laudis [audiebāt] ſcilicet Aegyptii [ſed figurā non uidebant] . ſ. propter tenebras impedientes. Sed contra quia exiſtens in tenebris poteſt uidere illum, qui eſt in lumine, & non econuerſo. Dicendum quòd hoc uerū eſt niſi ſit impedimētum in eius oculo, uel in ipſo medio. Ibi uerò erat impedimentum in oculo uidentium, quia percuſſi erant quaſi quadam cecitate; & in medio quia tenebrę denſę, & palpabiles, ibi erāt, [& quia nō &]. i. etiam [ipſi] ſcilicet ſancti [pro eadem paſſi erant]. i. eaſdem plagas, ſecundum Gloſ. [magnificabūte]. ſ. laudando Luc. 1. Magnificat anima mea dominū

Ecclef.43. Quis magnificabit eum ficut eft ab initio[& qui ante læfi erant].f. à Pharaone opprimente eos,& flagellante, ut patet Exo. 1. & 5. [quia non lædebantur] .f. plagis inflictis à deo [gratias agebant tibi]Ifa 55.Gaudiũ, & lętitia inuenietur in ea,gratiarũ actio, & uox laudis [& ut effet differẽtia].f. inter ipfos, & Aegyptios [te deũ petebãt]uel[te Deũ] orabãt, fecundum illud Pfal:Iudica me deus,&difcerne caufam meã, de gente non fancta: ficut & Abraham petebat ne proderetur iuftus ficut impius, Genef.18.[Vel differẽtia].f. diftantia:hoc Ifraelitis præftitũ fuit quando tollens fe angelus ftetit inter caftra Aegyptiorũ & caftra Ifraelis,ut patet Exo. 14. [Propter quod] .f.quia beneficio præftito grati erant,& cõferendo orabãt. [Ardenté columnã ignis habuerunt.].de nocte, ut patet Exo.14.[Ducem ignotę uię] .f.per defertum [& Solem fine lęfura]per unam columnã fupple demonftratricem[boni hofpitii] in termino uiæ [præftitifti] fine læfura, inquàm,de die. Et hoc,columna nubis ęftum folis temperante, ut patet Exo.14. Et fupra 10.fuit eis in uelamẽto diei, & in luce ftellarum noctę.Ita quod ueniebãt ad locũ,in quo poterãt cõpetẽter hofpitari, & tentoria figere Ifa.4.Creabit dñs fuper oẽm locũ montis Syoñ, & ubi inuocatus eft,nubẽ per diẽ. Et poft, & erit in umbraculum diei ab æftu.

¶Digni quidem.]Hic oftẽditur digna punitio Aegyptiorũ Ifraelitas opprimentiũ. Et primò tangitur,quafi epilogãdo, pœna cõmuniter oĩum : Secũdò fpecialiter occiforum [cũ cogitarẽt:]Tertiò fpecialiter uiuorũ,& uigilantiũ[refonabat:[Quartò uiuorũ dormientiũ[cũ.n.quietũ.]Digni quidem illi.f. Aegyptii erãt, fupple [carere luce] quo ad priuationẽ fenfus [& pati carcerẽ tenebrarũ]quo ad priuationẽ motus [qui inclufos cuftodiebãt &c.]nõ permittẽdo eos exire de terra Aegypti. Exo.5.Nefcio dñm, & Ifrael non dimittam[Sanctos filios tuos].f.Ifraelitas in te credentes.Ioan.1.Dedit eis poteftatẽ filios dei fieri, iis q̃ credũt in nomine eius [per quos incipiebat]&c.f.per illius populi præparationem ad legis fufceptionẽ: quia nondum erat data [incorruptũ lumẽ legis fęculo dari.] Notandũ quòd lex aliquãdo dicitur[lumen] quia illuminat intellectum Prou.6.Mandatũ lucerna, & lex lux[incorruptũ]quia purificat,uel à corruptione conferuat affectum,fecundum illud Pfal. Eloquium domini

igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. ¶Cum cogitarent &c.] Hic primò tangitur percussio primogenitorum Aegypti: Secundò præscientiam percussionis[illa enim:]Tertiò euasio hebræorum [suscepta est autem à populo:]Quartò ratio euasionis [absconsè enim. Cum cogitarent].s. Aegiptii [iustorum].i.hebræorum [occidere infantes] non solum cogitatione simplici, sed etiã progressiua in opus, ut patet Exo.1.[Et uno filio].s. Moyse[exposito].s.à matre [& liberato].s. à filia Pharaonis, ut patet Exo.2.[In traductionem illorum].i. punitionem Aegyptiorum [uel in traductionẽ illorũ].s.hebræorũ.i.ut educeret eos de Aegypto ꝑ Moysem liberatũ[multitudinẽ filiorũ abstulisti]i.uniuersitatem primogenitorũ Exo. 2.[Et pariter]id est simul[illos].s.Aegyptios parẽtes eorum[perdidisti in aqua ualida]scilicet submergendo eos in mari rubro. Exod.14.Nec unus quidem superfuit ex eis,& 15. submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus [illa enim] pro sed [nox]scilicet qua occisa sunt primogenita[cognita est autem à patribus nostris] scilicet Abraham, & aliis. Vnde Genes. 15. Scito prænoscens quòd peregrinum sit semen tuum in terra non sua &c. Vel ipsis Israelitis in Aegypto Moyse prænunciante illis, ut patet Exo. 12. [Vt uerè]id est certitudinaliter[sciẽtes quibus iuramentis crediderunt] id est, quàm firmis Dei promissionibus. Genes. 22. Per memetipsum iuraui dicit dominus.Item Hebr.6. ut per duas res immobiles [animi æquiores essent].s.in expectando impletionem iuramenti. [Suscepta est autẽ] &c.s.nocte illa,uel secundum Glos. Lex Phase, nocte illa, quasi pro magno beneficio[à populo tuo]scilicet Israelitico,ut patet Exo.12.Vbi dicitur feceruntque,&c. [sanitas quidem iustorum] per illam enim saluati sunt Israelitę ab angelo exterminatore,ut patet Exo.12.[Iniustorum autem].s.Aegyptiorum [exterminatio].i. per angelũ exterminatorem occisio. Exo. 12. [Sicut enim læsisti aduersarios nostros].s.ob eorum peccata occidẽdo[sic nos prouocans]supp.ad meliora,scilicet ad fidem, & legis susceptionem Deut.32. Sicut Aquila prouocans ad uolãdnm, &c. [Magnificasti]scilicet ab illo exterminio magnificè liberãdo. [Absconsè enim].s. propter metum Aegyptiorum secundum Glos.[sacrificabant] .s. pasca immolando, ut patet Exod. 12. [Iusti pueri]

sci-

scilicet filii [bonorū] scilicet Israelitarum cum ipsis patribus suis propter quod meruę runt liberari, Aegyptiorum primogenitis interfectis. [Et iustitiæ legem] .s. datā Exo. 12. dę immolatione Phasæ quæ iuxtą erat, quia iustifica tionem per mortem Christi faciendam significabat. Item lex dicebatur & erat, quia ligabat ad sui obseruantiā pro tempore suo [in concordia disposuerunt] .i. concorditer susceperunt, & impleuerunt, in Psal. Congregate illi sanctos eius, qui ordinat testamę̄tum eius super sacrificia [similiter] .i. æquanimiter [bona, & mala] .i. prospera, & aduersa [recepturos iustos] .s. se ipsos repete [disposuerunt] .s. quæcunque vellęt Deus inferre Iob. 1. Si bona suscepimus dę manu domini, quare autem mala nō suscipiamus? Item Luc. 16. Recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala .i. æquanimiter [patrias laudes] .i. à patribus institutas, & celebratas [decā tantes] . i. deuotè cantantes Deum .i. laudādo tam de malis .s. pœnę quàm de bonis .s. gratiæ uel fortunæ, uel naturæ, in Psal. Semper laus eius in ore meo. semper .i. non solum in prosperitate, sed ętiā in aduersitate.

¶ Resonabat autem &c.] Hic tangitur pœna Aegyptiorū uiuentium, & uigilantium, s. luctus de morte primogenitorum suorum, & primò tangitur materia luctus: Secundò utilitas lugentium [simili autem pœna:] Tertiò, causa uniuersalitatis [similiter ergo omnes:] Quartò effectus consequens [de omnibus enim] &c. Ita dixi quòd laudes patrias decantabant [resonabat autem] fortiter per totam terram Aegypti [inconueniens inimicorū uox] .i. Aegyptiorum uox auditu horribilis. Vnde Exo. 12. Ortus est clamor magnus in Aegypto [& flebilis audiebatur planctus] .i. fletus cum planctu. erat autem clamor uocis fletus oculorum, & plā̄ctus manuum: flebilis inquam [planctus ploratorum infantium] id est de infantibus, uel pro infantibus, quos plaugebant secundum illud Iere. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum [simili autem pœna [.i. amissione primogeniti sui [seruus cum domino afflictus est] in una domo [& popularis homo Regi similia passus] .s. in toto regno Aegypti Exod. 12. percussit omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius, usque ad primogenitum captiuę, quæ erat in carcere Isa. 24. Erit sicut populus, sic & sacerdos, & sicut seruus sic do-

dominus eius [similiter ergo omnes].i. maiores, & minores, & mediocres.s. rex Pharao, & domini alii, & eorum serui[habebant mortuos innumerabiles] primogenitos omnes mortuos inquã [uno nomine mortis].s.uno genere, quia diuina plaga, & bene dicit[omnes] quia non erat domus, in qua non iaceret mortuus, ut habetur Exo.12. [Nec enim]&c.& bene dixi [innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum].s mortuos [uiui sufficiebant] Iere. 6. Morientur parui, & grandes, & non sepelientur,&c.[Quoniã uno momento] .s. una hora noctis[quę erat præclarior natio illorum].i. primogenitorum uniuersitas, qui dignitate præcellunt reliquos filios [exterminata est].i. ab angelo exterminatore occisa, ut patet Exo.12. [De omnibus enim]q.d.& meritò sic occidebantur primogenita [de omnibus enim].i.pro omnibus plagis prius illatis [non credentes] .i. Aegyptii [propter beneficia].s. eis facta in singularum plagarum relaxatione, ut patet Exo. 8. 9. & 10.[Tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum].s.in ultima plaga [spoponderunt populum Dei se esse] .i. promiserunt se Dei mandatum facere, quod erat de dimissione filiorum Israel tunc enim dimiserunt eos, ut patet Exo.12. Vel [spoponderunt &c.] .i. promiserunt se deo hebræorum credere, si liberarētur Isa.26. Domine in angustia quæsierunt te, in Ps. Cum occideret eos, quærebant eum.

¶Cum enim quietum &c.] postquam determinauit de afflictione uigilantium pro morte primogenitorum, hic agit de afflictione dormientium. Et primò tangit causa; Secundò pœna [tunc continuo]bene dixi[tunc cum primum fuit exterminium[.n.] pro quia[cum quietum silentium contineret omnia silentium, scilicet noctis quę data] & est ad quiescendũ, sicut dies ad operandum. Vnde 1.Thes sal.ult. qui dormiunt, nocte dormiunt[& nox in suo cursu iter medium haberet] .i. cum esset medium noctis. Vnde Exo.12. Factum est autem in noctis medio, & hoc propter improuisionem[omnipotens sermo tuus domine]id est ordinatio tua, & iussus Hebr.4. Viuus est sermo Dei, & efficax.s. propter resistendi impossibilitatem[exiliens de cœlo] exiliens dicit propter uelocitatem [de cœlo] s. in angelo exterminatore [à regalibus sedibus] .s. tuis.i.ab angelorum consortio, in quibus regnas, & sedes in Psal. Qui sedes super Cherubin

rubin[uel exhibere de cœlo] .s.à te missus, qui in cœlo sedes omnes.n.administratorii sunt spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis Hebr.1. [durus] id est implacabilis [debellator] s. Aegyptiorum propter eorũ obstinationem [in mediam exterminii terrã] .i.in terra Aegypti mortem primogenitorum exterminãdam[prosiliuit].s. subito [gladius acutus].i. gladii acuti officium impleturus per occisionẽ primogenitorũ Hebr. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Item Eph. 6. Gladium spiritus quod est uerbũ Dei. Gladius ergo acutus propter promptam nocẽdi facilitatem [insimulatũ imperium tuum portans].i.non fictũ, sed uerũ mandatũ tuũ, & potestatẽ, quia nõ est potestas nisi à deo Rom. 19. Insimulatum ergo imperiũ dicit propter diuinã auctoritatẽ, & stans propter sententię immobilitatem [repleuit omnia morte] .i. totã terrã Aegypti primogenitis mortuis.non.n. erat domus in qua non iaceret mortuus, ut patet Exod. 12. Dicit ergo[repleuit omnia]&c.propter huius plagę uniuersalitatẽ. Sed obiicitur quia Exo.12. Dicitur trãsibo nocte illa per terrã Aegypti, & percutiam omne primogenitum &c. non ergo stabat. malè ergo dicitur hic [& stãs &c.] Sed dicendũ ꝙ iste status, de quo loquitur hic oppositus erat recessui de terra Aegypti nõ motui per ipsam terrã. Vnde uult dicere ꝙ angelus exequens sermonẽ uel mandatum de occisione primogenitorũ datum, stetit in terra Aegypti, Ita quòd extra Aegyptũ nullus fuit occisus. Sed nõ uult dicere quin transiret per Aegyptũ de domo in domũ[& usque ad cœlũ attingebat stãs in terra].i. attingere uidebatur.s. ꝓpter ineuitabilitatem.s.ne qs euaderet in Psal. Si ascendero in cœlum tu illic es [uel usq; ad cœlum] &c.hoc dicit quia ille angelus in cœlo contẽplabitur ministrans in terra, ſm illud Bedæ, intra Deum currunt quocunque mittantur. Item Matth. 18. Angeli eorũ .s. administratores in cœlis semper uident per contẽplationẽ faciem patris mei &c. ¶ Allegoricè uerò describitur hic aduentus Christi in carnem, qui dicitur, per omnipotens sermo Dei, per ęternã generationem, ſm illud Ioan. 1. In principio erat uerbũ; sed de cœlo, a regalibus sedibus uenisse per carnis tẽporalẽ assumptionẽ. in Psal. à summo cœlo egresio eius. Medio noctis silentio, ꝓpter tẽporis opportunitatẽ Gal. 4.

At ubi uenit plenitudo temporis. Primum ſilentium fuit ſub lege naturæ, & hoc propter ignorãtiam infirmitatis: Secũdum ſub lege Moyſi, & hoc propter deſperationẽ ſanitatis: Tertium ſub lege gratiæ, & hoc propter adeptionẽ ſalutis. [Tanquam durus debellator, &c.] i. propter demonum expugnationẽ. Luc. 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet: cum autem fortior eo ſuperuenerit &c. [In mediam terram] exterminii].i. in medio mundi propter terrę, in qua natus eſt, poſitionem. In Pſalm. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. [Imperium Dei ſecũ portaſſe] propter coomnipotentem patri deitatem. Ioannis 1. Et Deus erat uerbum, de quo poſtea ſubdit & uerbum caro factum eſt. Item Mat. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas &c. [omnia morte repleuiſſe.] propter omnium in morte eius conſummationem, ſecundùm illud Ioan. 19. Conſummatum eſt. [ſtans in terra cœlum attigiſſe,] quia anima eius in ſtatu uiatoris habebat continuam Dei fruitionem. Ioan. 3. Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt ĩ cœlo: [tũc continuo]. ſ. ipſa hora occiſionis, [uiſus ſomniorum malorum]. i. terribilium [turbauerunt illos]. ſ. dormiẽtes. Glo. Vt nec uigilantibus, nec dormiẽtibus daretur requies. [Et timores inſperati]. i. ſubiti, [ſuperuenerunt] ſm illud Iob 7. Terrebis me per ſomnia, & uiſiones horrore concuties. Item Iob 4. In horrore uiſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare, ſupple homines, pauor tenuit me, [& alius alibi]. ſ. quàm alter: [proiectus ſemiuiuus] .i. in extremo uitæ ſuæ, [propter quã moriebatur cauſã mortis demonſtrabat]. ſ. aliis indicando ſicut poterat. ſ. propter duritiam cordis Deo hebræorum, & Moyſi ſeruo eius; rebellantis. Rom. 2. Secundùm duritiam tuam, & cor impœnitens. [Viſiones enim] ſomniorum. ſ. [illos turbauerunt] hæc pręmonebant]. ſ. cauſam ſuæ mortis. [ne inſcii, quare mala paterentur, perirent,] & ſic propter ignorantiam excuſarentur de impœnitentia. Iſ. 28. Vexatio dabit intellectũ auditui. Gregorius: Oculos, quos culpa claudit, pęna aperit. [Tetigit &c.] hic ſubditur hebræorum poſt ſuam liberationem grauis tentatio in deſerto, & primò oſtenditur periculum à parte tentatorum. ſecundò modus liberationis à parte Pontificis, [ſed nõ diu.] tertiò cauſa uel uirtus liberans à parte ornatus Pontificalis. [In ueſte &c.] quartò

effectus consecutus à parte angeli exterminantis[iis aũt] &c.[Tetigit aũt] &c. Ita puniti sunt Aegyptii, nec tantum illi [autem] pro sed [Tetigit tunc] sumitur large. Ita quòd sit sensus [tunc].s. illo tempore, quo egressi de Aegypto proficiscebantur per desertum [tetigit iustos] scilicet filios Israel[tetigit] dicit quia diu permansit, scilicet nec in omnibus fuit[temptatio mortis] id est ad mortem ducens, & commotio in heremo[facta est multitudinis]scilicet contra Moysen, & Aaron, ita quod fugerunt ad tabernaculum domini, ut patet Num.16.[sed non diu permãsit ira sua] Abac.3.Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

¶Properans.n.&c.] Hic tãgit triplicem modũ liberationis eorum.s.deuotè orando. Secũdò pattum commissa rememorando.[Vicit autem.]Tertiò se personaliter interponẽdo,[cum enim iã aceruatim] dicit ergo[properans.n. &c.] bene dixi quòd non diu permansit ira sua [properans.n. homo sine querela].s. Aaron. Vnde Num.16. Quod cũ audisset Aaron, & cucurrisset ad mediã multitudinẽ quam iam uastabat incendiũ[ptoperans] in hoc innuitur feruor cordis[sine querela]sanctitas conuersationis[deprecari pro populis]&c.Talẽ.n.deus exaudit, & nõ peccatores. Vñ Ioã. 9.Peccatores Deus non exaudit. Gregorius; cum is, qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. [Deprecari ꝓ populis] deprecatio propriè est de malis amouendis: oratio uerò de bonis adipiscendis, sed communiter ponitur unum pro altero [proferens seruitutis suæ scutum orationem &c.] Oratio dicitur scutum ratione protectionis Ezechiel 22. Quæsiui de eis uirũ qui interponeret sepem, & staret positus contra me.[Seruitutis uerò suę]dicitur quia ad hoc seruitium tenebatur ratione officii Pontificalis. Vnde Heb.5.Oĩs nãq; Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur: & postea sequitur, debet quemadmodum pro populo, ita pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Notandum quòd scutũ spiritualiter potest dici fides. Vnde Ephes.6. In omnibus sumentes scutum fidei. Item uerbum Dei. Vnde Prou. 30. Omnis sermo domini, uel dei ignitus clypeus est, sperantibus in se. Item oratio, unde hic. Proferens scutum seruitutis suæ orationem. Itẽ æquitas. Vnde supra 5.Sumet scutũ inexpugnabile æquitatẽ. Item eleęmosina. Vnde Eccl. 29.Super scutum potentis, &

super

ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugna. Itē patientia 2. Reg. 1. Ibi adiectus eſt clypeus fortiū, &c. Itē obedientia: hæc eſt aureus clypeus Symonis innarū mille, de quo 1. Machab. 15. [Et per incenſum]. i. incenſi oblationem [deprecationem alligās] id eſt alligando proferens. Nume. 16. Obtulit thimiama, & ſtans inter mortuos, & uiuentes pro populo deprecatus eſt. Et notandum quòd oratio fuit pro remiſſione peccati, deprecatio pro amotione flagelli, incenſum pro reconciliatione iudicis offenſi [properans] inquam homo reſtitit irę, id eſt diuinę percuſſioni.

¶ Et finem impoſuit neceſſitati]. i. humanę afflictioni ineuitabili [oſtendens]. ſ. facto, nō ſolum uerbo [quoniā tuus eſt famulus] ſecundū illud Ioan. 10. Bonus paſtor animā ſuam dat pro ouibus ſuis. Eccl. 45. Ipſum elegit ab omni uiuente offerre ſacrificium deo incenſum, &c. econtrà conqueritur dominus de prælatis malis. Ezech. 13. Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. [Vicit aūt turbas]. i. populum turbatū diuidendo, & penetrando [non in uirtute corporis] ſicut Sanſon Philiſtęos Iudicū 15. [Nec armatura potētiæ]. ſ. armatura potenti, & forti, ſicut Dauid Goliat. 1. Reg. 17. 1. Machab. 3. Non in multitudine exercitus uictoria belli. Sed [uerbo]. ſ. deuotæ orationis [illum qui ſe uexabat ſubiecit]. ſ. angelum populum exterminātem, quod reputabant ſuam uexationē iuxta illud, quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. 2. Corint. 11. [Iuramēta patrū, & teſtamentum]. i. promiſſionem factam patribus de danda eis terra promiſſionis, & hæreditatem Gen. 12. Semini tuo dabo terram hanc [commemorās]. ſ. in ſua oratione. [Cum enim &c.] q. d. bene dixi quòd uicit turbas &c. [cū enim iam aceruatim cecidiſſent, ſuper alterū [interſtetit] id eſt inter uiuos, & mortuos ſtetit. Vnde Nume. 16. Stetit inter mortuos, & uiuentes [& amputauit impetum] ſcilicet ignis conſumentis eos Hebr. 11. Extinxerūt impetū ignis [& dimiſit illam, quæ ad uiuos ducebat uiam] ſcilicet opponēdo ſe igni in medio uię, ne ignis à motuis ad uiuentes tranſiret.

¶ In ueſte enim &c.] Hic tangitur cauſa liberationis à parte Pontificis: Secundò ex parte angeli exterminantis [ris autē. In ueſte enim &c.] q. d. Ideò facere prædicta potuit. [In ueſte enim ponderis]. i. tunica talari iacintina. In cuius extremitatę erant tinti-

nabula, ut mala punica. Exo. 28. Vel secundum Iosephũ, totum uestimentum pontificale interius, & exterius [poderis] est linea uestis usque ad pedes descendens. Vnde dicitur à podos grecæ, quòd pedes sonat latinè. [Vnde poderis] quasi pedibus hærens. [In ueste poderis] intelligitur quod uidetur uerius per sequentia. [In ueste] inquam [poderis, quam habebat] scilicet Aaron [totus erat orbis terrarum] scilicet descriptus, scilicet in signo, quia sicut dicit Gloss. bissum terræ tribuunt Hebræi, quia ex terra gignitur: purpuram mari, quia ex conchis eius tingitur: Iacinctum aeri propter coloris similitudinem: Cochum igni & ęthe ri, scilicet ut pro toto mundo oret Pontifex. Si quidem ex terrra, aqua, igne, & aere consistit mundus. Sed, secundum quòd exponitur de tunica Iacinthina tãtũ; Queritur quomodo erat in ipsa totus orbis descriptus. Cum enim tota esset ex Iacintho non uidetur in ea aliqua pars mundi descripta, nisi solùm aer. Sed dicendum quòd & si corpus tunicę erat de Iacintho, tamen in extremitatibus eius erant aliqua ex purpura, & bisso, & Iacintho, & Cocco, sicut malogranata, & huiusmodi. Zona repręsentabat Oceanum: quia cingit totam terrã. Superhumerale uerò, & duo lapides, qui desuper erant, utrumque humerum tegẽtes duo Emisspheria repręsentabant, uel Solem, & Lunã. Mala punica & tintinnabula inferius posita, fulgura, & tonitrua. 12. lapides rationalis. 12. mẽses, uel 12. partes Zodiaci. Rationale diuinam prouidẽtiam, & dispositionem. Cydaris cum uitta Iacynthina, cœlũ. Lamina in fronte Põtificis & nomẽ Dei scriptum. Ibi uniuersa quę in ipso Dei sunt arbitrio gubernari [& parentum magnalia] id est magnę auctoritatis nomina [in quatuor ordinibus lapidum sculpta erant] In rationali enim erant quatuor ordines lapidum pręciosorũ: singulis uerò erant inscripta singula nomina duodecim Patriarcharum, ut patet Exo. 28. Sic etiam in fundamentis Hierusalẽ dicuntur inscripta nomina duodecim Apostolorũ. Apoc. 21. [Et magnificentia tua in diademate illius capitis scripta erat] id est nomen Dei magnificum Tetragrammaton, id est ex quatuor literis quę sunt, Ioth, Her, Vau, He; quæ significant principiũ, uitæ, passionis istæ, [iis autem] scilicet ornamentis sacris cessit [qui exterminabat] scilicet angelus, uel ignis, uel cessando, non propter ornamen-

namēta illa, sed ꝓpter signifi catum.s.propter futurū ornamentum.i. sacrificium summi Pontificis.s. Christi secundū quod tangit Glos.[Et hoc extimuit].i.fecit quasi timere.s. discedendo, & benedixi, iis cessit &c.]erat enim sola temptatio irę].i. incitatio non cō sumatio[sufficiens].s. ad populi correctionem.s. cū Pontificis intercessione.

CAP. DECIMVMNONVM.



MPIIS autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Prescibat enim & futura illorum: quoniam cùm ipsi reuersi essent, & misissent, vt se educerent, & cum magna solicitudine premisissent illos pœnitentiæ actus. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebātur. Ducebant enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Nam nubes castra eorū obūbrabat, & ex aqua, quę antè erat, terra arida apparuit, et in mari rubro uia sine impedim̄ēto, et cāpus germinās de profundo nimio: Per quē omnis natio trāsiuit, quæ tegebatur tua manu, uidētes tua mirabilia & mōstra. Tāquā enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberasti illos: Mœmores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animaliū eduxit terra muscas, et pro piscibus eru-

ctauit fluuius multitudinem ranarum. Nouissimè aũt uiderunt nouam creaturam auium, cùm adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra, & uexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis, quæ ante facta erant, argumentis per uim fluminum: iustè enim patiebantur secundum suas nequitias. Et enim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt, alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cũ lætitia receperunt hos, qui eisdem usi erant iustitijs, sæuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti cùm subitaneis cooperti essent tenebris, unusquisque transitum ostij sui quærebat. In se enim elementa dum cõuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certò potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram transibant. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammę ecõtrario, cor ruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facilè dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.



MPIIS aũt usque in nouissimum.] Postquã determinauit de punitione Aegyptiorũ per mortem primogenitorũ, hic determinat de punitione ipsorũ per mortẽ propriam, scilicet quãdo submersi sunt in mari rubro. Et primò tangitur submersio: Secun-

Secundò liberatio hebræorũ [omnis.n. creatura:] Tertiò gratiarũ actio ꝓ utroque[uidẽtes autem] Quartò obediẽtia creaturarum in utroque [in se enim elementa] in prima primò tangitur grauitas punitionis: Secundò ratio ex parte punientis [præsciebat:] Tertiò meritum ex parte punitorum [adhuc.n.] Quartò congruentia pœnę [ducebat enim]impiis[autem&c.]q.d. sic Israelitæ liberati sunt ab incendio[autem]pro sed[impiis].s. Aegyptiis carentibus pietate religionis quo ad deũ & compassionis in proximũ, quia & Deum contemnebãt, & eius populum opprimebãt [usque in nouissimum].i. finaliter Prouer.5. Nouissima illius amara, quasi absinthiũ [sine misericordia ira superuenit] sine misericordia] scilicet non relaxante,sed sine misericordia liberante, & hoc quia impii,& sine misericordia erant:Iacob.2. Iudicium sine misericordia illi, qui nõ fecerit misericordiam [ira].i. peccati uindicta, quæ est signum iræ[superuenit] id est superno iudicio Dei uenit ad eorum oppressionẽ Iob 21. Lucerna impiorum extinguetur, & uenit super illos inundatio. Prouer. 1. Quando uenit super uos tribulatio, & angustia. Et meritò superuenit, &c. [præsciebat enim Deus] .s.[&].i.eam [futura]illorum.s.peccata antequam fierent Hebr.4.Omnia nuda, & aperta, oculis eius. Item in Psal.Intellexisti cogitationes meas de longe Item Eccles.24. Domino Deo nostro antequam crearẽtur uniuersa sunt agnita &c. [Quoniam cum ipsi] .s. Aegyptii [reuersi essent] scilicet ad cor suum,secũdum ꝙ monet Isaias dicens, redite ad cor præuaricatores, Isa.46. [Reuersi inquam ad cor extra quod fuerant præ timore,in Psalm. Cor meum dereliquit me [& permisissent]scilicet prius [ut reducerent] id est seorsum de terra eorum ducerent filii Israel. Vnde Exo.11.Egredere tu, & omnis populus, qui subiectus est tibi [& cum magna sollicitudine].i. instantia[præmisissent illos].s.compellendo eos exire de terra uelociter[consequebantur illos].s. Aegyptios cum hoc fecissent [pœnitentiæ actus] id est dolor de recessu eorũ. dolor inquam in corde, & cõfessio in ore,& ostẽsio utriusque in persecutionis opere. Exo.14. Immutatum est cor Pharaonis, & seruorum eius super populo, & dixerunt, Quid uolumus facere ut dimitteremus Israel? Et bene dixi quòd consequebantur, &c. [adhuc enim inter manus habentes luctum].i.lu-

ctus materiã, scilicet primogenitos mortuos, uel luctum, id est signa luctus [& deplorantes] id est ualde plorantes, uel de corde plorantes, uel deplorantes, idest de morte primogenitorum plorantes. Vnde sequitur [ad monumenta mortuorum] scilicet primogenitorum [assumpserunt sibi aliam cogitationem] &c. bene dicit [assumpserunt &c.] quia mala cogitatio ab homine est, sed bonaà deo 2. Corinth. 4. Non quòd simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis &c. [cogitationem] inquam [insciențiç] .i. stultã: omnis.n. malus, ignorans. Prouer. 14. Errant qui operantur malum. Prior cogitatio stulta fuerat, qua cogitauerunt eos per uim detinere, alia etiam stulta fuit qua cogitauerunt eos per uim reuocare, uel reducere, [& quos rogantes proiecerant] .s. compellendo filios Israel exire, ut patet Exo. 12. [Hos tanquã fugitiuos] .i. quasi sine licentia eorum recedentes quod falsum erat [persequebantur] ut patet Exo. 14. [Ducebat &c.] quasi & congruè [ducebat.n. illos ad hunc finem] .s. obstinationis, & submersionis [digna necessitas] non fortunæ uel fati sed diuinæ iustitiæ. Sed contra quia uoluntariè ad hoc tendebant, non ergò necessitate. Dicendum quòd non fuit necessitas coactionis, sed immutabilitatis. Sed contra quia poterant pœnitere, & sic pœnam illam uitare. Dicendum quòd poterãt, sed nolebant. Vnde necessitas illa erat consequens uolũtatem, non antecedens. uel nõ poterant completè per se, nec petere uolebant Dei auxiliũ, [& horum, quæ acciderant] scilicet multarum plagarum pro retentione filiorũ Israel illatarum. Exo. 8. 9. 10. & 12. [Commemorationem amittebant] .i. perdebant. Et si non habitu tamen actu, uel opere; & si non corde. Ose. 13. Eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei, [ut quæ deerant tormentis] scilicet præcedentibus, nondum enim erant sufficienter puniti [repleret punitio] scilicet assequens, & ponitur ly [ut] cõsecutiuè nõ causaliter. [Et populus quidem tuus] scilicet Israeliticus [mirabiliter transiret] per mare rubrum sicco uestigio. Vnde Exod. 15. Filii Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. [Illi autem] scilicet Aegyptii [nouam mortem inuenirent] scilicet nouũ moriendi mõdũ, scilicet per miraculosam submersionẽ. Exo. 15. Ingressus ęquus .i. ęquitatus Pharaonis, genitiui casus, cũ curribus, & æquitibus in mare, & reduxit super eos dñs aquas maris.

¶ Om-

¶ Omnis.n.&c.] Hic tangitur hebræorũ liberatio. Et primò in generali: Secũdò in speciali [Nam nubes.] Omnis.n.&c.] quasi sic Aegyptii sunt submersi, & Isralitę liberati [omnis.n.creatura].i. omnia eleméta [ad suũ genus ab initio] supple habitũ [refigurabat] id est iterũ assimilabatur. In hoc.s.quod non nocebat bonis, sicut nec in statu innocentiæ. Vnde Isydorus: Si homo non peccasset, aqua non submergeret, ignis non comburere, nec spinarum aculei uulnerarent. ipsa dico creatura [deseruiẽs præceptis tuis].i tuæ ordinationi, & uoluntati, in Psal. Statuit ea in æternum &c. Præceptũ posuit, & non præteribit. Item Iere.5. Qui posuit arenam terminum maris præceptum sempiternum, quod non præteribit, [ut pueri tui] scilicet hebræi tibi subiecti Isa.8. Ecce ego, & pueri mei [custodirentur illæsi] Prouer.2 Custodiet rectorum salutem, & protegет gradientes simpliciter. [Nam nubes].s.à deo per angeli ministerium data. [Illorũ castra].s.hebræorũ [obumbrabat] stans inter castra eorum, & castra Aegyptiorũ, ita ut tota nocte ad eos accedere nõ ualerent, ut patet Exo.14. [& ex aqua].i. post aquã secũdũ ꝙ dicitur ex mane fit meridies.i. post [ex aqua] inquam [quæ prius erat] in loco per quẽ transierunt [terra apparuit arida].s. per flatum uenti exsiccata, ut patet Exod.14. [Et in mari rubro].s. diuiso, ut patet Exo.14. Itẽ in Psal. Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones [uia].s. apparuit [sine impedimento].s.aquæ uel luti, secundum illud Psal. In mari uia tua &c. Abacuc.3. Viã fecisti in mare equis tuis. Itẽ Isa.51. Posuisti profundũ maris uiam, ut transeant liberati, [& campus germinans].i. uia plana, & delectabilis, sicut per campum germinantẽ [de ꝓfundo nimio].i. post nimiã profunditatem aquæ prius existentis ibidem [per quem] scilicet campum [omnis natio] scilicet Hebræorum [transiuit] persequentibus Aegyptiis [quæ tegebatur] id est protegebatur [tua manu] id est potentia. Isaia 49. In umbra manus suæ protexit me, (uel filio) ut in Psal. Emitte manum tuam de alto &cæt.

¶ Videntes Aegyptii &c.] Hic subiungitur gratiarum actio: Primò pro Hebræorum liberatione: Secundò, pro Aegyptiorum punitione, uel submersione. [Et uexationes.] In prima primò tangitur Hebræorum de Aegypto eductio: Secundò miracula facta pro eis in Aegypto. [Memores enim:] Tertiò

tio eorum repletio in deserto. [Nouissimè autem.] Videntes autem]quasi non tantum audientes, sed etiam uidētes.1.Iob 1. quod uidimus, ꝙ audiuimus &c. [mirabilia tua, & monstra.] Mirabilia].s. minora, & monstra.s.maiora, uel mirabilia in sua liberatione. [monstra] in Aegyptiorū subuersione. Monstrum.n. dicit non solùm quid mirabile, sed etiam horribile. [Videntes inquam &c.]enim].i.certè[depascunt escam].s.in suorum aduersariorum deiectione, uel cōsumptione. Vel hoc dicit pro tanto, quia delectati sunt in destructione eorum, sicut equi quādo escam comedunt, uel depascunt. [tā quā equi] quibus. s.dominus insidebat, secundùm illud Abacuc 3. Viam fecisti in mari equis tuis, tanquam equi. s. de suorum hostium hinniendo: secundùm illud Isa. 24. Ij leuabunt uocem suam, atque laudabūt. Cum glorificantes fuerit dominus hinnietur de mari.[& tanquā agni].s.simplices, & mansueti. In Psalmis: Mōtes exultauerūt ut arietes, & colles sicut agni ouiū .i.tam maiores, quàm minores eorum, [exultauerunt]nō solùm intus in corde, sed etiā extra gaudendo.[Magnificātes te domine].i. magnum te prædicando, uel magnifice laudando. Exo.15. Cantemus domino, gloriosè.n.magnificatus est. [qui liberasti illos].s.per mare transducēdo. Isa.63. Qui eduxit eos per abyssum, quasi equum in deserto impingentem, & quasi animal in campo, & merito te magnificabant. [Memores .n.erant adhuc illorum].s.signorū,[quæ in incolatu eorū facta fuerant] .i.quādo adhuc erant incolę Aegypti. [quēadmodū pro natione animalium].i.loco productionis naturalium animalium [produxit terra muscas,]& hic miraculosè, ut patet Exo.8. Item in Psalm.dixit, & uenit cinomia, & einifes &c. [& pro piscibus] .i.loco piscium, [eructauit fluuius].s.Nilus [multitudinem ranarum]ranæ.n.ascenderunt de prædicto fluuio, ut habetur Exodi 8. Nec est illud contrarium ei ꝙ dicitur in Psalmos: & dedit terra eorū ranas &c.quia in Psa. ponitur continens pro contēto.s.alueus terræ ꝑ aqua fluminis.[Nouissimè aūt].i post prædicta noua quidem. uel prior fuerat Aegypti percussio magis noua ꝗ eorum edu ctio de Aegypto, sed nouissima eorū refectio in deserto, [uiderunt] .s.proprijs oculis, [nouam creaturam auium].s. coturnicum. Exo.16.& Nu. 11. Sed contra quia Genes.2. dicitur; Compleuit Deus die septimo opus suum, quod fecerat,

cerat, & requieuit ab omni opere.i. nouis creaturarũ generibus, uel speciebus creandis, secundùm Aug. Item Eccles.1. Nihil nouum sub Sole, ergo malè dicit hic; uiderunt nouam creaturam. Dicẽdum ꝙ non erat simpliciter noua, sed noua illis quia prius ab illis inuisa. Item noua in illo loco .s. in deserto: & noua in tanta multitudine, ad quam non solent aues accedere, sed magis fugere. [Cum adducti] .i. longè a Deo ducti, [concupiscentia.] Iac.1. Vnusquisq; temptatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. de concupiscentia istorum dicitur in Psal. Concupierunt cõcupiscentiã in deserto. Vnde & locus ille uocatus est sepultura concupiscentiæ, Nu.11. [postulauerunt] .s. a Moyse, [escas epulationis] .i. delicatas, & superfluas, non necessitatis, uel educationis. [In allocutione enim desideriorũ] .i. consolatione, & mitigatione, [ascendit illis] .s. hebræis, [de mari] uel sic [In allocutione.n. desiderii,] uel [desiderio rum] dum præ desiderio carnium loquerentur .s. uerba murmurationis, [ascendit illis de mari.] hoc non dicit propter hoc ꝙ de mari traherent originem, sed quia de ultra mare, uel de aliqua insula maris adducebantur, secundùm illud Num.11. Ventus egrediens a domino arreptas trãs mare coturnices detulit, & dimisit in castra, [Ortygometra] .i. coturnix. Dicitur autẽ [Ortygometra] ab orthos ꝙ est rectum, & gogos, ꝙ est ductio, & metros. ꝙ est mensura, quasi esca recte adducta eis in mensura. Vel sicut dictum est supra 16, dicitur Ortygometra ab Ortygia insula, in qua primum fuisse putantur tales aues secundùm Isidorũ. Notandum ꝙ sicut dicit glo. Inimicis Dei terra producit muscas, & fluuius ranas: cultoribus autem Dei terra dat fructum, & mare carnis alimentum.

¶ Et uexationes] hic tangitur gratiæ actio ꝓ uexatione Aegyptiorum, seu punitione: & primò tangitur eorum punitio: secundò iustitia punitionis. [Iustè enim] tertiò cæcitas punitorũ [percussi sunt.] Iustitia punitionis ex hoc patet ꝙ malè se habuerunt ad peregrinos: cum eis habitantes, uel habitare uolentes .s. ad filios Israel, & hoc uel eos nullatenus recipiendo, uel receptos in seruitutem redigendo [alii autem &c.] aut inuitè suscipiendo, [& non solùm] aut eos recipientes, lætanter grauiter affligendo [qui autẽ &c.] Et uexationes &c.] q.d. non tantum prędicta bona facta sunt hebræis. [Sed & uexationes] .i. afflictiones corporis,

poris,& animæ[peccatoribus superuenerunt &c.] secundũ illud Psal. Multa flagella peccatoris,[peccatoribus] inquã Aegyptiis,qui peccatores hic dicuntur anthonomaticè, & hoc propter peccatum idolatriæ, quæ ibi uigebat: ita ut dixerit Cicero ꝙ Aegyptus erat templum totius mundi, [superuenit]inquam.i. super illas uenerunt, quas passi fuerant in Aegypto. Vnde sequitur [non sine illis,] imò cum illis, & præter illa,[quæ ante facta erant Argumentis] .i. signis diuinæ potentiæ,& eorum diuitiæ manifestatiuis, secundùm illud Eph.5. Omne ꝙ arguitur à lumine manifestatur,[quæ]inquam [facta erant].i.in Aegypto [per uim fluminum].s.quando conuersa sunt in sanguinem,& quãdo ranæ ascenderunt de flumine,uel sic[superuenerunt] inquam [per uim fluminum] .i.per impetũ fluminum collectorum in mari rubro,super eos redeuntium,& eos suffocantium.Exod.15.Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. [Iustè.n.patiebãtur hoc].s.quia pro meritis peccatorum suorũ. Vnde subdit [secundum nequitias suas] .i.merita nequitiarum suarum.Deut.25.Secũdùm mensuram peccati erit & plagarum modus[etenim] pro quia [detestabiliorem].s. cæteris, [instituerunt,] id est quasi institutam seruauerũt. [Inhospitalitatem] contra illud Hebr.13. Hospitalitatem nolite obliuisci. Item 1.Pet. 4. Hospitales inuicẽ sine murmuratione.Sic habet Rab. & Aug.Sed aliqui dicunt[in detestabiliorem] .i. ualdè testabilem, ita ꝙ præpositio notet augmentum,uel intẽtionem, ut dicit: [Inhospitalitatem,] uel quia non recipiebant hospites, uel quia malè recipiebant, [alii quidem] .s. ipsorũ [ignotos non recipiebant aduenas] contra ꝙ faciebat Iob. Vnde Iob 31. Foris non mãsit peregrinus.Similes istis erãt illi de Gabaa Beniamin, qui Læuitam cum uxore sua noluerunt recipere hospitio suo, Iudicum 19. [Alii autẽ bonos hospites] receptos [in seruitutem redigebãt]uel[recipiebant] ut filios Israel opprimentes eos seruitute luti, & lateris.Exo.1.[& non solũ hæc.]supple.faciebant[Sed & alius erat respectus illorũ] .i. peruersa erat intentio ipsorũ, [qm̃ inuiti recipiebant extraneos,]cũ tñ essent rogãdi exemplo Abrahæ dicentis,dñe si inueni gratiã in oculis tuis, ne transeas seruum tuum,Genes.18.Nec tantum rogandi, sed etiam cogendi exemplo duorum discipulorum,de quibus Luc.ult. Et coegerunt illum, super ꝙ dicit Gregor.

Quod

Quod peregrini non solùm sunt inuitandi ad hospitium, sed trahẽdi, [qui autem cum lętitia receperunt hos, qui eisdem usi erant institutis, sæuissimis afflixerũt doloribus] litera sic construenda. Ita dixi ꝙ aliqui recipiebant peregrinos, sed inuiti [autem] pro sed [qui eisdem usi erãt institutis]. s. detestabilis inhospitalitatis, quibus & præcedentes [sæuissimis afflixerunt doloribus,] sæuissimis dicit quia sæuus est dolor de malo illato in possessione extrinseca, sæuior in persona coniuncta. s. in uxore sæuissimus in propria persona [afflixerunt hos, qui cum lætitia receperunt]. s. hospites sicut uoluerunt affligere Loth ipsi Sodomitæ, sicut patet Gen. 19. & Beniamitæ Senem illũ, de quo Iudicum 19. [percussi sunt aũt]. s. Aegyptii [cæcitate]. s. corporali, per plagã tenebrarũ, de quibus Exo. 10. Et spũali per mentis excæcationem: ita ut inter flagella peiores fierent. Exo. 18. Induratũ est cor Pharaonis &c. [sicut illi]. s. Sodomitę innoĩabiles ꝑꝑ peccatũ eorũ innominabile, ꝙ ipsi faciebãt, Rom. 1. Tradidit illos Deus ĩ passiones ignominiæ. [In foribus iusti]. s. Loth: de quo 2. Pet. 2. Aspectu, & auditu iustus erat, [illi] inquã [cũ subitaneis cooperti essent tenebris]. s. aurisia, uel audientia percussi ab angelo, [unusquisque]. s. eorum [transitum ostii sui]. s. Loth [quærebat] & inuenire non poterat. Vnde Gẽ. 19. Eos, qui foris erãt, percusserunt cæcitate à minimo usq; ad maximum ita ut ostiũ inuenire non possent. ¶ In se enim elementa,] hic post Aegyptiorũ punitionẽ, & hebręorũ cõsolationem, & pro utrorũq; gratiarũ actionem dicit hic creaturarum in prædictis obediẽtiã: & primò ponit huius obediẽtię cõmendationẽ: secũdò eius per exẽpla manifestationẽ. [sicut in organo] Tertiò populi Dei ꝑ hoc exaltationẽ. [In oĩbus.] Exempla ponit primò in elementis inferioribus. secundò in elemento superiore. s. in igne, ibi: [Ignis in aqua &c.] tertiò in elementatis, [flãmæ econtrario.] In se enim.] Ita dixi ꝙ per creaturas inferiores sunt afflicti Aegyptii, & hebræi consolati, [elementa dum conuertuntur] idest transeunt unum in uim & potestatem seu officium & modum alterius, & hoc miraculosè, [qualitatis sonus] .i. qualitas soni, [mutatur] . s. actu .i. consonantia naturalis in suis effectibus ad horã mutatur ẽm uoluntatem & imperiũ Dei mouentis. [sicut in organo] .i. sicut in quolibet instrumento musico, ꝙ per organum hic intelligitur, mutatur

tatur qualitas soni actu: secundùm uoluntatem mouentis. Aliquando tamen sumitur organũ pro determinato instrumento ut in Ps. ibi. Laudate eum in cordis, & organo, [& omnia] .i. singula elementa, & elementata, [suum sonũ] .i. armoniam suam naturalẽ, & ordinẽ [custodiunt] habitu: similiter singulæ cordę in organo suum sonũ custodiunt, & tamen sonus organi mutatur secundùm uoluntatem mouentis. Vnde Glos. Sicut in organo diuersi soni ad concordiam melodiæ temperamento consentiunt; Ita discrepantia elementa saluato iure naturæ ad creatoris uoluntatem flectuntur. Non enim creaturam condit sibi contrariam; Sed per omnia uolũtati suæ consentaneam, [unde] .i. de qua re [æstimari] .i. cognosci, [ex ipso certo usu potest] .s. aspiciendo. Metaphoram organi, & ueritatem rei factę in populo Dei, [agrestia enim] scilicet animalia. [In aquatica conuertebãtur] idest in modum aquaticorum scilicet quando homines, & iumenta, ut dicit Glo. in profundum maris rubri sicco uestigio transierunt, [& quæcũque erant natantia] ut ranæ. [In terra transibant] scilicet per terrã deambulando. Exo. 8. Ascenderunt ranæ. s. de flumine operueruntque terram Aegypti. [Ignis in aqua ualebat] .i. ualde agebat, [supra suam uirtutem] .s. naturalem quæ est, ut in aqua extinguatur, secundùm illud Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit, aqua, [& aqua obliuiscebatur naturæ extinguentis] .s. ignem, quia grando, & ignis mixta pariter ferebantur, ut habetur Exo. 9. Item sup. 16. In aqua quę omnia extinguit plus ualebat ignis. [E contrario] supple quam naturam earum requireret. [Non uexauerunt carnes] .s. urendo, [carnes] inquam [corruptibilium animalium] s. hominum, & iumentorum [coambulantiũ] ipsis flammis hoc dicit, quia columna ignis hebræos concomitante de nocte non affligebantur, siue non urebãtur: ut patet Exo. 14. [nec dissoluebant] .s. ipsa flammæ [illam bonam escam quæ facilè dissoluebatur] . s. calore Solis. [Sicut glacies] .s. dissoluitur a calore Solis. supra 16. Quod enim ab igne non poterat exterminari, &c. [bonam escã] appellat manna, quia bonitatem quorumlibet ciborũ representabat. supra 16. Deseruiens uniuscuiusque uoluntati. [In omnibus enim] .s. prædictis miraculis. [magnificasti populum tuum domine] s. Israeliticum eorum aduersarios deprimendo, [& honorasti] nullis beneficiis exaltãdo.

Ioan.

Ioã.12. Si quis mihi ministra uerit, honorificabit eum pater meus &c. Item 1. Reg. 2. Si quis honorificauerit me, honorificabo eum,[& despe xisti eos] .s.in suis tribulationibus deserendo. In Psal. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus iis liberauit eos dominus. Eccl.2. Quis inuocauit eũ, & despexit eum? q.d. nullus.[In omni tempore] .s. prosperitatis, & aduersitatis. Mat.ult. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. & ideo omni tempore benedicẽdus, secundùm illud Psal. Benedicam dominum in omni loco, & omni tempore scilicet tam securo, quàm periculoso.[Assistens eis] tanquam paratus iuuare. Isa.43. Cum transieris per aquas tecum ero. Notandum autem ꝙ dominus sanctos suos magnificat multipliciter primo modo gratiã suam conferendo, secundùm illud Rom.8. Quos iustificauit, illos & magnificauit. secundò miraculis illustrando, secundum illud Eccl.48. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Item Exo.11. Fuit Moyses uir magnus ualde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo. Tertiò dignitatibus ecclesiasticis sublimando. Vnde cantat Ecclesia: Ecce Sacerdos magnus. 3.Regũ 10. Magnificatus est Rex Salomon super omnes reges terrę diuitiis, & sapientia. Quartò ad cœlestis regni gloriã perducendo, secundùm ꝙ cantat Ecclesia: Magnificauit eũ in conspectu regum, scilicet Angelorum, & dedit i. ẽ coronam gloriæ. In Psal. Magna est gloria eius in salutari tuo &c. Huius glorię tanta est magnitudo ut illius regni minimus maior sit maximo huius mundi. Vnde Matt.11. Non surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista: Qui autem minor est, in regno cęlorum maior est illo. Ad hãc magnitudinem nos perducat Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

INDEX VERBORVM, ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM.

a, primam: b, secundam pagellæ faciem demonstrantibus.



Q Cura

INDEX VERBORVM, ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM.

a, primam: b, secundam pagellæ faciem demonstrantibus.

Imago

FINIS.

ERRATA.

Pag 25, col. 2. scilicet eius: lege scilicet persona eius. ibid. affligatilege affliget. ibid. inutilia. Aliàs, inhabitabilia. Pag. 37. col. 1. quo modo: lege qua modo. ibid. col. 3. Quicunque: lege Quocunque. Pag. 38. col. 2. dederimus, lege de diuinis. Pag. 39. col 3. ignaros, lege gnaros. Pag. 40. col. 2. plus ponant, lege plus petunt. ibid. col. 3. iudicamur, leg. iudicantur. Pag. 41. col. 2. in bene, lege in bono. Pag 42. col 4. & sapientia, leg. se sapientia. Pag. 43. col. 3. imitamini, leg. inuitamini. Pag 46. col. 2. Bauanorum, leg. Bactrianorum. ibid col 4 & de terra, lege est de terra. Pag 47. col. 2. sicut sapientia, lege sic sapientia. ibid. quecunq; Christi, lege quicunq; Christi. Pag. 49. col. 2. habitudo, lege habitando. Pag. 50. col. 1. si hoc, lege si hic. ibid eodem nobilis, lege eodem mobilis. ibid col. 4 (ante) lege autem. ibid in aliis, lege in abysso. Pag. 52. col. 4. cōstans est & plus, lege cōstans est, quòd plus. Pag. 53. col 2. unita sunt, lege ima summis. Pag. 54. col. 2. fit enim, lege scit enim. ibid. omnium possidere, lege omnia possidere. ibid. col. 4. nos se habemus, lege nos habemus. ibid quàm non illi deesse, lege quid illi deest. Pag. 55. col. 2. cur ipsum non doces, lege cur te ipsum non doces. ibid. & illa, lege Et ita. ibid. col. 4. quantum ad actum, lege quantum ad actum loquendi. ibid ideo primò, lege duo primò Pag. 56. col. 3. pluro) sed nam, lege plura) sed nō: Pag. 59. col: 1. (iniquitati) lege in æquitate. Pag. 60. col. 2. ad talem finem adeptus est eum, lege ad talis finis adeptionem. Ibid. col. 4 regnant futuri, lege regnant: & futuri Pag. 61. col. 1. domini ante, lege domini, aut quis ibid. & uerę cogitationi, lege Et uerè cogitationes &c. Pag 62. col. 1. Nam herba malagina sanaui eos, lege Neque herba, neque malagma sanauit eos. ibid. col. 4 monet autem sapientia, lege Est autem sapientia Pag. 63. col. 1. de partibus, lege de pertinentibus: ibid. per extra. lege per exempla, ibid. col. 3. deberet terram, lege doleret terram ibid. Debendo, lege delendo. ibid col. 4. electione cordis, lege elatione cordis. Pag. 64 col. 2. f. ciuitatē, lege quinque ciuitatum. ibid. col 4. Patet peccatū, lege latet peccatum. ibid. caliditate, lege calliditate. ibid. autoritatis, lege autoritate. Pag. 65. col: 2. De noctuque, lege Die noctuque. ibid. col. 3 perfectæ, lege profectu. Pag 70. col: 2. &) pro idem, lege id est. Pag. 72. col. 3. huic ponderante concordat, lege huic concordat. Pag 75 col 3. huius modi, lege huius mali. Pag. 76. col 3. uisum asperos, lege ullum asperum. Pag. 78. col. 2. te cadit, lege præcedit. Pag. 79 col. 4. artificiali sculpta, lege artificialiter sculpta. pag. 80. col: 1. lusisse eum, lege lusisse eum. pag. 81. col. 4. rebus hominis, lege rebus humanis. pag. 82. col. 3. increate, lege increatæ. pag. 84 col. 1. tāgit, lege tingit. ibi. col. 2. i. prouidens, & pūidēs, lege præuidēs & præcauēs, ibid. (notū) lege uotum. pag. 86. col. 1: inquit, lege sua inquit. pag. 89. col. 2. suscepit uitam, lege suscepit itaque. pag. 90. col: 2. auerni, lege Saturni. pag. 93. col. 3. Peccatorum, lege peccator. pag. 95. col. 4. ad Deū nō ignorāter, lege cū Deū ignoret. pag. 100 col. 2. ipsi diuo, lege ipsi dico, ibid. col. 4. quæ aliud est, lege quę aliquid est. pag. 108. col. 3. cogitationem, lege cogitationū. ibid. Sophō enim, lege Sophon. 2. pag. 111. col. 3. iuxta erat, lege iusta erat. pag. 114. col. 4. passionis istæ, lege Christi, ibid. uel cessando, lege cessando. pag. 117. col. 3. 1. Iob. 1. lege 1. Ioan. 1. ibi. Cū glorificatas, lege glorificatus. pag. 118. col. 3. diuitiæ, lege d. ritia, ibid. col. 4. ut dicit, lege. Et dicit.

D. BONAVENTVRAE S. R. E. EPISCOPI CARDINALIS ALBANENSIS, DOCTORIS'QVE SERAPHICI, ORDINIS MINORVM

In Lamentationes Ieremiæ Prophetæ elaborata Enarratio.

Nunc primùm in lucem emissa: & ab innumeris, quibus scatebat erroribus; summo studio, summaque cura expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



CVM PRIVILEGIIS.

Venetijs, apud Petrum de Franciscijs, & nepotes.

M D LXXIIII.



IVLIO RVVOREO
AMPLISS. CARD. VRBINATI
FRANCISCVS SALVIONVS,
S. P. D.





VÆSIVI diu (Princeps optime, amplissimeq; Cardinalis) quemnam potissimùm ex omni numero Principum nostrorum temporum, sacrorumq; uirorum patronum delegerem Diui Bonauenturæ monumentis, ac Libellis quibusdam; qui à me fortè reperti sunt, dum rem literariam iuuare cupiens, studiosisque prodesse, diligentiùs bibliothecas doctissimorum hominum indoctioribus hæredibus commendatas, ac relictas inspicerem. Neque enim putaui, quemcunque sors primùm obtulisset, eum idoneum fore defensorem, &

quasi aduocatum uigiliarum, lucubrationumque tam sapientis Theologi, tamque magni, sanctique Cardinalis: tum quòd non vulgaris viro doctrina, cognitioque antiquarum sacrarumque rerũ inesset, oportebat; tum quòd auctoritate, & amplitudine quadam opus esset ei, cui tam insignium monumentorum patrocinium, defensioque commendaretur. Cum igitur diutiùs quærenti occurreret nemo, qui tibi dignitate, scientia, pietate conferri, nedum præferri iure possit: statui Bonauenturæ in Euãgelium Lucæ, Lamentationesque Hieremiæ Prophetæ, & doctissimas commentationes, explanationesque castissimas ad te mittere, tuoque nomini dicare, atque imprimendas curare. In quo me cum sacrarum literarum studiosis viris non paruam vtilitatem allaturum arbitror: tum spero etiam Manibus sanctissimi viri pergratum facturum, non solum quòd non sinam eius libros interire, aut ampliùs delitescere; sed etiam quòd tantum illis patrocinium compararim, quantùm ne ab ipso quidem viuente potuisset.

A quo

A quo enim malle putandum est, summũ Cardinalem, summumque Theologum sua scripta defendi, quàm à summo Cardinale, summoque Theologo? Per quem uulgari, legique pias sacrasque vigilias, quàm per pium sacrumque uirum? Accipe igitur munus hoc meum (Princeps sapientissime) benigna, & hilari fronte: exiguum quidem futurum, si cum Amplitudine tua conferatur: maximum tamen, si spectes singularem meam in te, uniuersamq; familiam vestram voluntatem, atque obseruantiam: dignissimum me Hercle, si argumentum, auctorque consideretur. Et me, qui tuus esse, dicique cupio, non indignum existima, quem in clientelam tuam suscipias. Vale.

TESTIMONIA DE D. BONAVENTVRA.

Ex Breuiario Romano recognito.



ONAVENTVRA Balneoregij in Hetruria natus, cum infans incidisset in uitæ periculum; mater eius uouit, si inde euasisset; se eum Religioni B. Francisci, dicaturam. Itaque adolescens in Ordinem Fratrũ Minorum adscribi uoluit: ubi Alexandro de Ales, magistro, ad eam doctrinæ perfectionem breui peruenit; ut septimo post anno Libros Sententiarum Parisijs publicè summa cũ laude sit interpretatus: quos etiam præclaris postea Commentarijs illustrauit. Post sex annos sui Ordinis Generalis Magister Romæ factus, ea prudentiæ ac sanctitatis laude Magisterium gessit, ut in omnium ore & admiratione esset. Multa scripsit, in quibus summam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet. Quem Gregorius Decimus, eius sanctimoniæ, & sapientiæ fama commotus; Cardinalem & Episcopum Albanensem creauit. Eundem adhuc uiuentem B. Thomas Aquinas sanctum appellauit. Cum enim uitam S. Francisci scribentem comperisset.: SINAMVS (inquit) SANCTVM PRO SANCTO LABORARE. Migrauit è uita pridie Idus Iulij M. CCLXXIIII. in Concilio Lugdunensi, quinquaginta tres annos natus, multis editis miraculis. Quem Xystus Quartus Pontifex Maximus retulit in Sanctorum numerum.

EX IOANNE GERSONIDE CANcellario Parisiensi in Libro de Examine doctrinarum.

SI quæratur à me, quis inter cæteros doctores plus uideatur idoneus? Respondeo (sine præiudicio) quod Dominus Bonauentura: quoniam in dicendo solidus est & securus, pius & iustus & deuotus. Præterea recedit à curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, uel doctrinas seculares, dialecticas, aut physicas terminis theologicis obumbratas, more multorum: sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem & religiositatẽ affectus. Vnde factum est ut ab indeuotis scholasticis (quorum, proh dolor, maior est numerus) ipse minùs extiterit frequentatus, cũ tamen nulla sublimior, nulla diuinior, nulla salubrior atq; suauior pro Theologis sit doctrina. Quantò denique diligentiùs in senectute mea sum reuolutus ad studium ipsius, tantò facta est ampliùs confusa garrulitas mea. Dixiq; mecum, sufficit hæc doctrina; ut quid stulto labore consumeris? quid dictas? quid scribis? Multiplicentur potius & transcribantur opera doctoris istius: de quo uerè dicitur illud Christi de Ioanne. Erat lucerna ardens & lucens &c.

EX IOANNE TRITTENHEMIO, in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

EVstachius, qui & Bonauentura de Balneo regio natus, Ordinis fratrum Minorum minister Generalis, ac deinde Episcopus Albanensis, & sacrosan-

ctæ

ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Alexandri de Ales quondam auditor & discipulus: uir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, uita & conuersatione deuotus atq; sanctissimus. Cuius ingeniũ, dotem naturæ, & uitæ puritatem præceptor eius Alexander contemplans, dicere solebat. In fratre Bonauentura Adam peccasse non uidetur. Scripsit multa & profunda & deuotissima opuscula, quibus ardentia uerba proferens, non minus affectum legentis in Christi amore accendit, quàm intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis doctores utilitate operum facilè præcellit, si spiritum diuini amoris & Christianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non uerbosus, subtilis non curiosus, disertus non uanus, flammantia non inflantia uerba proferens: unde & securiùs legitur, faciliùs ab amante intelligitur, utiliùs frequentatur, dulciùs & fructuosiùs retinetur. Multi doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi, pauci scribendo libros docuerunt utranque. Bonauentura autem & multos superauit & paucos: dum eius doctrina deuotionem, deuotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus uis esse & deuotus, illius opusculis esto intentus.



ELENCHVS RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM.



A priorem. B posteriorem pagellæ faciem designantibus.

A



D

E


F

G

H

Ten-

FINIS.



AD LECTOREM.





CCIPE pie Lector pij Bonauentura in pias Ieremiæ Prophetæ Lamentationes elaboratam Expositionem: summo profectò labore partam, summaque nunc demum diligentia reuisam & excussam. Interim si qua eius (ut spero) Opuscula occurrerint, protinus expecta.



D. BONAVENTVRAE S.R.E. EPISCOPI CARDINALIS ALBANENSIS DOCTORISQVE SERAPHICI ORDINIS MINORVM

In Lamentationes Ieremiæ Prophetæ elaborata Enarratio.

ET FACTVM est, posiquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Ieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac super Hierusalem, & amaro animo suspirans & eiulans dixit.



EMPVS plãgendi, & tẽpus saltandi; Eccles. 3. In uerbo isto ostenditur Libri huius causa materialis. s. in planctu: & formalis, quia modum habet lamentatiuum: & eius causa finalis in saltu. Materia quidem huius operis est Synagogæ, seu ecclesiæ, seu cuiuslibet particularis animæ desolatio lugubris: forma etiam lamentatiua tota deducitur cum questionibus, & indignationibus metricè compositis. Ad quorum intelligentiam notandum, sicut ibidem Eccl. 3. dicitur. Omnia tempus habent, & suis spatiis quæque pertranseunt. Sicut enim mundus maior sensibiliter continuis successibus uariatur, deo cuncta mirabiliter gubernante: sic mundus minor, homo. s. modò attendens, considerans que diuinam seueritatẽ, modò cernens radiare Dei benignitatem, diuersimodè afficitur, & diuinis iudiciis conformatur: ad quam uariationem respiciẽs Salomõ, dixit; Tempus plangendi, & tempus saltandi. Hæc autem uariatio uiris sanctis ex tribus causis solet accidere: uel ex diuersitate considerationum spiritualium, uel ex diuersitate euentuum temporalium, uel ex uariatione statuum mũdi principaliũ, uitæ scilicet & patriæ. Primò dico ex diuersitate considerationum spiritualium: modò enim sancti conuertuntur ad considerationem lugubrem pec-

peccatorum suorum, & aliorum, & hoc est plangere: modò ad contemplationē æternorum bonorum, & hoc est saltari. Ad hunc planctū inuitans Ierem. dixit cap. 4. Accingite uos ciliciis, plangite, & ululate: quia non est auersa ira furoris domini a uobis. In cilicio omnis corporalis afflictio intelligitur: in plāctu culpæ detestatio: in ululatu detestationis uehementia, & intensio designatur, quæ exercendæ sunt donec spiritus Sancti clementia interius experiatur: qui (ut dicit Gregorius) ideo paracletus. i. consolator dicitur quia dum spem ueniæ parat, mentem a tristitia leuat. Ira autem furoris est uoluntas siue animus puniendi. Istud est exercitium præcipuè neophytorum propter quod dicit idem Ierem. 6. Filia populi mei accingere cilicio, conspergere cinere, luctum unigeniti. Fac tibi planctū amarum. Hunc igitur affectuosum planctum assumit Ecclesia sibi in temporibus ieiuniorum. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio, & fletu, & planctu. Vt per planctum ueniat ad saltum gaudii spiritualis, & contemplationis: dicente Psal. Conuertisti planctum meum in gaudium; cō

Paraclitus

cidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Saccus cōciditur, cum post signa pœnitentiæ, signa lætitiæ assumuntur. De hoc genere saltus dicitur. 2. Reg. 6. Dauid percutiebat in organis armigatis & saltabat totis uiribus ante dominum. Organa armigata. i. ad armum ligata, significāt opera fortia pœnitentiæ: ad quæ percutere est in eis efficaciter se exercere, & in contemplationis altitudinem, quasi per saltum leuare. In contemplationis altitudinem liberè uolāt angeli: sed saltant tantum homines miseri: quia in altam contemplationis speculā euecti, citò corpore aggrauante coguntur relabi. In cuius figuram pisces habentes squamas, & pinnulas secundum legem mundi reputantur: qa per uices super aquas saltibus leuantur Leuit. 11. Omne quod habet pinnulas, & squamas tam in mari quàm in fluminibus, & stagnis cōmedetis. Et infra; Quicquid autem ambulat, quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis. Cant. 2. Ecce iste uenit saliens in montibus, & transiliens colles: Per montes, & colles intelliguntur, qui in Ecclesia sunt eminentiores

tiores: in quibus salit, quia uisitationis suæ dulcedo non manet, sed transit: ut dicit Glos. Trãsilit colles, qa parũ eleuatos relinquit suæ excessiuæ dulcedinis expertes. Pro utroque contrà reprobos. Matth. 11. Cecinimus uobis, & non saltastis, lamentauimus & non planxistis.

¶Amplius secundò fit hæc uariatio planctus, & saltus ꝑ diuersitate temporalium carentium. Tempus quidẽ plãgendi est in Ecclesiæ tribulatione: tempus saltãdi, & gratias agendi in Ecclesiæ releuatione, ad hoc genus saltus inuitauit Ierem. dicens 9. Super montes assumam fletũ, ac lamentum: & super sponsa deserti planctum quoniã incensa sunt. Et infra; a uolucre cœli usque ad peccora transmigrauerunt, & recesserunt: hoc dicit ad literã Ierem. de uastatione synagogæ facta per Chaldæos quod potest intelligi uerius de uastatione ecclesiæ facta per homines immundos, qui sicut synagoga aduersitate, sic aduersi sunt prosperitate: Montes. i. uiri ecclesiastici: sponsa deserti. i. religiosi: uolucres. i. clerici: peccora. i. laici. Vnde Glos. ibi super montes fletus assumitur, & lamentatio super sponsam deserti, dum peccant principes Ecclesiæ, & nihil in ea inuenitur substantiæ Dei, nec audi tur uox Christi ecclesiam possidentis, & ad hoc respiciens idem Ierem. dixit. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem, & plorabo die ac nocte? interfectos filię populi mei. Sic 2. Reg. 1. Plãxit Dauid huiusmodi planctum super Saul, & super Ionatha. Considera Israel pro iis, qui mortui sunt supra excelsa uulnerati, inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Inclyti interficiuntur super montes, quando boni mutant mores assumpti ad ecclesiasticas altitudines il i planctui contrarius est saltus congaudere ecclesiæ de sarctis, & prosperi:us successibus ad quem saltum inuitãs Isaias dicit 44. Laudate cœli quoniam fecit dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationẽ saltus, & omne lignum eius. Saltus dicitur locus nemorosus eò quòd in ipso arbores in alium exiliant: hoc idẽ figuratum est 3. Reg. 6. Vbi dicitur. Inuenies duos uiros iuxta sepulcrum Rachel, in finibus Beniamin, in meridie salientes magnas foueas. dicent: quia tibi inuẽte sunt asinę. Duo uiri sunt, qui ecclesiam ex charitate diligũt. Rachel interpretatur ouis.

Iuxta igitur sepulcrum expectant omnes, qui considerant profectum, & defectum animarum Christi sanguine redemptarum. In meridie.i.in spirituali prosperitate magnas foueas saliunt, qui læti tiam magnam, quam habent in corde exterius ostendunt, quia inuentę sunt asinæ.i.animæ Christi sanguine redemptæ. Ad hunc saltum inuitat Isaias dicens 66. Gaudete in ea gaudio uniuersi qui lugetis super eam.

¶ Ampliusque tertiò fit hæc uariatio secundum uariationem statuum ecclesiæ principalium uiæ.s. & patrię: quoniam in uia generaliter est status plangēdi, & in patria gaudendi. Vnde Glo. Eccl. 3. Super hoc plangēdum est nūc, ut in futuro saltemus. Pro isto planctu, uel lamentatione dicitur Ezech. 2. expādit librum coram me qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & uæ. Lamentationes iustorum, carmē bonorum, uæ damnatorū. Isa. 22. Vocabit dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad plāctum, & ad caluitium, & ad cingulū sacci, & ecce, gaudium, & lætitia occidere uitulos, arietes, comedere carnes, & bibere uinum: hic planctus nunquam est deserēdus sed semper Christi mortificatio circūferenda in cuius figura dicitur 1. Regū 3. Leuauerunt Dauid, & populus, qui erat cum eo uoces suas, & planserunt donec deficerētin eos lacrymę. Deficient lacrymæ cum abster get Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum; ut dicitur Apoc. 21. Hunc planctum sequitur ille magnus saltus de quo Ioan. 4. Aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in uitam æternam. ibi enim implebitur ꝙ dicitur Isa. 31. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut Ceruus Claudus. Deus igitur in scriptura sacra utrunque istorum affectuū planctum scilicet & saltum in nobis uolens alternari condidit cantica letitiæ ad fouendam deuotionem, & carmina mestitiæ ad excitandum in nobis salutiferum dolorē. Inter cantica letitię arcem tenet canticum canticorū. Inter carmina mestitiæ tractatus Threnorum ut dici possit lamentatio lamentationum, quæ est ultima pars Ieremiæ. Quāuis aliq librū distinctū ipsam appellēt, sicut Cātica Cātic. Ieremias hic qdē iuxta literā deplorat temporalē aduersitatem synagogæ factam, siue per Romanos, siue

per

per Caldeos, sed & mortem piissimi regis Iosię. Vnde. 2. Paralip. 31. Vniuersus Iuda, & Hierusalem luxerūt Iosiā, Ieremias, maximè cuius omnes cantores atque cātatrices usque in præsentem diem lamentationes replicant, scilicet per Iosiam quem Iosiam interfecit Pharao Nechao in campo Mageddon de quo habetur. 4. Reg. 23. de quo etiā Zach. 12. loquitur dicens. In die illa magnus erit planctus in Hierusalē, sicut planctus ad Remnon in cāpo Maggeddō. Lamētatur etiam spiritualiter damna ecclesię & cuiuslibet animæ singularis, & miseriam peregrinationis, sicut patet in prosequendo lamentationem, & inserens de iniuriis, & morte saluatoris. Et dicitur græcè opus illud Threni, hebraicè Cinoth: qđ idem est ac lamentatio latinè: unde Threnetiè. i. luctuose, ut dicit Papias. Quod autem dicunt quidam, ꝙ Threni dicuntur, quasi terni nō est interpretatio, nec etymologia proprie: sed in hoc alluditur nomini, quia ternis uersibus subnectuntur singulę literę alphabeti. Et hoc mysticè: quia tripliciter debemus plangere, corde, ore, opere.

¶ Amp. in uerbo plāgendi ēt modus intelligitur procedendi: metricè enim cedit conquerendo: quod conuenit lamentationi. Quoniam (sicut dicit Hierony. super Isaiam, super illud uerbum; Sume cytharam &c.) natura musicæ est, ut quem inuenit tristem, reddat tristiorem; & quem lętum reddat lætiorem. Vnde modus musicus, uel metricus congruit lamentationi.

¶ Circa quod intelligendū: ꝙ Liber iste triplici adornatur musica, & rhetorica uenustate. Primò in eloquentia, quia scribitur metricè, sed differēter, quia (ut dicit Rab.) duo prima alphabeta metro Saphico scripta sunt: & dicitur metrū saphicū à muliere Sapho, quæ ipsum inuenit: & est pentametrū cōstans ex trochęo, & spōdæo, & dactylo, & duobus trochæis. In hoc igitur metri genere tres tales uersus præmittuntur, & cōcluduntur in commate uersus heroici. Verbi gratia. *Iste confessor domini sacratus &c.* Metrum heroicum dicitur, quo describuntur facta herosi: quod solos continet uersus exametros. Tertium uerò alphabetū quod tertio subditur capitulo, trimetrum est: quod secundum Latinos est constās uersibus trium pedum: ut dicit Papias: qui tamen alibi dicit. Quos nos senarios à numero pedum uocamus, hos Græci Trimetros dicunt

cunt, quòd geminos faciunt: uerius credo esse in hac parte: quòd si sex pedes continent, non tamen modo uersus heroici, quia materiæ nõ conuenit uersus heroicus. Quartum uerò alphabetum sicut primum, & secundũ describitur; ut dicit idem Rab. Amp. 2 adornatur commatibus rethoricis in sententiis, ut docent Glo. continent. n. multas compositiones, quæ sunt orationes auditorũ misericordiam captantes ferè per totum: sicut ibi pręcipuè patet in primo capite. O uos omnes, qui transitis per uiã. Et locis siue modis compassionem excitandi, ut docet Tullius primo Rhetoricę in fine. Continet etiam plures indignationes. Est autem indignatio oratio per quam cõ ficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur: cuiusmodi orationibus frequenter utitur: sicut patet ibi. Vide domine afflictionẽ meam, quoniam erectus est inimicus. Eæ autem sunt duę † species † orationis rethoricę: *Alias cõfirmationis: uel cõfutationis:* sicut patet in Primo Libro Rethoricæ Tullii in fine. Sicut enim Dialectica habet artem locorum suorum ad ueritatem persuadẽdam: sic Rethorica habet locos suos ad affectionem excitandam: Sicut super Textum in Glos. illis ibi assignatur. Amplius *uel cõclusionis.* Tertiò adornatur hoc carmẽ alphabeti literis ordinatis, quæ singulis sententiis præponuntur: sicut in illo cantico ecclesiæ. *A solis ortus cardine* primus uersus incipit ab A. secundus a B. & sic de aliis: ita est in hebræis. Sed literæ hebraicæ non solùm faciunt ad adornatum facundiæ, immo ad doctrinam sapientiæ, & ad intellectum sententiæ subiũctæ. Primò dico ad doctrinam sapientiæ; ad docendum quòd initium est, & quasi elementum nouæ uitæ, mala propria & aliena deplorare, iuxta illud uerbum Ioel præmissum. Conuertimini ad me in toto corde uestro &c. Ad Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Secũdò dico ad intellectum sententiæ subiunctæ; ideo enim iis sententiis præmonstrantur literæ; quia interpretatio earum conducit sensibus illorum, quæ scribuntur. Hoc tamen aduertẽdum quòd primum, secundũ, & quartum alphabetum semel tantum positis literis pręmonstrantur. Tertium uerò, quod continetur Cap. 3. singulas continet literas triplicatas.

¶ Amplius aduertendum: ꝙ Liber iste seu Tractatus scribitur

bitur apud Hebræos tam ser mone hebraico, quàm literis hebraicis. Non ficut quidam malè opinantur, quòd fit scri ptus literis hebraicis, & sermone Caldaico: pro eo, quod dicitur in Prologo Dan. Danielem, & Esdrā, & unā Ieremiæ pericopē. i. partē hebraicis q́dē litteris, sed chaldaico sermone cō scriptos &c. q̄ pericopē Threnos esse fabulant. Cū non fit ita: sed illa breuis particula est, quæ dr̄ Ierem. 10. cap. Sic ergo dicetis eis. Dii qui cœlum, & terram nō fecerunt, pereant de terra; & de iis, quæ sub cœlo sunt. Quod hebræi usque hodie tā in Chaldęo sermone, q̄ literis hebraicis sensibiliter ostēdūt.

Hiero ny.

¶ Adhuc sciendum, ut dicit Rab. eodem modo plures esse conscriptos Psal. puta 36. scilicet. Noli emulari. Itē centesimum undecimum. i. Beatus uir, qui timet. Item 118. Beati immaculati. Et 144. Exa tabo te Deus meus Rex.

¶ Cum hoc etiam sciendum: ꝙ in hoc opere sicut in Cāticis canticorū more cantici ad gaudendum, uarię sibi rn̄dentes introducuntur personæ.

¶ Causa uerò, finalis intelligitur in saltum ut dictū est: iuxta quod dicitur Ioan. 16. Plorabitis, & flebitis uos, mūdus autem gaudebit, uos aūt contristabimini: sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Ezech. 3. Signa thau super frontem uirorum gementiū, & dolentium super cunctis abhominationibus, quæ fiūt in medio eius. Et infra. Omnem autem, super quem uide bitis thau, ne occidatis.

¶ Ampliùs considerandum quod dicit Glos. lamentationes Ierem. membro orationis maximè distingui, uel dissoluto colorari: membra autem latinè, græcè dicuntur cola uel commata: quia cōmata dicuntur distinctiones maiores, quas Tullius propriè Membra appellat. Verbi gratia Isa. 1. Dereliquerūt dominum blasphemauerunt sanctum, abalienati sunt retrorsum. Membrorum uerò unum ab alio excipi dicitur, quando per sequēs quod pręcessit, explicatur, uel ampliatur. Qui ornatus, quāuis cōstare possit ex duobus membris: successiuè tamen cōstat ex tribus: ut dicit Tullius. Et sic est liber iste descriptus. Qui etiam Tullius Articulos uocat, quod græci cola. quāuis colon membrum sit. Articulus autem est, quando singula uerba singulis interuallis distinguntur ut hic; *Acrimonia uitæ uultu aduersarios perterruisti.* Talibus igiť maioribus sententiis Liber iste deducitur, nunc coniunctio-

ne connexis, nsic uero & quidem frequentiùs sine copula media sibi coniunctis. Quod intelligitur in colore dissolutionis: quia (ut dicit Tullius in ultimo Rethoricæ) dissolutio est, quæ coniunctionibus uerborum è medio sublatis separatis partibus efficit. ¶ Huic autem operi hæc litera in quibusdam libris antepostita inuenitur: quæ non est tamen de ueritate textus, *Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est; sedit Ieremias flens; & planxit lamentatione hac in Hierusalem, & dixit &c.* [*Ductus Israel*] quantum ad decē Tribbus [*& Hierusalem deserta est:*] quantum ad duas tribbus [*sedit Ieremias flens*] in sessione doloris uehementia, & continuitas designatur, sicut Iob sedens in sterquillinio. [*Et planxit lamentatione hac in Hierusalem,*] & dixit &c.

CAP. PRIMUM.

Aleph.



QUOMODO sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi uidua domina gentium? Princeps prouinciarum facta est sub tributo.

Beth. *Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eā ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.*

Gimel. *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persequutores eius apprehenderunt eam inter angustias.*

Daleth. *Viæ Sion lugent, eo quòd non sint qui ueniāt ad solennitatem: omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: uirgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.*

He. *Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter*

multitudinẽ iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

Vau. *Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius uelut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.*

Zain. *Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis, omniũ desyderabiliũ suorum quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: uiderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.*

Heth. *Peccatum peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia uiderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.*

Teth. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est uehementer non habens consolatorem: uide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.*

Iod. *Manũ suã misit hostis ad omnia desyderabilia eius: quia uidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.*

Caph. *Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt preciosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine, & consydera, quoniam facta sum uilis.*

Lamed. *O uos omnes qui transitis per uiã, attendite, et uidete si est dolor sicut dolor meus, quoniã uindemiauit me, ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.*

Mem. *De excelso misit ignẽ in ossibus meis, conuertit & erudiuit me: expãdit rete pedibus meis, cõuertit me retrorsum: posuit me desolatã, tota die mærore cõfectã.*

Nun.

Nun. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est uirtus mea: dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere.*

Samech. *Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: uocauit aduersum me tempus, ut contereret electos meos: torcular calcauit Dominus uirgini filiæ Iuda.*

Ain. *Idcirco ego plorãs, & oculus meus deducẽs aquas: quia longè factus est à me consolator conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.*

Phe. *Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.*

Sadi. *Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiã prouocaui: audite obsecro uniuersi populi, & uidete dolorem meum: uirgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.*

Coph. *Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me: sacerdotes mei & senes mei in urbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, ut refocillarent animã suam.*

Res. *Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est uenter meus: subuersum est cor meum in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, & domi mors similis est.*

Sin. *Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierũt malum meũ, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.*

Thau. *Ingrediatur omne malum eorum coram te: &* uin-

uindemia eos sicut uindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

MODVS procedendi, & diuisio huius operis patet sic. Plangit eum in duobus primis alphabetis ad literam dispendia Synagogę, & mysticę Ecclesiæ in generali. Secundò personarũ maiorum in speciali in tertio & quarto Capit. In primis autem duobus differenter procedit. Sicut enim in peccato duo sunt, conuersio.s. ad bonum commutabile, & auersio à bono commutabili: ita econtrariò in pœna duo sunt iis correspondentia.s. flagellum sensibile, contra conuersionem: & gratiæ subtractio, contra auersionem. Primum deplorat in primo alphabeto: secundũ in secũdo Cap. 2. ibi. [*Quomodo obtexit caliginem.*] Ampliùs priuilegiatæ personæ uel sunt insignes ratione sanctitatis, uel ratione dignitatis, seu auctoritatis: tribulationem uirorum sanctorum lamentatur in tertio alphabeto: tribulationẽ maiorum, utpotè clericorum in quarto ibi. [*Quomodo obscuratum est aurum.*] In primo alphabeto sunt quinque partes: Primò enim deplorat synagogæ, & ecclesiæ desolationem: Secundò subdit desolationis rationem. ibi [*Peccatum peccauit Hierusalem.*] Tertiò implorat pietatem supernam, ibi. [*Vide domine afflictionem meam.*] Quartò excitat compassionem supernam, ibi [*O uos omnes.*] Quintò contra aduersarios excitat Dei indignationem, ibi [*Vide domine, quoniam tribulatio.*] In prima parte primò lamentatur ciuitatis depopulationem: secundò Iudæorum transmigrationem, & captiuationem [*Migrauit Iudas*] In describẽdo depopulationem, uel desertationem, primò describit dispendium ciuitatis, & læsionem: deinde consequentem desolationem. [*Plorans plorauit*] Depopulatio aũt eius & disiectio patet ex tribus: ex perdita multitudine, pro qua dicit. [*Quomodo se. let:*] ex perdita fortitudine, pro qua dicit [*facta est quasi*] item ex perdita altitudine, uel dignitate, pro qua dicit [*princeps prouinciarum.*]

¶ Dicit ergo [*quomodo*] Quod enim præmittitur in quibusdam libris. *Et factum est, post quam redactus est Israel, &c.* Non est in Glosatis Libris: nec

nec est de Textu in antiquis, ut tactum est. Huic ergo uersui præmittit litera ALEPH, quæ interpretatur Doctrina: quod dupliciter ad sequentia referri potest. Primò quia defectus doctrinę causa fuit subuersionis populi: propter quod præmittit Aleph, hortans homines attendere pericula sua multiplicata, ne fallantur: Vnde Iere. 5. Propter ea captiuus ductus est populus meus; eo quod nō habuit scientiam. Itē quia errores ei persuasi sunt loco doctrinæ iuxta illud Ierem. 23. cap. A prophetis Hierusalem egressa est pollutio super omnem terrā. Infra cap. eodē Vocaui amicos, & ipsi deceperūt me. ¶Sequitur. Quomodo (inquit admiratiuè) sedet? Vel interrogauit. Cui [*Quomodo*] respondetur infrà cap. eodem [*Peccatum peccauit Hierusalem*] mortem .s. Saluatoris: & quia nō cognouit tempus uisitationis suæ. Luc. 19. In sessione deiectio intelligitur; quia stare per potentiam solita fuerat. [*Quomodo*] inquit id est, qua de causa [*Sola ciuitas plena populo*] olim .s. plena, uidelicet tempore Dauid & Salomonis: modò [*sola*] populo eius in transmigrationem ducto. Vnde secundum Glos. est hic primus conquęstionis locus, per quem in quibus bonus fuerit, (ut aiunt) & in quibus malus fuerit, declaratur. Vel plena erat, quantum ad multitudinem: & sola quia Dei adiutorium non habebat. Econtrà non est solus, cum quo est Deus: ut dicit Hug. Et in Paradoxis dicitur: nunquàm nimis solus sum, quam cum solus sum. Allegoricè ciuitas plena populo sedet sola; quia multi sunt Christiani numero, pauci merito: In cuius figurā dicitur optimè Luc. 8. Ait Iesus, quis me tetigit? negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor turbæ te comprimūt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit Iesus. Tetigit me aliquis: nam & ego cognoui uirtutem de me exiisse. Christus præmebatur, & ab una, quæ uirtutem eius susccpit, se tactum fatebatur. In primitiua autem ecclesia sub dominio Tyrannorum erant Christiani numero pauci, sed comparatiuè sancti, & multi: nunc autem est econuersò.

¶Moraliter anima plena est populo innumerabilium phātasmatum: & sola est, dum nihil cogitat domini.

¶Sed deplorando perditam fortitudinem, subdit [*facta est quasi uidua*] non uiro uidua, sed uiuente uiro dere-

licta:

licta: ita quòd adhuc in ea spes restat reconciliationis acquirendæ. Ierem. 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dominus Deus, & ego suscipiam te. [*Domina gentium*] plurium, quas sibi in circuitu subiugauerat. 3. Reg. 9. Vniuersum populum, qui remanserat de Amorrhæis, & Ethæis, & Pherezæis, & Eu æis & Iebusæis; quos non poterant filii Israel, fecit Salomon tributarios usque ad diem hãc; Et 2. Reg. 3. Factus est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et infrà cap. eodem Facta est Syria seruiens Dauid sub tributo.

¶Spiritualiter, per gentes intelliguntur multi prælatorum ecclesiæ gentiliter uiuentes: quibus solebat ecclesia dominari. In ecclesia enim præfuerunt uiri sancti: modò quasi uidua facta est (dicere possumus) in multis uiris effeminatis, qui alios mundare nõ sufficiunt; quia lutum in manu gerunt Ierem. 3. Dabo pueros principes eorum, effeminati dominabuntur eis. Deplorando uerò deperditum honorem, dicit [*Principes prouinciarum*] Palæstina enim multis principari solebat [*facta est sub tributo*] Ierem. 37. Gens, & regnum, quod non seruierant Nabucdonosor Regi Babilonis; in gladio, & peste & fame, uisitabo super gentem illam. Fuerunt quidem sub tributo primò assiriorum: sicut patet 4. Reg. 18. deinde persarum secundum Isydorum, & post ea Romanorum: sicut patet Luc. 2. Ad literam. Sed allegoricè ecclesia seruit tributis, dum cogitur prouidere hominibus uita indignis; qui stipendia accipiunt sine merito laboris. Vel allegoricè, dum ꝑ diaboli membra clerici peruertuntur; ecclesia diabolicis tributis subiicitur. Moraliter gentes sunt affectiones, uel peccata, quibus anima faciliter dominatur, quandiu sponso fide scilicet & dilectione copulatur (Genes. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius) & quo amisso, propriis affectibus miserè captiuatur: Prouinciæ uerò sensus sunt corporis, quibus anima subuersa tributum reddit, cum sensibilis illecebra adse trahit altitudinẽ rationis: Et nota, quòd dicit [*Domina gentium, & princeps prouintiarum,*] quia affectus debent comprimi, & in plenam redigi seruitutem: sensus autem dirigi habent principante quadam ratio-

tionali distinctione. Quia igitur huius subuersionis est initium defectus doctrinæ sanæ, & pernities persuasionis erroneæ, rectè Aleph præmittitur huic clausulæ. Hic etiam est primus locus conquestionis, ut dictum est.

¶Aduerte de Glossis. In illa enim Glos. Quadruplici plāgit &c. dicitur ita. Materialis est hic numerus.s.quaternarius. Quod pro hoc dicitur; quia materialia hominis designat principia, scilicet, quatuor elementa. Etiam infra dicitur. Hic numerus quasi quadratus & solidus &c. quadratus uerè, & non solidus propriè secūdum mathematicam quadraturam: sed solidus dicitur quia eorū quadrata solidam stabilitatem habent. Infra. Sed etiam cœlestia.i.spiritualia Infra. Virtutes egregiæ.s. Cardinales Infra. Interius &c.i. per quatuor originales defectus, & contrarios quatuor uirtutibus Cardinalibus:quia ignorantia est contraria prudentiæ, malitia iustitiæ, coucupiscentia temperantiæ, infirmitas fortitudini.

¶Item in illa Glos. Lamentatio aut est ex mœrore &c. dicitur. Sicut genus tenditur ad speciem &c. Quod intelligendum est iuxta quandam regulam Rhetorū, quādo ad speciem transitur à genere, & econuersò:ubi per genus & speciem, totum & pars intelliguntur.

¶ Beth. interpretatur domus. Et rectè hæc litera prænotatur: quia post communem ciuitatis desolationem hic ad specialem desolationē consequentem, scilicet domus sacerdotalis & regiæ sermo conuertitur.

¶*Plorans.*] Hic describit (ut dictum est) eius desolationē. Primò tangens ploratus uehementiam: Secundò omnis solatii carentiam. [*Non est qui*]in prima parte tangit desolationis uehementiā, quantum ad omnes: secūdò quantum ad maiores. ibi &[*lachrymæ*] Dicit ergo[*plorans*] dicta ciuitas metaphoricè, ut intelligantur contentum per continens: [*plorauit*].i. ploratum continuauit:[*in nocte*] ad literam: quia de die ploratus signa ostendere non audebat. Tardè tamen pœnituit, cum scilicet se malis undique deprimi conspexit: & ideò ploratus ei minimè profuit;quia ex amore non processit. Vel in nocte plorauit.i. in secreto: quod est amicum flentibus, qui consolari nolunt:sed lachrymis suis pascuntur.[*Et lachrymæ eius in maxillis eius*] id est in maioribus, qui eminent in corpore, sicut maxillę

in capite. Amplius sicut per maxillas cibus masticatur corpori, sic minoribus p maiores debet sapientia communicari. Vel [*in maxillis*] ad literam, quia non erant lacrymæ simulatæ, sed undosę: Et est hic quartus locus conquęstionis; per quem res turpes, & humiles in dignè patientibus proferuntur. Sed pro defectu omnis consolationis sequitur. [*Non est qui &c.*] Consolatio autem dupliciter ei subtracta fuit, & ex morte ac deiectione carorum, & secundò ex ingratitudine aliorum ad inimicitias conuersorum. ibi [*omnes amici.*] Pro primo dicit [*non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius*] .i. prophætis, qui solebant Dei misericordiam prædicere futuram: & principibus, qui solebant antea defendere patriam. Et est hic locus quintus indignationis per quem tum condignationem cõquerimur; cum ab iis, à quibus minimè conueniat, malè tractamur. Sequitur [*omnes amici eius*] qui esse solebãt eius amici, ut finitimę nationes [*spreuerunt eam*] auxilium nõ ferendo [*facti sunt inimici*] prosequẽdo. Propter quod dominus eis multipliciter comminatur, sicut patet in Oneribus Isaiæ. Vel [*amici*] angeli, de quibus Cant. Vltimo. Quę habitas in hortis, amici auscultant. Hi spreuerunt suam, eis protectionem auferentes. Vnde post passionem Christi audita perhibetur uox in aere altè dicentium. Transeamus ab iis sedibus. Qui & inimici facti sunt, domicæ seueritatis executores. Et iusto Dei iudicio quia enim propter uicinos à lege Dei declinauerũt ad Idolatriam, inimici effici permittuntur: sicut dicitur Ezech. 23. Ecce ego suscitabo omnes amatores cõtra te, quibus satiata est anima tua. Et est sextus locus conquestionis.

A 13. cap. usque ad 58

¶ Allegoricè. Vox est ecclesię plangentis peccatores: maxillæ uerò prędicatores, qui uerbum, quasi cibum comminuunt, & toti corpori refundunt. Vel ploratio noctis deploratio est uitæ præsentis: nõ est autem qui consoletur; qñ nullus ex prædicatione compungitur: amici sunt potentes sæculi, qui in prosperitate amicos se esse simulant eius, quem in aduersitate impugnant.

¶ Moraliter habet anima diẽ contemplationem æternitatis: habet uocem consideratione propriæ iniquitatis: quæ consideratio lachrymas producit: quæ sunt in maxillis, cum extendit se contritio ad macerationem carnis: non

non est qui consoletur eam &c. cum desolatam in poenitentia contemnunt amatores ciuitatis. [*Omnes amici spreuerunt.*] Sciendum quòd homo tripliciter à Deo derelinquitur: ali uando intus & non foris: ut cum Dauid adulterium commisit: quem & si Deus facere permisit, arguit tamē per Prophetam. Aliquando foris & non intus, ut Iob. Aliquando foris & intus: ut filius prodigus luxuriosè uiuens, & fame tabescens. Ergo cum dicit [*non est qui consoletur*] ostendit se esse exterius derelictā. Amici autem domestici sunt, qui conuersis ad Christum inimici fiunt: iuxta illud Matth. ult. Inimici homini domestici eius.

¶GIMEL. Interpretatur plenitudo: significatque plenitudinem poenæ & culpæ: sicut Matth. 23. Vbi dicitur Scribis, & Pharisæis: Implete mensuram patrum uestrorum: hoc est, quod illi minus fecerunt peccando, uos consummate. Genes. 15. Nec dū enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, &c. qa peccando, existentes pertinaces, miseriæ & calamitatis complementum meruerunt; quam in captiuitate experti sunt: Rectè ergo hic per Gimel literam sequentibus propositum designatur.

¶[*Migrauit Iudas.*] Hic agit de captiuitate & transmigratione Iudæorum: cuius captiuitatis miseriam exagerat, primò ex multiplicitate malorum præsentium: secundò ex rememoratione præteritorū, ibi. [*Et recordata est*] tertiò ex uilipensione bonorum suorū [*uiderunt eam hostes.*] In prima parte describit miseriam quantum ad deiectionem: secundò quantum ad exaltationem aduersariorum: ibi [*facti sunt hostes.*] Miseriam autem captiuitatis Iudæorū ostendit primò quantum ad terminum ad quem: secundò quantum ad terminū a quo, ibi. [*Viæ Sion lugent.*] In prima parte describit captiuitatem ut uiolenter expertam: deinde consequentem molestiam [*habitauit inter gentes.*] Dicit ergo [*migrauit Iudas*] .i. gens regibus Iudæ subiecta, scilicet tribbus Beniamin, in qua erat Hierusalem: & tribbus Iuda. Migrauit (inquā) de terra sua in Babilonem. Et cum fuerit Iudæorum transmigratio propriè nouem tribuum, quando ducti sunt à Salmanasar in Assirios, sicut patet 4. Reg. 17. Hic loquitur de captiuitate facta per Nabucdonosor: sicut refertur. 4. Reg. penult. & ult. cap. Et accipitur migratio pro captiuitate

ptiuitate. Migrauit ergo [*Iudas propter afflictionem populi*] scilicet quam patiebatur, nec illi resistere poterat, inuadentibus Chaldæis [*& multitudinem seruitutis*] qua affligebatur à finitimis nationibus. Vel seruitus peccatum significat. Hic est (ut dicit Glos.) septimus locus conquestionis.

¶ [*Habitauit*] Ecce consequens molestia; primò quantum ad carentiam desideratæ quietis: secundò quantum ad cõfluentiam inundantis undique tribulationis, ibi [*Omnes persecutores.*] [*Habitauit inter gentes*] ad literam in Babilone. [*Nec inuenit requiem*] proprium est afflictorum ꝙ sem per præsens periculum grauius iudicant: sicut ægroti in nocte diem expectant, sic populus ille in terra propria afflictus fugam petiit, nec sic requiem inuenit: cuius causa subditur in eo, quod sequitur [*omnes persecutores eius:*] undique coarctantes, finitimę nationes insultantes [*apprehendent eam inter angustias*] quia fugiens Chaldæos incidit in Aegyptios sicut patet Ierem. 15. Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium ad gladium; & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem.

¶ Allegoricè. Iuda tribubus Regulos significat illos, qui in ecclesia sunt sublimius constituti: qui Christum se confiteri dicunt: sed quia in eius amore firmi non sunt, pro ipsius nomine indigna pati erubescunt: Migrant ergo propter afflictionem & multitudinẽ seruitutis: quia dum sanctorum passionibus communicare nolunt; à consortio iustorum alieni fiunt: quibus habitare inter gentes, est mundanorum hominum imitari mores, & mũdanis sollicitudinibus implicari: ad quod sequitur eos requiem minimè reperire: & frequenter tales in graues labores & infructuosas incidunt; qui mediocres pro Christo subire noluerunt: Vnde tales alloquitur dominus per Isaiam capit. 47. Descende, sede in puluere uirgo filia Babylonis: tolle molam, mole farinam &c. quod molere est circuitu huiusmodi laborioso implicari: à quo auocans dominus dicit Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis &c. Vel habitare inter gentes, est carnalibus desideriis uel carnalem uitam agentibus more gerere [*nec inuenit requiem.*] Vnde Hugo. Sic erutis oculis ad molã ponitur: qui amisso lumine ueritatis, ani-

mus per appetitum terrenorum desideriorum circũfertur. [*Omnes persecutores eius*] id est spiritus maligni, & desideria carnis, quæ militant aduersus animam: quia quando multiplicatione peccatorum continuati in desperationis angustias labitur, nullius iã tentationibus reluctatur. Vel angustia huius sæculi tristitiam significat, in quam necesse est incidere mudana solatia quærentes immoderatè, ipsis subtractis; quæ quidẽ tristitia ad mala disponit uniuersa. Vnde Ecclesiastes 25. Omnis plaga tristitia cordis est. Vel intelligitur in morte: quando non potest transire ad dexteram, nec ad sinistram.

¶ [*Viæ Syon.*] Post quam actum est de miseria captiuitatis quantum ad terminum ad quem: hic agit de eadẽ quantum ad terminum à quo. s. quantum ad desolationem ciuitatis, quam describit: primò quantùm ad deuastationem eius lugubrem: secundò subdit lugubritatis rationem [*Ibi sacerdotes eius gementes.*] Deuastationem autem ciuitatis ostẽdit quantum ad loca, quæ sunt magis frequẽtata; quæ sunt uiæ, & portę: quæ solent præ cæteris frequentari: quibus destructis, & desolatis; sequitur ut desolata sit pars reliquũ ciuitatis. Huic autem uersui præmittitur littera DALETH. quod interpretatur Tabularũ, uel tabulatum, uel tabula. Vbi misticè significatur, desertatio ciuitatis propter præuaricationem legis contentę in duabus tabulis: Vnde Rabã. Quatuor dicta elementa in unam sententiam redigens, dicit: prima connexio est, doctrina, domus, plenitudo, tabulatum: quia uidelicet doctrina ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Alii tamen dicunt, ibi domus domini incendium deplorari; quia tabulis lignorum imputribilium erat cooperta sicut patet 3. Reg. Sequitur, [*uiæ Syon*] .i. ducentes Syon ad luctũ, [*lugent*] .i. lugubres sunt; & ad luctum solo uisu prouocãt. Cuius causam subdit dicens [*eo quod non sit, qui ueniat ad solennitatem*] sicut fuit ante captiuitatẽ. Et hoc prædictũ fuit. Oseæ. 9. Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis domini? Ecce .n. profecti sunt à uastitate. Et est hic octauus locus conquestionis secundum Glossam. [*Omnes portæ eius destructæ*] portæ tàm ciuitatis, quàm amicorum, quàm etiam templi, & columnæ earum in Babilonem asportatæ, sunt sicut

petet.4.Reg.vlt. in Psal. 73. Quasi in silua lignorum securibus ianuas eius exciderunt in idipsum Iere.31.Luxit Iuda, & portę eius corruerunt.

¶ Allegoricè Viæ syon sunt sancti dantes exempla uitæ: Vnde Ierem.6. State super uias,& uidete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona. Lugent ergo eæ uiæ,eò quòd non sit qui ueniat &c. quia sancti lugent, dum cultum Dei contemni considerant: Deum enim to lere, & pœnitentiam agere, hoc est Deo solemnitatē facere. Vnde Gregorius super illud agite diem solemnem, dicit recitans aliam literam Psal.117. ubi dicitur.Constituite diem solemnem domino.In frequentationibus cōstituitur quisquis se in eius desiderio assiduè affligit. [*Portæ eius destructæ*] portæ prælati sunt, per quas subditi habēt intrare: ipsi enim debent uiam subditis aperire salutis. Iere.14. Luxit Iuda, & portæ eius corruerunt, & & obstructæ sunt in terra. Quasi dicat causa ruinæ subditorum est ruina prælatorū: sicut & contra, reformatio subditorum est ex bona uita prælatorum. Vnde istæ portę sunt destructæ; quia de portis uitę fiunt portę Gehenuę, Moraliter. Viæ syon.i.notitiæ scripturarum lugent.i. lugere faciunt, eò quòd non sit qui ueniat ad solemnitatem, id est propter interiorem deordinationem animę quantum ad uires cognitiuas, & motiuas; quæ tunc ueniunt ad solemnitatem, quādo nullus motus sensibilis impedit internam animæ tranquillitatem.Ierem.2.Venite,ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei &c. Bernardus dicit: uenite oēs cogitationes,affectiones, & intentiones &c. Iste igitur uiæ uerè sunt lugubres, cum in anima sunt motus innumerabiles cogitationum, & affectionum,quibus tunc deficimus a salute. Vel uiæ Syon lugent,quando animæ priùs in arce contemplationis detētę, Deum contemnentes, ad terrenas actiones incuruatæ, lugubres apparēt:Portæ sunt destructę, cum sensus quinque à legibus disciplinæ non restricti, solis illecebris famulantur. Naum.2. Portæ scilicet fluuiorum apertę sunt.Ierem.9. Ascendit mors per fenestras uestras,ingressa est in domos nostras.[*Sacerdotes eius gementes:*]ratio est ulterior luctuositatis. Desolatio enim solet maior apparere ex tribus: uel quando est in personis reuerendis,quibus debetur re-

uerentia: cuiusmodi sunt sacerdotes: uel in psonis simplicibus, in quibus refulget innocentia; cuiusmodi sunt uirgines: uel in ipsa hominum multitudine, in quibus calamitas est magis miseranda. Pro primo dicit [*Sacerdotes eius gementes*] ad literā, qui so lebent ad solemnitates homines inuitare: quia (ad literam) in captiuitatē ducti & à cultu, & à cerimoniis templi exclusi Iohel. 1. Luxerunt sacerdotes ministri domini. Pro secūdò sequitur [*Virgines eius squalidæ.*] .i. deformes, & incultæ: cuius tamen cōtrariū solēt uirgines desiderare: quę & solitæ erāt uias illas sua frequentia ornare. Pro tertiò sequitur. [*Et ipsa*] Syon [*oppressa est amaritudine*] captiuitatis, & doloris: oppressa .i. sic pssa, ut nec ualeat ad gaudiū sccipere. ¶ Allegoricè [*saccerdotes eius gementes*] &c. non iam pro peccatis: sed gemunt præ magnitudine curarum, & inquietatione diuitiarum: quæ sunt spinæ pungentes, & gemitū prouocātes. Iob. 26. Gigantes gemunt sub aquis. Petrus nō sic, sed super aquas ambulauit. In captiuitatem ducti sunt, quia à studio curæ cœlestis in carcerem mundanæ sollicitudinis ceciderunt, & hoc quantum ad statum prælatorum. Pro statu uerò cōtemptorum sequit̄ [*uirgines eius squalidæ*] uirgines incorruptionē mentis in statu cōtemplationis se ctantes [*squalidæ*] squalore uitiorū uel sordidate Matt. 21. Fatuæ aūt, acceptis lampadibus non sumpserūt oleū secū .i. nitorem cōscientiæ, uel puritatem in corde minimè habuerunt. Sed pro statu multitudinis aliorū sequitur [*& ipsa Syon*] .s. ecclesiæ multitudo oppressa, [*amaritudine*] litium & discordiarū: uel ipsa ecclesia uniuersalis in pace, & prosperitate corporaliū Isa. 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

¶ Moraliter, sacerdotes sunt synderesis, cōtra multitudinē malorum remurmurās: uirgo squalida est intentio in bono opere deprauata: quę duo accidūt, cū clerici multa mala aperte faciūt & cū quadā bona faciūt intētione corrupta: unde sequit̄ [*ipsa oporessa*] aīa misera [*amaritudine*] .i. sarcina peccatorum.

¶ H [*Facti sunt hostes.*] Hic describit miseriam captiuitatis, quātū ad cōditiones aduersariorū. Et habet quatuor partes: primò describit dominationē, deinde rapacitate [*inimici eius locupletati*] tertiò, ferocitatē, quia nec paruulis pepercerūt, ibi [*paruuli eius*] quartò tyrannicam potestate, ibi [*egressus est à filia.*] Huic autē clau-

clausulæ præmittitur litera HAE quæ interpretatur illa; quod est pronomen demonstratiuum ad oculum Quasi dicat, ecce ad sensum impleta sunt, quæ à domino prædicta fuerunt. Deut. 28. Ducet te dominus, & Regem tuũ quem constitueris super te, in gentem, quam ignoras; &c. Sequitur [*facti sunt hostes eius*] populi iudaici [*in capite*] .i. habentes dominium. Deut. 28. Ipsa erit in caput, & tu eris in caudam. Pro quorum rapacitate subdit. [*Et inimici eius locupletati sunt*] sicut dicitur. 4. Reg. 24. Nabucdonosor accepit thesaurum domini, & thesauros domus regiæ. [*Quia dominus locutus est super eam.*] Hic est octauus locus conquestoris: non est † natura esse, sed consequentiæ: sicut dicitur Ioan. 12. Non poterunt credere, quia dixit Isaias excæcauit oculos eorum &c. Vnde Ierem. uult dicere hic: non ideo hæc uenerunt, quia à domino prædicta sunt: sed quia uentura erant, prædicta sunt. Dicit ergo quia dominus locutus est super eam, scilicet uẽtura prædicendo super Iudæam [*propter multitudinem iniquitatum eius*] Deut. 28. Tradet te dominus corruentem, ante hostes suos: Ezechiel. 25. Effundam super te indignationem meam in igne furoris mei. Sed hostium ostendens ferocitatem, subdit [*paruuli eius,*] quibus propter ætatem esset parcendum [*ducti sunt in captiuitatem*] Babiloniæ [*ante faciem tribulantis*] id est populi Caldæorum atrociter, & seuerè: non sicut dicit Iacob. Genes. 33. Nosti domine mi, quòd paruulos habeã teneros, & oues, ac boues fœtas mecum, quas si plus in ambulãdo fecero laborare, morietur una die cuncti greges. ¶ Allegoricè, hostes fiunt in capite cum indigni præficiuntur: Ecclesiæ maximè illi quæ est caput aliarum: qui non quærunt, nisi quæ sua sunt. ideò sequitur [*inimici eius locupletati sunt*] quia nihil aliud quærunt. Iob duodecimo. Abundant tabernacula prædonum, & audacter Deum prouocant. Prædones sunt quicunque stipendia ecclesiæ recipiunt, & communi utilitati non incumbunt. Vel inimici, id est dæmones locupletati sunt dum multitudo hominum subicitur diabolicæ seruituti, paucis Christo adhærentibus. Micheæ 7. uæ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ: non est botrus ad comedendum. [*Quia*

† *Alia necessitate.*

dominus locutus est super eam] in pœnam eius: propter enim demerita subditorum permittit dominus præfici pastorem detestandũ. Isa. 3. Dabo principes pueros eorum: & effeminati dominabuntur eis. Ex quo sequitur multiplex, ulterius subuersio subditorũ Ezech. 34. Facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omniũ bestiarum agri: eo quòd nõ esset pastor: sed pascebant pastores semetipsos: [*Paruuli*]. i. simplices, in quibus solebat innocentia florere: [*ducti sunt in captiuitatem*] peccati [*ante faciem tribulantis*]. i. diaboli. Illi ante faciem diaboli ducuntur, qui temptationẽ præueniunt, & sponte in crimina præcipitantur. Moraliter hostes sunt in capite, quando uoluntas rationis inclinatur ad consensum malæ suggestionis; uel quando deprauatur oculus intentionis. Vel fiunt in capite quãdo in adolescentia quis incipit diabolo seruire: aliquos enim capit in fine uitæ Genes. 3. Ipse insidiabitur calcaneo suo. Psal. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sed quando fit hostis in capite, diabolo faciliter datur totum tempus uitę: contra illud Prouer. 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Quod nõ faciunt, nisi qui medicæ sunt uirtutis: ideò per paruulos designantur. Prouerb. 1. Auersio paruulorũ interficiet eos Et cap. 9. Quis est paruulus declinet ad me.

¶*Et egressus est.*] Hic describit hostium formidabilẽ potestatem per effectum, & triũphum: primò respectu omnium insignium personarũ: secundò respectu principũ, & maiorum, ibi [*facti sunt principes eius &c.*] Huic clausulæ præponitur litera VAV, quæ interpretatur Dominium ad uersariorum. Quasi dicat, prædictæ seueritati hæc est adiungenda. Dicit ergo [*egressus est in captiuitatem a filia Syon*]. i. à ciuitate Hierusalem, quę dicitur filia Syon. Sicut enim mater uidetur protegere filiam: sic arx Syon ciuitatem sibi subditam defendebat [*omnis decor eius*]. i. Reges, principes, sacerdotes, & prophetæ homines strenui ad arma, periti ad consilia: iuxta illud Ierem. 3. Ecce ego dominator, dominus exercituum auferam ab Hierusalem, & ab Iuda ualidum, & fortem, & uirum bellatorem, & iudicem, & prophetam &c. Sequitur pro delectione principũ speciali [*facti sunt principes eius uelut arietes, non inuenientes pascua.*] Cum enim sunt arietes debiles, & uagi; faciliter inslu

pos

pos insidiantes incidunt. In tempore obsidionis principes illi fame, & inedia pressi, dissolutis uiribus, pauido corde, non defensionem, sed fugam certè meditabantur: Vnde sequitur [*abierunt absque fortitudine*] fame quippe attenuati, & timore confracti [*ante faciem subsequentis*] populi, scilicet Caldæi.

¶ Allegoricè (ut dicit Rab.) sententia arguuntur negligētes rectores ecclesiæ Dei: ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani. Vel filia Syon, statum significat clericorū, à quibus egressus est omnis decor, ut humilitas, castitas, cæteræque uirtutes. Vel decor egreditur, quando homo non cōfitetur Psal. Confessio, & pulchritudo eius in conspectu eius. Facti sunt Principes eius uelut arietes, qui esse solent duces gregis: aries cum uagatur, pascua non inueniens, gregem ad periculū ducit. Pascua nō inuenit, qui scripturas nō intelligit: qui spiritus suauitatem in corde non sentit: & ideò exteriores uanitates pro solaciis quęrit. Ecōtra de bono pastore dicitur. Ioan. 10. Per me si quis introierit, ingredietur ad contemplationem: egredietur ad curam pastoralem, & pascua inueniet. Econtrà dicitur de illis [*non inuenientes pascua.*] ideò sequitur, [*& abierunt absque fortitudine*] tentationibus faciliter succumbentes. Ezech. 13. Nō ascendistis ex aduerso: nec opposuistis uos muros pro domo Israel.

¶ [*Recordata est &c.*] Huic uersui libri plures habent præmissum [*&*] unde habent: [*Et recordata est, &c.*] Quod esse non potest, quoniam hęc clausula in hebræo incipit hic sic Zacharia &c. quod interpretatur Recordata: quòd si [*&*] præcederet nō inciperet uersus iste à Zai. & deficeret ordo alphabeti. Hic ergo exaggerat captiuitatis miseriam ex rememoratione præteritorum: primò flagellorum multipliciū propter peccata sua: deinde & consolationum, quas habuerat ex gratia diuina, & [*omnium desiderabilium.*] Huic clausulæ præmittitur litera Zain, & interpretatur Hæc: & profectò hæc est ultio diuina, ut ad calamitatis exaggerationem habeat præteritorum rememorationē. Vel ut dicit Rab. hæc quatuor in una sunt connexione computanda, Hæ, Vau, Zain, Heth quod est dictū: ista, & hęc uita iustitiæ: subdatur, qui contra domini beneplacitū tractat. Dicit ergo [*recordata est &c.*] Constructio ibi, est incipienda. Cum caderet popu-

ſus eius ſcilicet iudæorũ, in manu hoſtili,ſ. Chaldæorum: & non eſſet auxiliator propter peccata ſua, Dei auxilio ſubtracto: tunc dico[*recordata eſt Hieruſalem*] continens pro contento [*dierum afflictionis ſuæ*] quibus dominus eam multiplici flagello afflixit, ut uel ſic conuerteretur: unde in Pſalm. viſitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Et repete, recordata eſt præuaricationis ſuæ, id eſt tranſgreſſionis, propter quam meruit à domino flagellari. Et repete, & recordata eſt [*omnium deſiderabilium*]id eſt bonorũ, quæ Deus ei contulerat: [*quæ habuit à diebus antiquis*] in Aegypto,& in deſerto,& in terra promiſſionis: uel tempore Salomonis, quando in proſperitate maxima Iudæi floruerunt. Et hæc omnia calamitatem exagerãt per multiplicem mali illationem: quæ etiam exagerant per boni uilipenſationem, cultus, ſcilicet diuini, quo Deum ſolebant placare, & de hoſtibus triumphare. Vnde[*uiderunt eam hoſtes*] Chaldæi: & deriſerunt Sabbata: quia uerè riſu digna; quia erãt ad impetrandam gratiam inualida: quieſcebant enim ab opere exteriori, non ab opere criminali, uix intenti diu inæ legis meditationi. Vnde 1. Machabæorum.1. Sabbata eius in opprobrium.

¶ Allegoricè Hieruſalem. i. Eccleſia, uel anima contemplatiua in tribulatione poſita, recordata eſt dierum afflictionis ſuæ; quibus aliqua tentatione graui probabatur. Pſalm. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis Iob. 17. In amaritudinibus moratur oculus meus. Vel [*præuaricationis*] quæ flagelli exactione purgabatur. [*Et deſiderabilium ſuorum*] id eſt æternorum bonorum. Eccleſ. 10. In die malorũ ne immemor ſis bonorum. Hac quidem recordatione ſunt aſſiduè reuocanda mala pœnalia, ut uita præſens contemptui habeatur Iere. 10. Hæc eſt infirmitas mea, portabo illam Hinc peccantes per gemitum aſſiduum experientur Apocal. 2. Memor eſto unde excideris: & age pœnitẽtiã: & prima opera fac. Iſa. 38. Recogitabo, tibi oẽs annos meos in amaritudine animę meę. Item ſunt aſſiduè reuocãda beneficia diuina, ſiue præterita, ſiue futura; ut cõtinuè amentur: ideo dicit[*omnium deſiderabilium ſuorum*] Cant. 1. Memores uberum tuorum ſuper uinum. Sed quidam nimis tardè iſta recogitant: pro quibus ſequi-

quitur [*cum caderet populus eius*] id est diuersæ personæ ecclesię,& cogitationes,& defensiones: nec oés singulariter animę [*in manu hostili*] .i. in potestate diaboli. [*Et non esset auxiliator*] Deo deserēte, nec homine subuenire ualēte. Ecclesi.7. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Et illud intelligitur secūdū regulam Ciceronis, qñ transitur de specie ad genus: quoniam cum mali laborant, bonorum præteritorū recordantur, sic Psal 77. cum occideret eos, quærebant eum. [*Viderunt eam*] .s. Hierusalem id est anima contemplatiua [*hostes*] id est dæmones. [*Et deriserunt &c.*] Rabanus; Hostes uidentes, sabbata, derident: cū maligni spiritus ipsa uacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahunt: unaquæque enim anima quò remota ab externis actionibus seruire Deo creditur: eò magis cor tirrannidi illicita cogitando famulatur. Sancti enim uiri, qui à mundi operibus non corpore sed uirtute sapiunt; laboriosiùs dormiunt, quàm uigilare potuerunt. Hæ, Raban. Et similiter Gregor.5. Moralium super illud Iob. Quando solet sapor occupare homines de desidiosis dicit. Quibus plerunque contingit, ut quanto securiùs ab externis actionibus cessant, tantò faciliùs immundæ in se cogitationis stimulum per ocium omne congregant.

¶ *Peccatum peccauit.*] Hæc est secunda pars principalis huius Capituli: ubi subdit prædictæ † dissolutionis rationem, pœnam tamen adiungens culpæ. Primò tangit peccata communiter, scilicet multitudinis. Secundò specialiter illorum, qui erant in statu prælationis, in sequenti uersu [*Sordes eius &c.*] In prima parte, primò tangit pœnę grauitatem: secundò pœnæ multiplicitatē. ibi [*propterea instabilis &c.*] Huic uersui præmittitur litera, Heth, quod interpretatur Vita: cuius expositio, si prædictis copuletur, patet, quòd omnium prædictorum flagellorum causa est uita peruersa. Vel aliter ac si dicat: ad hoc recitātur ita, ut cōuertatur & uiuat. Dicit ergo [*peccatum peccauit.*] Quasi dicat peccata multiplicās frequentauit. Iere.2. Quin uilis facta es, nimis iterans uias Vel peccatum singulariter intelligitur peccatum Idolatriā pro quo fuerunt captiuati. Vel peccatum crucifixionis dominicæ pro quo fuerunt finaliter dispersi. Ioan. 15. Si non

† *Aliàs desolationis.*

non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. [*Propterea instabilis.*] Ecce pœna triplex: prima captiuitatis: secunda grauis uilipensationis [*omnes, qui*] tertia consequentis anxietatis [*ipsa autem gemens*] Dicit ergo pro primo [*propterea instabilis facta est*] migrans de terra sua, immò per totum orbem dispersa, Sed pro secundo sequitur [*omnes qui glorificabant eam*] tempore prosperitatis, spreuerunt eam in aduersitate quando fuit captiuata. Vnde sequitur: [*quia uiderunt ignominiam eius*].i. confusionē captiuitatis. Supra eodē cap. Omnes amici eius spreuerūt &c. Sed pro tertiò sequitur [*ipsa autem gemens*] ipsa Hierusalem: & accipitur continens pro contento [*gemens*] propter afflictionis uehementiam, [*& conuersa est retrorsum*] ut reciperet ciuitatem, & terram, de qua exibat; sicut peregrini recedentes de solo natali, sæpe retrorsum respiciunt: Glosa hoc in bonum interpretatur: & ideo cōuersam retrorsum hoc in loco in bonam partem accipio: idcirco enim Deus inducit afflictionem super quemlibet hominem; ut conuertatur ab errore, & uiuat. Vel melius. in quibusdam Synagoga conuersa est retrorsum, ut sequeretur dominum cum Petro: in quibusdā uerò fractis ceruicibus retro cecidit cū Hely. 1. Reg. 2r

¶ Allegoricè Ecclesia peccauit, ideò instabilis fuit: & à principio Orientis, in finem Occidentis transiuit; & in illis, à quibus recessit, solā infidelitatem reliquit. Vel moraliter. Hierusalem. i. Ecclesia peccauit peccatum cupiditatis, & auaritiæ: ideò non stetit in præterita puritate: nec delectantur, qui eiusmodi sunt, in claustrali tranquillitate. Vnde omnes, qui glorificabant eam, dantes ei magna prædia spreuerunt eam, modò omnia conantes ei auferre: quia uiderunt ignominiā eius cupiditatis, & carnalitatis: quæ ignominiosè sunt in clericis, & religiosis personis. Vel hoc dicitur de ecclesiasticis doctoribus, recidiuantes religiosos redarguentibus. Vnde Raban. ille est doctor ecclesiasticus, qui lachrymas, non risum mouet: qui corripit peccatores; qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem: nec præuenit sententiam iudicis sui. Ipsa autem gemen. religio. s. uel ecclesia, quantum ad alios bonos, uel malos, aliquos pœnitentes. & conuersa est retrorsum ad statum primitiuæ honestatis Ose c. 2. Vadam, & re-

uertar ad uinum meum prio rem, quia bene erat mihi tūc magis quàm nunc Psal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine.

¶*Sordes eius.*] Hic agit de peccatis maiorum. Et habet tres particulas: primò (ut dictum est) tangit potentiam prælatorum: secundò peccatum consequens subditorum, ibi [*nec est recordata:*] tertiò uehementiam pœnarū ibi [*deposita est uehementer.*] Huic sententiæ præmittitur littera TETH. quod interpretatur bonum: quod secundum expositionē Raban. in mysterio continetur sequentis literæ. s. Iod: quod interpretatur principiū Psal. Bonum mihi, quia humiliasti me: quia humiliatio uia est ad ueritatis cognitionem, & implorationem maiestatis: unde sequitur in fine sequentis sententiæ. Vide domine &c. Dicit ergo pro primo [*sordes*].i. peccatum causaliter fuerunt [*in pedibus eius*] idest prælatis, à quibus debuerat suppurari: quia ipsi fuerūt peccatis sordidati, & causa peccati subditorum: fuerunt enim plures, & idololatræ. Deut. 32. Peccauerunt ei, non filii eius in sordibus. Et fuerunt causa excecationis eorum: unde sequitur. [*Nec est recordata finis*] captiuitatis, quam prophetæ prædixerant. Vel ad literam: sordes in pedibus; quia multitudo peditum ducebatur in captiuitatem: iuxta quod dicitur de Tito Isa. 23. Ducent eam pedes eius longè ad peregrinandum. Sic in signum doloris, & miseriæ dicitur 2. Reg. 19. de Miphiboseth, quód uenit ad Dauid illotis pedibus, & ueste sordida. Sed pro uehemētia pœnarum subditur [*deposita est uehementer*] ubi tangitur uehementia flagelli, & defectus omnis solacii ibi [*non habens*] &c. Deposita, id est deiecta, uel humiliata [*uehementer*] de solio regni, & sacerdotii. Isa. 30. Sicut conteritur lagena figuli contritione perualida [*non habens consolatorem*] Isa. 22. Recedite à me amare flebo: nolite incumbere, ut consolemini super uastitate populi mei. Allegoricè, pedes prælati ecclesiæ. Naum. 2. Ecce super mōtes pedes Euangelizantis, & annunciantis pacem. In aliquorum horum edibus sunt sordes gulæ. Isa. 38. Omnes mensæ repletæ sunt uomitu sordium. In aliorum sordes luxuriæ. Exechiel 24. munda re te uolui: sed non es mundata à sordibus. In multorū auaritiæ. Oseę 5. Calumniā patiens est Effraym: quia cœpit abire per sordes. s. sterco-

ra, & egestiones terrenę conscientiæ. Prouer. 30. Generatio, quæ sibi munda uidetur, & non est lota à sordibus suis. [*Non est recordata finis sui.*] Eccles. 7. In omnibus operibus tuis męmorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Vel finis, id est iudicii Eccl. 38. Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum: mihi eri, & tibi hodie [*deposita est uehementer*] de peccato in peccatum [*non habens consolatorem*] quia à se exclusum Spiritum sanctum consolatorem.

Vide domine.] Hæc est tertia pars capituli, quæ prædictæ tamen sententiæ copulatur: quia ex ipsa infertur. Vbi ad se principaliter inclinare nititur cœlestem miseratione. Et habet quinque particulas: primò enim ponit istam implorationem: deinde tanquā motiuum ad hoc, subdit inimicorum exaltationem: ibi [*quoniam erectus*] tertiò subdit templi dehonestationem, & spoliationem, ibi [*manum suam misit*] quartò populi afflictionem. ibi [*omnis populus eius gemens*] & ultimò incidenter implorat diuinam miserationem. [*Vide domine, & considera.*] Cū hactenus propheta planxerit ciuitatem: hic mutata persona introducit ipsam ciuitatem, seipsam plangentem: sed in sequentis uersus initio introducitur uox prophetæ, & consequenter usque in finem alterius uersus, ibi. [*Vide domine, & considera*] ubi iterum eiusdem uox repetitur. Dicit ergo [*uide domine afflictionem meam*] uide compatiens, & in aduersarios deseuiens [*quoniam erectus est inimicus*] contra te superbiens; non tibi, sed uiribus suis triumphum tribuens. Isaiæ 37. Aperi domine oculos tuos, & uide: audi omnia uerba Sēnacherib, quę misit ad blasphemandū Deum uiuentem. Et si hæc imploratio ad inimicos referatur, est locus indignationis primus: Si ad ipsam Iudæam est locus conquestionis nonus. Allegoricè, inimicus erigitur, cum malus in ecclesia indignè præficitur, sicut filii Hely, ecclesiam fœdantes, per luxuriam 1. Reg. 2. Vel cum hæretici per schisma contra ecclesiam eleuantur: sicut Chore & complices sui. Num. 16. Moraliter. inimicus erigitur, quando quis ad diaboli suggestionem incuruatur, & quasi instrumentum diaboli efficitur; sicut dicitur in persona dæmonum Iere. 11. Incuruare, ut transeamus.

¶ *Manum suam*] patet sententia huius uersus, cui præmittitur

titur litera Iod. Quod interpretatur principium. Cuius sententia patet ex prædictis. Vel aliter: quòd hoc fuit principium. Cuius sententia patet ex prædictis. Vel aliter: quòd hoc fuit principiũ præcipuum deiectionis Hierusalem, quoniam gentes in sanctuarium intrauerũt. Hęc autem litera dupliciter exponitur: uno modo secundũ Raban. sic. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, id est omnia templi ornamenta prætiosa diripuit exercitus Chaldæorum: & ipsum templum uastauit. Quòd autẽ sequitur, expositio est, sententiæ præcedentis: & [*quia*] non notat causam, sed concomitantiam quandam [*quia uidit*]. s. iudaica gens [*gentes*]. s. Caldęos [*ingressas sanctuarium suum*]. i. sancta sanctorũ; quod erat sanctuariũ illius populi [*de quibus præceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam*] Deut. 23. Ammonitis, & Moabitis, ẽt post decimã generationẽ nõ intrabunt in ecclesiam domini in æternũ. Et de similibus simile iudicium. Hęc ergo fiunt causa geminæ desolationis Iudæorum. s. & quia desiderabilia rapuerant, & quia loca sancta introierunt. Et secundum hæc, est hic locus conquestionis, in quo nostras fortunas deploramus Deo omnipotenti. Aliter exponitur: ut [*quia*] sit materia causæ, sic [*manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius*] regnum, sacerdotium, uasa templi & alia: domino rectissimè permittente, [*quia uidit*] scilicet dominus [*gentes ingressas in sanctuarium suum &c.*] Tanta enim familiaritate erant gentibus finitimis fœderati, ut eos in templum adducerent: unde Ezech. 44. Sufficiant uobis scelera uestra domus Israel, eo quòd inducitis filios alienos incircuncisos corde, & carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domum meam. Simile loquitũ de Ezechia Isa. 39. Non fuit res, quam non ostẽderet eis in thesauris meis: & dixit Isaias. Ecce dies ueniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt; & quę thesaurizauerunt patres tui usque in diem hanc in Babilonem.

¶ Allegoricè, desiderabilia ecclesiæ sunt status priuilegiati prælatorum: quos diabolus in multis detinet carceratos [*quia uidit gentes*] .i. prælatos gentiliter uiuentes, uel peiùs quã gentes: iuxta quòd dicitur 1. Machab. 7. Vidit Iudas mala, quæ facit Alcimus & qui cum eo erant, filiis Israel plus multò, quàm gentes.

tes: [*ingressas*] non introductas: unde fures sunt, & latrones. Ioan. 10. [*in sanctuarium suum*] .i. principales status ecclesiæ. Psal. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, pollueruut templum sanctum tuum: posuerũt Hierusalem in pomorum custodiam .i. puerorum poma portantium [*de quibus præceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam.*] Deut. 23. Non intrabit eunuchus attritis & amputatis testiculis ecclesiã Dei: hoc est, qui non possunt filios spirituales ecclesiæ parere: quia nec habent in se semen scientiæ, nec uirtutem uitæ.

¶ *Omnis populus eius gemens.*] Hic explicat populi afflictionem ratione obsidionis: & gemitum ratione famis grauissimæ. Huic clausulæ præmittitur litera CAPH. Quæ interpretatur Manus: quasi hæc est operatio Dei, retribuens illis secundum merita. Dicit ergo [*omnis populus eius gemens*] præ obsidionis angustia: & quærens panem, non iam delicias, sed necessarium quærens panem ad substentationem. Cuius famis uehemẽtia patet ex hoc, quod sequitur, [*dederc pretiosa quequæ*] aurum, argentum, & lapides pretiosos: quasi tanta ac tanta erat panis inopia [*ad refocillandam animam*] non sustentandam in suo robore ductã, sed ad miseriam succurrendam; quod refocillatio signi fi cat. Iosephus dicit, quòd in obsidione Hierusalem, tanta fuit fames, quòd populus obsessus quęcunque pretiosa dabat pro cibo, non sustentãte modicum, sed refocillante tãtum: tanta erat penuria, & defectus: sicut patet etiã in hystoria Aegesipsi, & in historia Ecclesiastica. Sed subdens diuinæ pietatis inclinationẽ, infert. [*Vide domine*] quæ uox est miserę pro se loquentis synagogę [*facta sum uilis*] id est, uiliter, & ignominiosè tractata [*uide*] calamitatem, & [*considera*] eius multiplicitatem, quoniam facta sum [*uilis*] id est uiliter, & ignominiosè tractata.

¶ Allegoricè. Post peccata prælatorum subdit peccata, & miserias subditorum: unde dicit [*Omnis populus*] subditorum [*gemens*] boni prælatis malis condolentes, quòd sua indignis dari uidẽt: mali eorum fęlicitati inuidentes [*Et quærens panem*] uerbi Dei. Ierem. 41. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit [*dederunt pretiosa quæque*] hæc est ratio doloris † uera, quia dant sua carnalia, & non spiritualia. Vel aliter: populus gemẽs; diuitias & delitias, quibus

† *Alias una.*

hus abundare uidet clericos, concupiscens [*quærens panem*] idest abundantiam temporalem, uel uoluptatē. Num. 11. In mentem nobis ueniunt cu cumeres & pepones; porriq; cępę, & allia: quæ solent oculos intuentium & comedentium ad lachrymas prouocare. Talis est huius mūdi prosperitas: unde Aug. ad Vincentium; Vincula huius mūdi asperitatem habent uerā, iocunditatem falsam, certum datorem, incertam uoluptatem, durum laborem, timidā quietem, rem plenam miserię spem beatitudinis inanē. Isti dant pręciosa quæque &c. Primò uitam æternā; Matth. 13. Inuenta una pręciosa, dedit omnia pręciosa, & comparauit eam: isti econtrariò illā uitam pręciosissimam dant pro re uilissima. Item dāt uirtutes, & sapientiam: de qua Iob. 28. Nescit homo preciū eius. Item animam propriā. Prouer. 6. Mulier autem uiri pręciosam animam capit. Itē passionē dominicam. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, uel argento empti estis &c. sd pręcioso sanguine, quasi agni immaculati. Ad Hebrę. 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Hæc dant ad refocillandam animam, quam talibus saciare non præualēt Oseæ 4. Comedunt, & non sunt saciati: fornicati sunt, & non cessaueiunt. Quia dicitur Prouer. 6. Pretium enim scorti uix est unius panis: qa non saciat sicut panis: sed magis accendit esurientis uoluntatem. Pro quibus ecclesia ingemiscens, exclamat, dicēs Vide domine &c. Istud, enim uerbum electorum multitudinis est, quod pro aliis dicitur: ut inquit Glos.

¶ [*O uos omnes.*] Hæc est quarta pars capituli in qua alios excitat ad compassionis affectū: Secundò subdit multiplex cōpassionis incitamentum, scilicet triplex: primò per comparationem ad diuinam seueritatem: deinde per comparationem ad hostium importunitatem, ibi. [*Expandit syon manus*] tertiò per comparationem ad falsorum amicorum deceptionem [*uocaui amicos.*] Excitans igitur ad compassionis affectum dicit, [*O uos omnes &c.*] Cui sententiæ præmittitur littera LAMED, & debet finire in D, nō in C H, & interpretatur Disciplina, siue contritio: & hoc ideò qa hic agitur de castigatione Iudeæ, per flagella. Vnde ad Hebreos 12. Omnis disciplina uidetur esse in præsenti, non gaudii, sed mœroris Raban. cōiungit Caph, Lamed quod interpretatur manus contritionis

tionis, uel disciplinæ: & hæc est quarta secundum ipsum connexio: manus intelligitur in opere contritio, & discipli na in sensu: & est hæc uox re liquiarum Hierusalem plangentium sanctuarium destru ctum, templum prophanatū, & cetera talia, ut patebit. Ergo dicit [*O uos omnes, qui tran sitis per uiam*] ad literam, qui multas uidetis ruinas: uel per uiam dicit transeuntes, qui præsentem uitam, quasi uiā transeunt: qui enim eā quasi patriam diligunt, luctum cor dis electorum cōsiderare nesciunt [*attendite*] diligenter cō siderando [*Et uidete*] comparando, & compatiendo [*si est dolor*] tantus [*sicut dolor meus.*] Quasi dicat si nulla alia ciuitas fuit unquam ita horribiliter destructa [*quoniam uindemiauit*] ecce multiplex incita mentum compassionis; primò ut (dictum est) per compa rationem ad diuinam seueritatem: & habet sex particu las: quia primò exprimit miseriam depopulationis: deinde angustiam, aut uehementiam tribulationis [*de excelso misit*] tertio angustiam captiuitatis, [*expandit rete*] quartò miseriam deuastationis fi nalis [*uigilauit iugum*] quintò specialiter ablationem melio rum & maiorum personarū ibi [*abstulit omnes magnificos*] sextò infert consequentem desolationem dictarum reliquiarum ibi [*idcirco ego plorans.*] Dicit ergo plangēs depopulationem primò [*quoniam uindemiauit me dominus*] per Chaldæos, & Romanos: quia sicut qui uindemiant, omnia bona abscindunt, & pauca grana immatura relin quunt in uinea: sic pauci relicti sunt in Iudæa ignobiles, cæteris interfectis, aut in captiuitate ductis [*ut locutus est*] continuè per prophetas. Vin demiauit (inquàm) [*in die iræ furoris sui:*] ira nanque est uo luntas puniendi: furor autem est eiusdem uoluntas seuera, & implacabilis: sicut moris est hominibus furibundis. Isaiç 1. Quid ergo faciam uineæ meæ? auferam sepem eius, & erit in direptionem: dirigā maceriam eius, & erit in cōculcationem: & ponam eam desertam &c.

¶ Allegoricè exponitur; ut sit uox Christi in cruce penden tis, & dicentis, O uos &c. uel animarum existētium in pur gatorio, ac dicentium, [*O uos omnes qui transitis &c.*] quasi qui estis adhuc uiatores attendite &c. Vel est uox eccle siæ in tribulatione constitutæ, quæ ab alienis impugnatur, à filiis propriis non defen ditur; sed potius à plurimis dehonestatur: ob hoc ad deuo

tos suos exclamans ait. O uos oẽs, qui transitis per uiam, ut peregrini ad Heb. 12. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus [*sicut dolor meus*] Ierem. 8. Dolor meus super dolorem, in me cor meum merens. Cuiusmodi dolor est matris iugiter parturientis, uel filios mortuos plangentis, uel sponsi absentiam prę stolantis siue cum suis filiis inter aduersarios exulantis [*quoniam uindemiauit me dominus*] id est uindemiari permisit, cuius uindemiatores sunt dæmones Ierem. 40. Si uindemiatores introissent ad te, mũgendo saltem racemos reliquissent.

¶ Moraliter uox est animæ ueraciter pœnitentis: quia nulla maior desolatio: quam separatio à Deo Ierem. 2. Scito, & uide: quoniam malum, & iustum est reliquisse dominum Deum tuum.

¶ [*De excelso.*] Hic exprimit uehementiam tribulationis: primò exprimens eius anxietatem; deinde eius utilitatem [*Et erudiuit me.*] Huic sententiæ præponitur litera Mem. Quod interpretatur ex ipsis: Quasi dicat ex ipsis iudæorum meritis est angustia aduersitatis. Vel pro allegoria loquitur: quia ex ipsis iudæis fuerunt Apostoli igne Spiritus sancti illustrati: & hæc est expositio Hieronymus, Dicit ergo. [*De excelso*] scilicet cœli palatio; quia ex Deo rectissimè prouidente, sine cuius nutu, naturæ ratione, nec Chaldæi potuissent ei nocuisse. Roman. decimotertio, Omnis potestas à Domino Deo est, [*misit ignem*] id est atrocissimam tribulationem [*in ossibus meis*] id est, intima mea ossa castra, & munitiones intelliguntur: uel in ossibus Regibus, & Principibus; qui erant robur meum. Vel in hoc incendium intelligitur templi, & ciuitatis. [*Et erudiuit me*] quantum fuit in se, docuit me per aduersitatem; quod in prosperitatis tempore capere nolebam. Ierem. 6. Per omne flagellum, & errorem erudieris Hierusalem. Isaia 2, Secundum aliam literam. Sola uexatio intellectum dabit auditui. Et hoc etiam pro tanto uerum est de Iudæis, quia dicitur: quòd post babilonicam captiuitatem nunquam fuerunt iudæi idololatræ, & si aliis modis grauissimè peccauerint [*Expandit*] ecce angustia captiuitatis [*Expandit*] dominus [*rete*] captiuitatis uinculum pedibus meis, ne liberè

liberè ualeam ambulare, aut fugere. Quod dicit, quia subito,& improuisè capta fuit ciuitas. Ezec 1. Expandam rete meum super illum, & capietur in sagena mea:& adducam eum in Babilonem [*conuertit me retrorsum*] in caudam quæ priùs in capite:&[*retrorsum*] iterum captiuando per Romanos post captiuitatem Chaldæorum[*posuit me desolatam*].i. à terreno solatio [*tota die*].i.continuè[*mærore confectam.*] Et iuste ut malis, quæ sine intermissione fecerant, incessabiliter deplorarent.

¶Allegoricè, exponitur de missione spiritus sancti, quod dicitur [*de excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me*] Vbi describitur missio spiritus sancti immissibilis quantum ad quatuor. Ad principium originale missionis [*de excelso*] Ossa mea sicut cremiū aruerunt: cremium est ab omni pinguedine desiccatum. Quantum ad terminum missionis, quia significatur per ossa. i. ecclesiæ membra fortia. Ecclesiast. 1. Fons sapiētiæ uerbum Dei in excelsis. Quantum ad sensibile signū [*ignem*] Act. 2. Apparuerunt illis linguæ dispertitæ tāquā ignis. Quantum ad illustrationis effectū. [*Et erudiuit*] Ps. 93 Beatus homo, quem tu erudieris domine. Ioan. 14. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille uos docebit omnia, &c. [*Expandit rete &c.*] Istud potest esse theoria de regeneratione Pauli Apostoli ut sicut in priori sententia, describitur cōsummatio Apostolorum, qui fuerunt comites diuinæ peregrinationis: sic hic describitur uocatio Pauli doctoris egregii: quia sicut in peccato duo sunt, auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum cōmutabile: sic econtrà in regeneratione duo sunt, auersio, scilicet à bono commutabili, pro quo dicit [*Expandit rete pedibus meis*] & conuersio ad bonum incommutabile; pro quo dicit [*conuertit me retrorsum*] retro enim sibi Christus erat, quem cōtempserat. Vel aliter, ad iustificationē peccatoris duo exigunt.f. præparatio liberi arbitrii & infusio spiritus sācti pparatio aūt nō est de facili sine castigatione gratui sicut de Paulo legitur: qđ significatur in expansione retis: infusio Spiritus sancti, uel rectificatio liberi arbitrii intelligitur in hoc, quod dicit [*conuertit me retrorsum*] æterna siquidem, quibus inhærendū est toto corde, retro sunt, nec tantum peccatori ratione culpæ, sed cuilibet homini misero propter inclinationē ani-

animæ in sensus, & sensilia Vnde dicit in huius designationem Ioan. Apoc. 1. Audiui post me uocem magnam tanquam tubæ dicentis. Hoc etiam adimpletur, quotienscunque per tribulationem castigatur; vnde August. in Cōfessionibus. Tu semper aderas misericorditer sæuitiis, & amatissimis aspergens offensionibus omnes illicitas concupiscentias meas. Et Greg. in Registro; multi in hac uita dolores sunt, qui ad amorem cœlestium cotidie impellunt: qui mihi in hoc solum uehementer placere in hoc mundo aliquid non permittunt. [*Posuit me desolatam*] propter multitudinem peccatorum, & defectum bonorum operum. Ierem. 32. Vox in excelso audita est lamētationis, fletus, & luctus: Rachel plorans filios suos, & uolens consolari super eis, quia non sunt. Item desolatam propter pericula, & impedimentum terrenorum solaciorum. Psalm. Renuit consolari anima mea &c. [*tota die mœrore confectam*] pro pœnitentiæ amaritudine. Ierem. 31. Postquam cōuertisti me, egi pœnitētiā: & post quam ostendisti mihi, percussisti fœmur meū. ¶ *Vigilauit.*] Hic plangit (ut dictum est) finalem, & irremediabilem Synagogæ desolationem. Quam pœnam primò describit ut inflictam iuste: secundò effectum ipsius pęnæ. [*Infirmata est uirtus.*] In prima parte insinuat misericordiam diuinæ dilectionis: secundò finalem recenset seueritatem ultionis, [*conuolutæ sunt & impositæ*] similiter & æquitatem flagellationis. Huic autem sententiæ præmittit litera Num: quod interpretatur; Sempiternum, significans subuersionis ultimæ miseriæ: quando Iudæi per Romanos finaliter in perpetuum sunt dispersi. Dicit ergo [*uigilauit*] quòd diu dormire uidebatur. i. euigilauit Vnde Raban. Vigilare iugū dicit; quia tempus diu dilatæ uindictæ tandem in eam aduertit. Ierem. 1. Quid tu uides? Ierem. Virgam uigilantē. Et dixit dominus ad me, benè uidisti: quia uigilabo ego super uerbo meo ut faciam illud. Iugum iniquitatis est pœna deprimens, & coercens peccatores [*in manu domini*] in quo potentia eius operatiua intelligitur [*conuolutæ sunt iniquitates*] quasi in aceruum reductæ, quæ uidebantur dispersę, & in obliuionem datæ [*& impositæ collo meo*] quasi pondus ad portandum impositæ in pœnam; sicut fit cum imponitur collo latronis. Ierem. 11. Quomo-

do confunditur fur, quando deprehenditur: sic confusi estis domus Israel. Collum significat uoluntatem rationalem: quia sola uoluntate capimus.i.Christo adhæremus: sicut per collum mediū corpus capiti copulatur. Sed pro effectu pœnæ sequitur [*infirmata &c.*] & notat duplicem effectum, scilicet ablationem potestatis, & perpetuitatem captiuitatis, ibi. [*dedit me dominus.*] Dicit ergo [*infirmata est uirtus mea*] propter pœnę grauitatem. Psam. Infirmata est in paupertate uirtus mea [*dedit me dominus in manu*] Romanorū, de qua non potero surgere usque ad finem mundi. Amos 5. Domus Israel cecidit; & non adiiciet ut resurgat. Quod si exponatur de captiuitate facta per Chaldæos, quæ durauit per lxx. annos: tunc exponendum sic [*de qua non potero*] id est, uix, & de difficili potero; uel per me non potero surgere.

¶Allegoricè. Iugum uigilat, cum propter peccata ecclesiam flagellat: quod collo imponitur, quando prælati propter peccata subditorum puniuntur præcepto diuino. Num.25. Tolle cunctos principes populi, & suspēde eos contra solem in patibulis: Quod factum est, quia fornicatus est populus cum filiis Moab. Sic uirus ecclesię infirmatur: quæ sm id, qđ sequit [*dedit me &c.*] in finali condemnatione cōpletur. Amplius infirmatur uirtus per peccatorū frequentiā: q̄a quilibet actus peccati aliq̄d adimit de fortitudine, & habilitate ad bonum. Dat dominus in manu, uel quādo uirginitas amittitur, uel quando peccatū mortale cōmittitur: de quo nullus ꝑ se sine Dei operatione reducit: est.n. homo spiritus uadēs, & nō rediens. [*Abstulit dominus.*] Hic lamētatur subtractionem insigniorum personarū. Et habet tres particulas: in prima parte deplorat stragē personarū. Secūdò ipsum temporum infortunium. [*Vocauit aduersum me*] Tertio deplorat miseriā reliquiarū. ibi. [*Idcirco &c.*] Huic sententiæ præmittitur litera SAMECH. & interpretatur Adiutoriū: in quo innuitur dominici adiutorii ablati lamētatio. Raban. cōiungit hęc tria MEM, NVN, SAMECH: quæ simul iuncta interpretātur ex ipsis sempiternū adiutoriū; ex ipsis.s. scripturis: secūdū ipsum: & est quinta cōnexio. Dicit ergo [*Abstulit omnes magnificos meos*].i. magna facientes [*de medio mei*] ut Reges, Principes, sacerdotes, uirtuosos. Magnificus.n. est, qui in omni opere uirtutis eligit, quod

quod perfectius est: unde magnificentia est Deus & ornamētū diuinarū humanarūq; omnium uirtutū [*Vocauit aduersus me tempus:*] quasi, nō sit istud casu factū: sed ad hoc tēpus diuinitus prouisū. Deut. 32. Adesse festināt tēpora [*ut contereret electos meos*] honore aut gratia cæteris maiores. Vnde sequitur [*torcular calcauit*] in quo uehemētia oppressionis designatur. Et dicit [*torcular &c.*] ut insinuet (ut dictum est) miseriam reliquiarū. Quoniam sicut in torculari quicquid purū est, reliquatur: & quod impurū est, remanet in præsura: sic in Iudeorū obsidione nobiles fuerunt in captiuitatem ducti, ignobiles autem & pauperes quasi aridi derelicti.

¶ Allegoricè. Magnifici intelliguntur prælati: qui tūc auferūtur qn caduca & uilia, quę exigua sunt, sequuntur, magnis & æternis derelinquūt. Isa. 41. Adducet magistratus quasi lutum, & quasi plastes conculcans hominum igitur auferuntur de medio; & mali non sunt in medio, sed in angulo. Debet enim prælatus esse in medio omnium per humilitatem. Ecclesiastici. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis, quasi unus ex eis. Item, per communitatem: ut nullius personam acceptet. Psal. 67. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ. Prouerb. 8. In summis excelsisque uerticibus supra uiam in mediis semitis stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens &c. Item per omnium diligentem considerationem. Prouer. 2. Diligenter agnosce uultum pecoris tui. Isa. 6. Et in medio populi polluta labia habentis, ego habito. Item per pacis confirmationem, & conseruationem. Ioan. ult. stetit Iesus in medio doctorum, uel discipulorum: & dixit illis, pax uobis. [*Vocauit aduersum me &c.*] De toto tempore exigentiam. Bern. Sicut capillus capitis, sic momentum de tempore non peribit [*ut conterat electos meos*] actus condemnet, quos optimos reputabam. Prouer. 16. Est uia, quæ uidetur homini recta; & nouissima eius ducunt ad interitum. In torculari angustia tribulationis non pœnitentialis intelligitur: in torcular. n. uinum eliquatur, quo reficiuntur homines: remanent feces, quæ deprimuntur: sic per pœnitentiam electi probantur ad mensam domini, & rapiūtur: mali affliguntur & murmurationis merito

interius incendiis comburuntur. Vnde pro bonis dicitur. Gen. 49. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuę pallium suum. De malis in Psalm. Vt lutum platearum delebo eos. Vel torcular secundum Glos. est passio Christi Isa. 63. Torcular calcaui solus: & propter hoc uinum præmitur de torcularibus. i. salus de imitationibus dominicæ passionis. Et potest esse thema in passione: quia primò notatur passionis angustia in torculari: secundò patientis potentia in calcatione eiusdem: tertiò efficatia notatur in uirgine filia Iuda.

¶ [*Idcirco ego plorans.*] Ecce consequens prædicta flagella, desolatio reliquiarum. Vbi primò præmittit desolationem, secundò desolationis intensionem [*Et oculus meus*] tertiò utriusque rationem [*quia longè.*] Huic sententiæ præmittitur litera AIN, quod interpretatur Fons, siue oculus: alludens sententiæ sequenti, in qua oculi uelut fontes aquarum abundantia dicuntur irrigui. Dicit ergo [*Idcirco ego plorans*]. i. gens residua: Hierony. tamen exponit hoc de propheta Ieremia. Inde intensio doloris subditur [*& oculus meus deducens aquam*] id est magnam lachrymarum inundantiā, & fontem lachrymarum. Supra cap eodē Plorans, plorauit &c. [*quia longè.*] Ecce ratio desolationis, subtractio diuinæ consolationis; & execratio populi delinquentis. [*facti sunt.*] Dicit ergo [*quia longè factus est à me consolator*] Deus propter peccatum. Longè enim à peccatoribus salus [*conuertens animam meam*] ad bonum: nullus enim ad bonum cōuertitur, nisi priùs in bono delectetur August. de Verbis Apostoli Sermo 16. Vt amori iustitiæ non præponamus omnia, quę delectant: ipse est primus gradus; ut inter omnia, quæ delectant, plus delectet ipsa iustitia. Pro secundò sequitur [*facti sunt filij mei perditi*] ad literam: unde Baruc. 4. Adduxit mihi luctum magnum: uidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum mearum: Sed causa causę sequitur [*quoniam inualuit inimicus*]. i. præualuit.

¶ Allegoricè, uox est ecclesię, uel animæ sanctæ: quæ sponsi sui deplorat absentiam. Sed deploratio efficax nō est nisi continuetur: unde ille à domino consolari uidetur, qui seruat cor. s. continuè lachrymosum nullum admittēs interruptiuum solatium. August. consolatio nolo uos, nisi primum uenia reduxerit uos. Et hoc est, oculum facere fontem

fontem aquæ [*quia longè fa. ctus est &c.*] propter peccata mea. Econtrariò cum præsens sit consolator, non habent locum amaritudinis lachrymæ. Matth. 11. Nunquid possunt lugere filii sponsi, quandiu cum ipsis est sponsus [*facti sunt filij mei perditi*] falsi Christiani. Vel de anima singulari intelligitur Oseæ. 9. Ephraim adducet filios suos ad interfectorē: Ephraim interpretatur frugifer: quia filii ecclesiæ prosperitate, & affluentia præcipuè corrumpuntur.

¶ *Expandit Syon.*] Hic secūdò post declaratam ad se diuinā seueritatem; subdit compassionis incētiuum, hostium.s. importunitatem. Primò describens oppræssionis miseriam: Secundò ipsius pœne iustitiam, ibi. [*Audite obsecro.*] In prima parte, quia hostes tunc maximè sunt molesti; quando illi, quorum sunt hostes, sunt in angustia constituti: ideò primò describit contra Iudæos adiutorii & solatii indigentiam; deinde subdit aduersariorum impugnantium ibi [*mandauit dominus*] tertiò consequentem iudæorum ignominiam, ibi [*facta est Hierusalem.*] Huic sentētiæ præmittitur litera PHE, quæ interpræratur os ab ore, nō ab osse: uel oris, genitiuè: quasi dicat: maior est obsessio mei, quàm lingua ualeat enarrare: unde etiam manuū extensione prætenditur. Dicit ego [*expandit*] sicut periclitans, requirēs adiutorem: uel in sinum afflictionis maximū: sicut solent afflicti graui morbo facere; & mulieres parturientes [*Sion*] continēs, pro contento [*non est, qui consoletur eā*] dominico subtracto solatio, & diuino flagellante iudicio. Naum. 3. Vnde quęram consolatorem [*mandauit dominus aduersus Iacob*] .i. duas tribbus Iuda, & Beniamin; de eius genere & nomine gloriantes. Mandauit quantum ad pœnę iustitiam, non quantum ad punientium malitiā [*in circuitu eius hostes eius:*] unde 4. Reg. 25. Nabuchdonosor, & omnis exercitus eius circundederunt ciuitatem, & extruerunt in circuitu eius munitiones. Sed pro cōsequēti ignominiæ subdit [*facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos*] Hierusalem cō tinens pro contento facta est quasi polluta menstruis .i. immunda reputata, & abhominabilis: & hoc dicitur secundum Raban. quia sanguinolenta opera, & carnalia desidêria noluit uitare: unde subdit Raban. Mēstrua fœditas est, cum per singulos menses grauia, atque torpentia mulierū cor-

corpora immundi sanguinis effusione reuelantur.

¶ Allegoricè. [*Sion*] id est ecclesia in prælatis sanctis, expandit manus suas pro subditis orando. Vnde Exod. 17. Cum leuaret Moyses manus, uincebat Israel. Non est qui consoletur eā benefaciēdo. Oēs nanq; declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Mandauit dñs &c. hoc specialiter implet̃, cū tribulationes hæreticorum, & aliorum contra ecclesiam suscitantur: præcipuè cum carnalitates, & carni placentia prædicantur tunc Hierusalem, quasi polluta menstruis plangitur: pro quo Isa. 64. Facti sumus, ut immundus omnes nos: quasi pannus mẽstruatę uniuersæ iustitię nostrę.

¶ Moraliter, Sion animam significat, quæ fuit speculatrix Dei, sed in uitia relapsa, ad Dei consolationes frustra se erigit: quin potiùs grauibus taxatur tentationibus: & me dico indiget non sponso.

¶ *Iustus est dominus.*] Ecce hic secundò post pœnæ exagerationem, subdit pœnæ iustitiam: recognoscens eam sibi iustè fuisse illatam, dicens [*Iustus est dominus.*] Cui sententiæ præmittitur litera SADE, quod iustitiæ interpretatur, & satis cōuenit proposito. Exinde Raban. facit hic sextā cōnexionē triū præcedētiū literarū AIN, PHE, SADE, quę interpretatur simul fons, siue oculus oris iustitię. Dicit ergo [*iustus est dominus*] me affligendo [*quia os eius ad iracundiā prouocaui*] os eius. i. ipsum mihi per prophetas loquentē Oseę 13. Ephraim in amaritudinibus suis prouocauit me. Quod à sensu morali nō discrepat: ubi docetur omnē pœnā æquanimiter esse ferendā, unde Gregor. secūdo Moral. Si iusta placere dño scimus: pati autē nulla, nisi quæ dño placuerint possumus: iusta sunt cuncta, quę patimur: & ualde iniustū est si de illa passione murmuramus. Glo. dicit super hoc: deprecatio est spes concessionis, quæ est color rhetoricus: unde Tullius: deprecatio est, ĩ qua nō defensio facti, sed ignoscēdi postulatio, cōtinetur. [*Audite obsecro*] ecce iterat cōclusiuè suę desolationis querimoniā: ubi primò inuitat oēs ad cōpassione: deinde subdit cōpaciēdi rationem [*uirgines meæ.*] Vbi dat̃ intelligi, quanto aliquis plus luget, tāto uidet amplius esse lugendū. Di cit ergo [*audite* (obsecro) *uniuersi populi*] Supra inuitauerat ad cōpaciendu aliquos: hic inuitat uniuersos: talis. n. est usus humani affectus (ut dicit Raban.) ut doloris sui, siue

ne gaudii alios quærat esse participes: quatenus illorũ solatio illatum onus tristitię siue lętitię faciliùs portet [*Et uidete dolorem meum*] [*audite*] uerba querrimoniæ [*uidete*] multiplicitatem miseriæ [*uirgines meæ*] ex quibus expectari posset successio posteritatis, [*Et iuuenes mei*] ex quibus expectari posset auxilium defensionis [*abierunt in captiuitatẽ*] Babilonis. Vel iuuenes pro paruulis accipiuntur: ut sit hic octauus locus indignationis: quia tales nec se, nec alios possunt defendere.

¶ Allegoricè. Virgines ecclesiæ particulares 2. Corint. 11. Despõdi uos uni uiro, uirginẽ castam exhibere Christo. Iuuenes etiã abeunt in captiuitatẽ, cum regenerati seducuntur hæretica prauitate: sicut patet in ecclesia Orientali; ibi statim regenerati multiplici imbuuntur errore. Vel in uirginibus pudicitia, simplicitas, & mãsuetudo: in iuuenibus zelus, amor, fortitudo, magnanimitas hęc uadũt in captiuitatẽ ꝑ defectũ prudẽtię: unñ Roboã reiecto cõsilio seniorũ, adhęsit cõsilio iuuenũ. 4. Reg. 15. Vel virgines uadũt in captiuitatẽ in fatuis uirginibus, q̃ superbiunt de uirginitate, & nullis aliis bonis operibus adornant. Vel castę intẽtiones, & cogitationes significant ꝑ uirgines: sicut per iuuenes, robustę affectiones q̃ ducunt in captiuitatẽ, cũ pctm̃ mortale occupat mentẽ. ¶ [*Vocaui amicos*] ecce tertiũ incẽtiuũ cõpassionis. s. cõsideratio fraudũ falsorum amicorũ. Vbi p̃mittit ipsorũ deceptionẽ: deinde cõsequẽtẽ ipsius desolationẽ [*sacerdotes mei.*] Huic clausulę p̃mittitur litera COPH, q̃ interpretatur uocatio: & cõgruit ei qđ sequit. [*Vocaui amicos*] ad literã Aegyptiacos, quos mihi tã quã fęderatos putabã amicos & hęc fuit una p̄cipuarũ causarũ destructionis Hierusalẽ: qa. s. innixi sunt auxilio Aegypti. Vñ Ier. 30. Erit uobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia umbrę Aegypti .i. ignominia. Vñ sequit. [*Et ipsi deceperunt me.*] Iere. 9. Oĩs amicus fraudulẽter īcedit: qa (ut dicit Glo.) in tp̄e primæ, & ultimæ captiuitatis nullũ eis auxiliũ p̄buerũt. Vnde Raban. Patet, ꝙ ꝑ antiphrasim ille amicus dicat, q deceptor esse probatur: sunt. n. q dicuntur amici, sed magis ostẽduntur esse inimici; qa egrediunt ad inimicitiã [*sacerdotes mei*] quibus debetur amplior reuerentia pro auctoritate. [*Et senes mei*] quos ætas facit reuerendos [*in urbe*] Hierosolima [*consumpti sunt*] peste, gladio, uel famis inopia, [*quia*

quæ-

quæsierunt cibum sibi] & non inuenerunt [*ut refocillarent animam suam*]non dicit,ut sustentarent. Quæ omnia, & si pluries cōtingerint, maxime tamen in subuersione facta per Romanos, Et est hic 14. locus conquæstionis: ubi res ipsæ quasi sensibiliter explicātur, ut iudex ad misericordiā inflectatur.

¶Allegoricè. Amici.i.clerici illi,qui uocati ab ecclesia,ipsam decipiunt;cum stipendia recipiunt, & communi utilitati non uiuunt:Vel decipiūt ecclesiam,qui plures pingues recipiunt præbendas: ubi.n. ecclesia deberet & posset habere plures idoneos seruiens; non habet nisi unum uirum condignum. Nec est mediocris ecclesiæ iniuria, cum lucro seruorum suorum per captiuitatem aliquorum ecclesia defraudatur. [*Sacerdotes eius consumpti sunt*] in peccatis uitam infelicem terminantes.

¶Moraliter:homo habet tres amicos: primus est caro, de qua Ephes. 6. Nemo unquā carnem suam odio habuit: iste amicus decipit ducens:ad suspendium sibi consentientes. Prouer.7. Irretiuit eum multis sermonibus: & blanditiis labiorum protraxit illū: statim eā sequitur quasi bos ductus ad uictimam Secūdus amicus est mundus,qui parat famē,uel laqueū: unde Apostolus 1.ad Timoth. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidūt in laqueum,& in temptationem diaboli &c. Tertius est diabolus, qui suspendit sibi consentientem Oseæ 4. Ligauit eum spiritus in alis suis, ut confundetur à sacrificiis suis [*quæsierunt sacerdotes cibum*] & non salutem animarum Eze.34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.

¶[*Vide Domine*] Ecce uigesima pars capituli:ubi excitat in aduersarios Dei indignationē. Et primò præmittit in summa calamitatem: deinde inimicorum iniquitatem [*omnes amici mei*]tertiò infert suā intētionem ultimo uersu ibi [*ingrediatur omne malum.*]Calamitatem suā describit quātum ad quatuor:primò quantum ad angustias corporales, quæ intelliguntur in turbatione uentris: secundò quantum ad angustias spirituales, quæ intelliguntur in subuersione cordis:tertiò quantum ad angustias uniuersales,quę intelliguntur per foris est gladius: quartò quantum ad angustias irremediabiles, ī principio uersus sequentis ibi. *Audierunt &c.*] Huic uersui præmittitur litera. R E S.quæ interprætatur capitis qa hic descri-

describitur tribulatio ad intima cordis perueniens. Dicit ergo[*Vide domine*] ut mihi cópatiaris, & cótra aduersarios indigneris [*quoniam tribulor*]. quam tribulationem explanans, subdit [*uenter meus conturbatus est*] quasi parturiẽtis, cui est uehementissimus dolor uentris. Vel uenter sacerdotes sunt mali: quia mali prę lati ommittunt uitalia sacramenta toti corpori; solis ipsi uentris sordibus seruiẽtes Ps. Adhæsit in terra uenter noster. Pro angustia cordis sequitur[*subuersum est cor meum in memetipsa*]ubi tanta intelligitur desolationis uehementia, quæ rationis iudicium offuscabat. Psal. Turbatus est in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus. Vel cor mysticè intelligũtur prophetę, & consiliarii: quia in corde est sedes consilii. Oseæ 7. Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Vnde sequitur [*quoniam amaritudine plena sum*] corde, & corpore: undique cernens tribulationem amaritantem 9. Ruth. 1. Non uocetis me Noemi.i. pulchram: sed uocate me Mara.i amaram, quia amaritudine ualde repleuit me omnipotens. Huius autem plenę amaritudinis subditur causa, tribulatio uniuersalis: unde sequitur [*foris interficit gladius*]foris.i. extra ciuitatẽ gladius persecutoris[*& domi*].i. in ciuitate [*mors similis est.*] Quod autem dicit [*domi*] fame: quod uerò dicit [*similis est*]referatur ad similem tribulationem: quoniam tempore obsidionis factæ per Romanos Iudæi contra se pugnarunt: & qui erant superiùs in pinnaculo templi, pugnauerunt contra illos, qui erant in parte templi interiori; ut narrat Aegysippus.

¶ Allegoricè, per uẽtrem potest intelligi ecclesia cathedralis, quæ frequenter per discordias tumefacta, conturbatur: cor subuertitur, quando consilium pacis non inuenitur: sæuiunt ecclesiæ aduersarii, & periculis internis agitatur.

¶ Moraliter, cor subuertitur, quando superiùs clauditur, & inferiùs aperitur: tamen contrario modo materialiter disponatur.

¶ [*Audierunt quia &c.*] Hic quartò tangit angustias irremediabiles, nunquam remedium inuenientes: & introducit, ut dictum est, aduersarios exultantes ibi [*omnes inimici mei.*] Huic sententiæ præmittitur litera SIN, quod interpretatur dentium: quia post dolorem parturientium grauissimus uidetur dolor dentium. Ex prędictis patuit primò

mò morientium, ecce dolor residuorum uiuentium describitur. Dicit ergo [*audierunt*] gentes in circuitu constitutæ, uel alii quicunque [*quia ingemisco ego*] [*ego*] dicit discretionis causa, & signantiæ; quia nullus alius sic gemens inuenitur. [*Et non est qui consoletur me*] supra cap. eodem [*Non est qui consoletur eam &c.* Anxianti autem animæ, hoc est doloris non modicum augmentum: quando ille, in quo spem habuit solatii, differt afferre solatium. [*Omnes inimici.*] Post descriptã suam desolationẽ, hic subdit inimicorum sæuientium improbitatem: primò describit eorum culpam: secundò prædicti futuram ipsorum pœnam, & consolationem econtrario Iudaicã, ibi [*Adduxisti*] Dicit ergo. [*omnes inimici mei audierunt malum meum*] afflictionis & oppressionis] *lætati sunt*] Psalm. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero [*quoniam tu fecisti*] id est me tribulationibus exposuisti. Sed pro sua consolatione futura, & inimicorũ tribulatione, subdit [*adduxisti*] id est, adduces in liberationem de captiuitate Ierem. 31. In fletu uenient, & in misericordia reducam eos [*Et fient*] aduersarii mei [*similes mei*] sicut uidelicet modò sum: & ego liberabor. Isaie 33. Væ qui prædaris, nõne prædaberis? ¶ Allegoricè. Istud retorqueri post contra malos religiosos, qui sunt dentes ecclesiæ, qui latent, & ruminant, uorant pro toto corpore: audiunt quia gemiscit ecclesia in aduersitate, & non est, qui consoletur, id est, qui opponat se efficaciter pro ecclesia. Vel ecclesię ista est uox in pauperibus, quæ in eis ingemiscit; & rarum inuenit adiutorem. Et ideò continget permutatio; quia ueniet pauperibus bonis consolatio in futuro; diuitibus autẽ malis tribulatio: sicut patuit de diuite, & Lazaro Luc. 16. Fili recordare, quia recepisti bona in uita tua; & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uerò cruciaris.

¶ *Ingrediatur.*] Ecce hic tertiò infert suam intẽtionẽ: ubi more rhetorico, ut dicit Glo. post quam ad se iudicis misericordiam inflexit, in aduersarios Dei excitat seueritatẽ. Et habet quatuor partes: q[uarum] primò excitat iudicis affectũ ad eorũ peccata multimoda consideranda: secundò ad flagella conferenda ibi, [*Et uindemia eos*] tertiò excitat ad hoc per exemplum, ibi. [*Sicut uindemiasti*] quartò ęquitatis

tatis iudicium. ibi [*propter omnes.*] Huic sententiæ præmittitur littera THAV. quæ interpretatur signa: quia secundum Raban. interpretationis gratia copulandum est cum tribus literis præcedentibus, COPH, RES, SIN, quod interpretatur, uocatio, capitis, dentium, signa. Per dentes (inquit) articulata uox emittitur: & iis signis, ad caput omnium, qui est Christus, itur: per quem ueni tur ad regnum sempiternū. Aliter, Iudæi habent 22. literas, & 22. libros. s. secundum computationē: ultima aūt literarū est Thau: uicenarius autem primus numerus continet septenarium triplicatum; & significat trinitatem: ultima autem litera superaddita. s. Thau, significat, & signat essentiæ trinitatis unitatem. Vel sicut dicit Hierony. apud Samaritanos Thau litera habet figuram crucis; quamquam apud hæbreos corrupta sit: quod hoc significat, quòd quidquid in ueteri Testamento ponitur, signum est dominicæ passionis. Vel aliter intelligendū, quòd nulli prodest lamentatio, nisi cuius ad mortē Christi intentio ordinatur: propter quod Thau ultimò ponitur in hoc quadruplici Alphabeto. Dicit ergo [*Ingrediatur omne malum*] quod quasi ingredi non uidetur, dum non punitur [*omne malum eorum coram te*] ad examen, scilicet tuum. [*Et uindemiam eos*] Raban. Vindemiare est unumquemque fructum operum suorum metere. Et notandum (ut dicit Raban.) quòd quando sancti uiri deprecatorio more contra hostes suos rogāt, nō uoto malitiæ, sed spiritu prophetiæ hoc, quod eis præsciūt futurum, prędicūt. Vel etiam cōtra spirituales nequitias orant; & quos incorrigibiles esse sciunt, ut iustam à domino recipiant sententiam, & electi ab eorum infestatione liberentur. Hæc Rabanus. Et si hoc erant pro dęmonibus, possunt eadem pro (incorrigibilibus hominibus supposita incorrigibilitate) mereri zelo iustitiæ. Vel spiritualiter intelligitur, ut sit uindemiatio mali in eis destructio. Pro exemplo sequitur [*sicut uindemiasti me.*] Et pro regula iustitiæ sequitur [*propter omnes iniquitates meas.*] Et in similibus simile iudicium. Quam sententiam exponit, subdēs qualiter uindemiauerit [*multi enim gemitus mei*] qa modò est ratio ge mēdi: & hoc quantū ad signū exterius [*Et cor meum, mœrēs*] quantū ad lamētū interius.

¶ Allo-

¶ Allegoricè. Primò cõplebit in iudicio, qñ illud Ps. Implebitur. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Et illud Apoc. 6. Quare non iudicas sanguinem tuum. In quo zelus quidam iustitiæ intelligitur, supposita pertinatia delinquentium. Vel certè, satis uindicat, cum inspirando peccatoribus pœnitentiæ spiritũ, eos ad puniendum peccata sua incliuat.

CAP. SECVNDVM.

Aleph.



Vomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui?

Beth. *Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones uirginis Iuda: & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.*

Ghimel. *Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexterã suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.*

Daleth. *Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat uisu in tabernaculo filiæ Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.*

He. *Factus est Dominus uelut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.*

Vau. *Et dissipauit quasi ortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathum: & in opprobrium & in indignationẽ furoris sui regẽ & sacerdotẽ.*

Zain. *Repulit Dominus altare suum, male dixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius: uocē dederunt in domo Domini, sicut in die solenni.*

Heth. *Cogitauit Dominus dissipare murū filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxitque ante murale, & murus pariter dissipatus est.*

Teth. *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit uectes eius: regem eius & principes eius in gētibus. non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt uisionem à Domino.*

Iod. *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua uirgines Ierusalem.*

Caph. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt uiscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritionē filiæ populi mei, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.*

Lamed. *Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & uinum? cùm deficerent quasi uulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrū suarum.*

Mem. *Cui comparabo te? uel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te uirgo filia Sion? magna est enim uelut mare contritio tua: quis medebitur tui?*

Nun. *Prophetæ tui uiderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam prouocarent: uiderunt autem tibi assumptiones falsas & ejectiones.*

Samech. *Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per uiam: sibillauerunt & mouerunt caput suum super Hierusalem: Hæccine est urbs, dicentes, perfecti decoris gaudium uniuersæ terræ?*

Phe

Phe. *Aperuerũt super te os suum omnes inimici tuis sibil ıuerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en iste, est dies, quam expectabamus inuenimus, uidimus.*

Ain. *Fecit Dominus quæ cogitauit, complеu't sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis destruxit, & non pepercit: & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.*

Sadi. *Clamaui cor eoram ad Dominum super muros filiæ Sion: Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

Coph. *Consurge, lauda in nocte in principio uigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: l: ua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.*

Res. *Vide Domine, & considera quem uindemiaueris ita. ergone comedent mulieres fructum suum paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & propheta?*

Sin. *Iacuerunt in terra foris puer & senex: uirgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio, interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.*

Thau. *Vocasti quasi ad diem solemnem: qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.*



OST quam in præcedenti alphabeto deplorauit propheta temporalẽ illius populi tribulationem, secundum quod illata erat ab aduersario tribulante; hic lamentatur eandem, secundum quod illata erat à domino reprobãte. Et habet quinque

que partes primò quantum ad hoc describit infœlicitatem synagogæ: secundò desolationem introducit super hoc ipsius prophetæ, ibi [*Defecerunt præ lacrymis*] tertiò subdit huius tribulationis mœrorem ibi [*Prophetæ tui uiderunt tibi falsa*] quartò docet exercere se ad gemitum, & compunctionem propter talem ammonitionem ibi [*Clamauit cor eorum ad dominum*] quintò uoluerunt se ad implorandam supernam miserationem. ibi [*Vide domine, & considera*] In prima describit iram Dei, & reprobationis effectum circa statum iudęorum in generali, quãtum.s.ad totam regionem: in secundo in speciali, quãtum ad ciuitatem, [*Et dissipauit quasi &c.*] In prima parte. primò lamentatur illius populi exeçcationem, & detestationẽ: secundò potestatis ablationem: ibi [*Præcipitauit dominus*] tertiò populi stragem. ibi [*Tetendit arcum suum quasi inimicus*] quartò generalem habitationum, & habitatorum dissipationem, ibi [*factus est dominus uelut inimicus*] in prima parte tria tangit reprobationẽ cõsequẽtia: primò exeçcationẽ: secũdò detestationem, ibi [*proiecit*] tertiò omnis gratię, & clemẽtię solitæ subtractionẽ, ibi, [*Et non est recordans.*] Huic literæ pręmittitur litera, Aleph, quæ interpretatur doctrina, & est exponendũ ut supra: sicut patet ex illo uersũ, qui sequitur, *Prophetæ tui uiderunt tibi falsa.*] Dicit ergo [*Quomodo*] admiratiuè, & interrogatiuè. Cui quæstioni respõdetur ita in prædicto uersu. [*Prophetæ tui uiderunt.*] Quomodo obtexit caligine non aliquid præbẽdo, sed gratiã subtrahẽdo: unde Glos. Caligine erroris ignominiæ, uel tristicia tribulationis irremediabilis; quæ prius claruerat lumine ꝓphetarũ [*in furore suo*]. i. ita implacabili, hoc est uolũtate puniẽdi inflexibili: sicut inflexibiles sunt homines furiosi [*dominus filiam Sion*] id est regionem totam, quæ sub arce Sion, & ciuitatem Hierusalem protegi solebat, sicut mater a filia. Mos enim est scripturarum, ut Metropolitanæ ciuitates matres appellentur: & adiacentes regiones, oppidi, & uici filiæ. Pro secundo sequitur [*proiecit de cælo*] cultu illo reprobato, & abiecto filio regni, & diuino fauore ablato, & angelico præsidio [*in terram*] uidelicet altitudine subtracta: nec enim remansit in ea lapis super lapidem, ut prædictum est Luc. 19. [*inclytam*]. s. ciuitatem [*Israel*]

quæ solum inclyta esse solebat. Iere. 51. Quomodo capta est, & comprehensa inclyta uniuersæ terræ. Antiqui. n. libri habent [*terram*] scilicet [*de cælo terram*] & sonat, quasi in terram ad literam. i. Hierusalem terrã inclytam. Sed pro tertio sequitur. [*Et non est recordatus*] ad miserendum [*scabelli pedum suorum*]. i. populi, qui sibi humiliter erat subiectus. Vel Hierusalem templi, ubi dominus super propiciatoriũ apparere solebat Moysi, propter quod scabellũ pedum eius dicitur [*in die furoris sui*]. i. uindictæ irrefragabilis. Allegoricè, exponitur in Glos. & moraliter; quando quicunque solebant esse sapientissimi excecantur merito, scilicet peccatorum: sicut Iudicum 21. Iudas uoluit recipere Virgines Iabes, ne perderet tribum electã ex Israel: & sanctissimi priùs, in sordibus uersantur.

¶ *Præcipitauit dominus &c.*] Postquam lamentatus est excæcationem synagogæ: hic lamentatur potestatis subtractionem. Et quia duplex est potestas magnorum. s. resistendi, & inuadendi: primò deplorat ablationem primæ, deinde secundæ in uersu sequenti ibi [*confregit &c.*] Potentia autem resistendi consistebat in mutationibus, & in personis illas regentibus: pro primò dicit [*præcipitauit*] pro secundò [*polluit regnum.*] Dicit ergo [*præcipitauit*] quod est plus, quàm deiicere, præcipitare. n. idem est, quod proiiciẽdo confringere. Vnde sequitur [*nec pepercit*] quod etiam amplius est, quàm præcipitare: quod in ultima captiuitate est completum, extinctis cęremoniis Iudęorum secundũ Glosam: domino prouidente, ut per ea, quæ euenerũt, uentura uideatur prophetare. Econtra de iusto dicitur in Psal. Cum ceciderit iustus nõ collidetur: quia, dominus ponit manum suam [*omnia speciosa Iacob*] ædificia. i. quæ erant non solum in munimentum, sed in ornamentum, templũ scilicet, & alia ciuitatis ædificia [*destruxit in furore suo*]. i. implacabili ira [*munitiones*] ad literam [*uirginis Iuda*] ciuitatem ab omni fructu sterilem, non habentem ex se successionem. Iere. 39. Totum murũ Hierusalem per circuitũ destruxit exercitus Chaldæorũ. Vel in speciosis intellige opulentiam, in munitionibus potentiam [*deiecit in terram*] dictas. s. munitiones. Sed pro desolatione personarum sequitur [*polluit regnum*]. i. omni pollutioni, & ignominiæ exposuit: q a hominibus subiecit incircuncisis, quorum

consortio,& moribus propha nati sunt. [*Et principes eius*].s. polluit.i.pollutos demonstra uit. Sic ergo patet subtractio potentiæ resistendi.

¶ Allegoricè, deploratur hic lapsus humani generis quò ad tria præcipuè incommoda: primò excæcationis, deinde mortalitatis [*proiecit de cœlo*] tertiò concupiscẽtię car nalis ibi [*omnia speciosa Iacob*] Pro primò dicit Quomodo obtexit &c. Sion intepræta tur specula; & significat statũ animæ rationalis, in innocen tia;que creata. s ad æternita tis lumina contemplãda, quã posuit in specula, cum dixit de ligno scientiæ boni & mali ne comedas &c. quasi enim in specula constituitur, quan do imminentis mali periculum per circũspectionem cauere iubetur. Filia ergo Siõ, anima hominis, speculationis filia, non tamen firmata in arce contemplationis. Sunt enim filiæ Hierusalem.i. contemplatione clarè uidentes: sunt filiæ Sion. i. speculatiuè per specula cernentes: sunt filiæ Babilonis. i. confusionis, q̃ oculos suos statuerunt declinare in terram.) Hæc igitur filia Sion obtegitur caligine, quia lumen rationalis animæ obnubilatur, non penitus extinguitur. Sed ꝑ mor talitatẽ sequitur, Proiecit de cœlo terram inclytam Israel: per hãc terram inclytam cor pus hominis accipimus; quod per immortalitatis gratiam, quasi cœlo simile extitit: & de illo sublimi statu cecidit: postquam illicita acceptauit. [*Non est recordatus ad miserandum scabellum pedum suorum*] id est generis humani, a quo tam seueram uindictam exegit. [*Præcipitauit*] in quo subi ta intelligitur generis humani ruina, de paradiso in mundum, de mundo in infernũ, de immortalitate in mortẽ, de morte in damnatione [*Omnia speciosa*] ecce infœlicitas cõ cupiscibilis, cuius septẽ mala hic enumeres: Primò hominis pulchritudinẽ fœdat [*omnia speciosa Iacob destruxit*] nã speciosus homo erat in corpore, & in corde. Desideria, & inuentiones ad terrena incur uat [*munitiones uirginis Iuda &c.*] Hominem totum deordinat [*polluit regnum*] quod est in subiectione inferiorum uirium contra potentias animę cognitiuas, & affectiuas. Fortitudinẽm eneruat [*confregit in ira &c.*] Gratiam euacuat [*abiecit retrorsum dexteram suã*] omnes sensus ad malum exagitat. [*Et succendit in Iacob.*] Hominem ineffeminatione bestiis assimilat: unde arcu oportebat eum atterrere [*tetendit arcum.*]

¶ *Confregit &c.*] Ecce de subtractione potentiæ ad inuadendum, quæ per cornu intelligitur: quod à finitimis nationibus expertum consueuerat formidari. Istam autē potentiam facere solebat robur Principum: quod lamentatur confractum, diuinūq; patrocinium, quod dicit esse subtractum. ibi[*auertit retrorsum*] multitudo incolarum habitātium per circuitum: contra quod dicit.[*Et succendit.*] Dicit ergo [*confregit in ira furoris sui omne cornu Israel*].i. principum fortitudinem aduersariis formidabilem.[*Auertit retrorsum dexteram suam*].i. protraxit protectionem suam [*a facie*].i. præsentia [*inimici*] ut libere posset in eos desæuire [*Et succendit in Iacob*].i. terra Iudæorum [*quasi ignem flammæ deuorantis*].i. consumentis [*in giro*] in circuitu Hierusalem: quasi, sicut ignis accensus latè uagatur, & consumit omnia: sic fecerunt hostes Iudæorum.

¶ Allegoricè: confregit omne cornu Israel.i. cornutos suos Ecclesia confringi à cupiditatis amore lamentatur.s. prælatos: qui cum cornuti sint ad inuadendum hostes inuisibiles, non uisibiles corporaliter; non debent esse raptores: quia nullum animal habens cornua uiuit de rapina: non enim habent dentes acutos. Item ex quorū peruersis exēplis sequitur spiritualiter in Ecclesia quidquid accidit in synagoga materialiter.

¶ Moraliter diabolus primū hominem in uia domini ambulantem sequebatur, ut eū remoueret: sed non potuit ad hominem accedere, dextera Dei protegente, & intercidente. At uerò cum homo ad diaboli persuasionem se conuertit, statim Deus dexteram suam, à facie inimici retrorsum auertit.

Tetendit arcum suum.] Hic uersus exponit finem præcedentis: hic enim (ut dictum est) lamentatur populi stragem. Et primò tangit istius miseriæ antiquam factam comminationem, secundò iustam diuinæ seueritatis diffinitionem ibi[*firmauit*] tertiò stragem populi generalem, ibi. [*Et occidit omne.*] Ergo [*tetendit arcum*] arcus quia proiicit in longinquum, significat cōminationem factam priùs.s. per uerba prophetarum[*tetendit, quasi inimicus*] quia amicus tendit aliquando ad terrorē, non proiiciēdo sagittam: sed dominus emisit sagittam pœnam debitam per populum Chaldęorum: & quātò magis manus retraxit, tantò fortius percussit, & uehementiùs penetrauit, in modum sagitta-

rii [*firmauit*] immobiliter decernendo [*dexteram*] scilicet ad percutiendum. Alibi significat dextera prosperitatem: hic autem magis seueritatem: quia fortior est motus dexteræ: unde sequitur [*quasi hostis*] ad percutiendum. Qui enim priùs dicitur auertisse dexteram propter subtractionem defensionis: hic dicitur firmasse dexteram. s. propter asperitatē flagellationis, quæ fortior est: in dextera nāque potentia, *Et occidit*]. i. occidi permisit, quod pulchrū erat uisu. i. pulchros homines, & pulchras mulieres, [*in tabernaculo filiæ Sion*] id est Iudeæ, uel Hierusalem: quasi in ipsis domibus suis necabuntur: ut hostis non solum grassaretur ad rapiēdum, sed ēt ad interficiendum [*effudit*] largè, & seuerè [*quasi ignem*] omnia consummantē [*indignationē suam*] id est pœnam, quæ signū erat suæ indignationis. Non dicit quasi aquam, sed quasi ignē: aquarum enim uiolentia solet deiicere, & dissipare non ita cito, nec penitus consumere: ignis uerò subitò destruit, & funditus consumit. ¶Moraliter, in arcu seueritas, uel terribilitas extremi iudicii designatur: tabernaculum animæ corpus est; tabernaculum etiam animæ conscientia est: omne ergo pulchrum occidit utrobique, iu corpore per calamitatem, in conscientia per cogitationum fœditatem. Vel certè per pulchrum intelligere possumus disciplinam morum, & honestatem; quæ dominus dicitur occidere, non cogendo, uel dando malitiam: sed subtrahendo gratiam. Effudit quasi ignem indignationem: quia ignis nunquā deficit, quandiu adest materia cōbustibilis: sic nec hæc infelicitas: immò de cursu humani generis usque ad resurrectionem generalem stabit labes peccati originalis. Vel occidit omne pulchrum dominus; connotans pulchritudinem otiginalem, uel corporalem. Effudit quasi ignem &c. Omnia uitia. s. consumentē. ¶*Factus est dominus*.] Hic lamētatur generalē habitatorū, & habitantiū desolationē: primò plāgēs eorū reprobationē: secundo eius effectū multiplicē. s. Iudeæ afflictionē. ibi [*praecipitauit Israel*] Dicit ergo [*factus est dominus uelut inimicus*] qui priùs diligere, & fouere consueuit [*factus est uelut inimicus*] quia nō iam est ut pr̄, ad correctionē percutiēs: sed ut hostis ad consumptionem præcipitans. Et dicit [*uelut inimicus*] quasi nō omnino inimicus, qa semper punit citra cōdignū. Sapiē. 11. Parcis oībus

quia tuæ sunt domine, qui amas animas. Pro multiplici eorum afflictione sequitur [*præcipitauit*] subitò, & fortiter deiecit [*Israel*] quantum ad populum: [*præcipitauit omnia mænia eius*] .i. muros ciuitatem munientes; uel alia ędificia ciuitatis, [*dissipauit omnes munitiones eius*] Gregor. Lib. 11. Moral. 1. Mœnia in ciuitate ad decorem fiunt, munitiones ad defensionem q.d. sublimia deiecit, & fortia confregit, simile supra dixit, plangendo dispendium regionis. Omnia (inquit) speciosa præcipitauit, destruxit munitionem virginis Iuda; & deiecit in terram. Idem hic intelligitur per mœnia, quod ibi ꝑ speciosa. Quantum uerò ad uniuersitatem hominum oppressorum, dicit [*Et repleuit*] id est multiplicauit [*in filia Iuda*] .i. gente Iudaica [[*humiliatum, & humiliatam*] .i. homines utriusque sexus in magna multitudine fecit humiliari .i. deiici per illam tribulationem. Vel per humiliatum intelligo ordinem prælatorum: per humiliatam plebem subiectam, sicut supra simile dixit in uastatione regionis. Polluit regnum, & principes eius.

¶ Moraliter, factus est dominus quasi inimicus: quia nō quod ipse fecerit in nobis; sed quod nos ipsi fecimus cō sum Ierem. 3. Non enim ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum, præcipitauit Israel .i. hominem Deū uidentem: quia præcipitauit, permittendo eum cadere in lutum peccati. Præcipitatur enim homo, cadendo primò ꝑ superbiā. Luc. 10. Videbā Satanam quasi fulgur cadentem de cœlo. Item per adulationem Isa. 9. Erunt qui beatificantur, præcipitati. Item per luxuriam: sicut figuratū est Matth. 8. Vbi dicitur de porcis, quòd magno impetu præcipitati sunt in mare: sequitur Præcipitauit mœnia, &c. in quo intelliguntur gratiæ gratis datæ, ut est prophetia, & genera linguarum: munitiones sunt uirtutes, ut charitas, fides, & spes: prius ergo præcipitat mœnia, deinde dissipat munitiones: quia frequenter abusus taliū gratiarum facit euacuationē uirtutis: sicut de pulchritudine corporali patet Prouerb. vlt. Fallax gratia, & uana pulchritudo &c. Vel per mœnia intelligitur custodia hominis exterioris: per munitiones uirtutes hominis interioris. Et repleuit in filia Iuda humiliatam & humiliatum. i. spiritum, & carnem subiecit ignominiæ. Vel istud ad populum Iudaicum aliter refer

ri poteſt: quando enim a populo Iudæorum prophetiā, & doctrinam, & miraculorū ſigna abſtulit, quaſi mœnia eius præcipitauit, quādo per infidelitatem eos excæcari permiſit: & à ſpe promiſſionis cum fecit alienos, quaſi munitiones eius diſſipauit: ſicut hoc exponit Greg. 11. mor.

¶*Et diſſipauit quaſi ortum &c.*] Poſtquam in communi lamētatus eſt diſpendia regionis: hic accedit ad deplorandum detrimenta ciuitatis: primò quantum ad deſolationē ſacrarum ædium, & officiorum: deinde quantum ad deſolationem murorum. [*Cogitauit dominus diſſipare &c.*] tertiò quantum ad calamitatem habitatorū [*Contriuit uectes eius*]. In prima parte plangit primò templi deſtructionem: deinde cultus legalis reprobationem: [*Obliuioni tradidit dominus:*] tertiò templi prophanationem factam à gentibus. ibi [*Tradidit in manus ini mici.*] Dicit ergo pro primo [*Et diſſipauit*].i. diſſipari permiſit [*quaſi eorum*] qui ſine clauſura à beſtiis conculcatur [*tentorium*].i. tabernaculū: tentorium appellat; quia uice illius antiquitus filii Iſrael primum in deſerto, ac poſt modum in Silo ad cultum Dei tentorio pro tabernaculo fungebantur: Vel tentoriū ipsum appellat propter cœle ſtem eius diſpoſitionem [*demolitus eſt*].i. demoliri permiſit, ſeu deſtrui [*tabernaculum ſuum*].i. tentorium. In demolitione, quæ paulatim agitur, odium intelligitur, & laceris inuidia Scribarum, & Phariſæorum flagrans ad mortem domini Saluatoris: quæ fuit cauſa ſuæ deſtructionis. Vel differunt tentorium, & tabernaculum: quia tentorium dicitur, ubi torturæ funibus ad polos terræ affixos extendun tur: in quo temporalis honor intelligitur Synagogæ: tabernaculum autem quibuſdam tabulatis conſtruitur; ubi diuina familiaritas, & communicatio ſecretorum deſignatur. Dicit ergo; tentorium, quod appenditur, diſſipauit: tabernaculum aūt, quod terrę hęret ſub foſſione, demolitus eſt: q̄d prædixit Iſa. cap. 1. Derelinquetur filia Sion, quaſi umbraculum in uinea, & quaſi tugurium in cucumerario. Quaſi dicat: ſicut ab orto, & uinea, poſtquā collecti fuerint fructus, cuſtodia hominum tollitur: ſic a populo iſto, quia fructu boni temporis ſterilis eſt, cuſtodia diuina auferetur. Vel per ortum locum uoluptatis, & luxuriæ poſſumus intelligere; quoniam in ortis, & ludis

solebant lasciuire, & dæmoniis sacrificare. Dicit ergo [*dissipauit quasi ortum*] quia.n. in locū sanctitatis impudicitia, & uoluptas ītroiuit, ideò dissipatio, & desolatio uenit. Ad literam primū templum, quod ædificauit Salomō, dissipatum est a Chaldæis: secundū, quod Zorobabel ędificauit, dissipauerunt Romani; & illud tertium, quod adhuc stat prophanant usque hodie, Sarraceni. Sed quantum ad reprobationem cultus sequitur [*obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatē, & sabbatum.*] Ad cultum uetus pertinebant dies sollennes, quos intelligit per festiuitatem, & sabbatum: pertinebant personæ offerentium, uel ministrātiū, quas intelligit per sacerdotē, & Regē: pertinebat altare pro quo dicit [*repulit dominus altare suum*] sacrificiorū cerimoniæ, ꝑ quo subdit [*maledixit sanctificationi suæ.*] Dicit ergo [*obliuioni tradidit*] quasi non solum repulit, sed obliuioni tradidit; quia ea ampliùs non requirit [*in Sion*] ubi erat templum; festiuitatem quamcunque .s. pasca, & aliàs, de quibus Leuit. 24. legitur: & Sabbatū, quod erat solennitatum cōplementū: quod maximè in ultima captiuitate est cōpletum. Isa. 1. Solennitates uestras odiuit anima mea. [*Et*] supple tradidit [*in opprobrium: alias opprobrio*] quantū ad† ignorātiam. [*Et indignationem furoris sui,*] quātū ad angustiā. Vel† ignorātiæ in hoc uehemētia intelligitur, quod nomē indignationis innuat [*Regem, & sacerdotem*] quibus duobus populus ille regebatur: Regi honor debetur, deuotio in sacerdote intelligitur: At uerò pro honore opprobrium Regi, ꝑ deuotione indignatio redditur sacerdoti: ut omnis Iudaici populi excellentia intelligatur destructa fuisse. Nota ꝙ uoluntas puniendi significatur primò nomine opprobrii, in quo intelligitur uolūtas deiiciendi, contra superbiam. Secūdò furoris, in quo †effrenata uoluntas exterminandi intelligitur contra pertinaciam.

† *Aliàs ignominiam.*

† *Aliàs ignominia*

† *Alias*

¶ [*Repulit dominus altare suum*] cuius hostias, & officia nō acceptauit. Vel repulit .i. repelli permisit, quando Achaz transtulit altare æneum de templo, & statuit pro eo altare Damasci, sicut legitur 4. Reg. 16. [*maledixit*] reprobando. Isaiæ. 1. Ne offeratis ultra sacrificium frustra [*sanctificationi suæ*] id est illis, in quibus sanctificatio legalis consistebat scilicet sacrificiis, quæ modò offerre, esset idololatrare:

[*tra-*

[*Tradidit in manus inimici.*] Hic lamentatur prophanationem templi factam à gentibus, dicens [*tradidit in manus inimici*] Chaldaici. uel Romani exercitus [*muros turrium eius*] id est turres munitas: quasi non solum turres ciuitatis exteriores, sed etiam turres interiores templi, scilicet munitiones [*uocem dederunt*] aduersarii [*in domo domini*] gaudentes; se eam obtinuisse [*sicut in die solenni*] solebant facere Iudæi.

¶ Allegoricè ab illo loco, [*Et dissipauit quasi ortum*] per ortum ecclesia intelligitur, in qua sunt rosæ martyrum, lilia uirginum, uiolæ confessorum. Cant. 4. Ortus conclusus soror mea. Tentorium deforis, tabernaculum intus est: per tentorium populus, per tabernaculum intelligitur ordo prælatorum: quos dum temporali gloria sublimauit, quasi tentorium ad decorem expandit: & dum eos ad cognitionem secretorum suorum, & familiaritatem leuauit, quasi tabernaculum eos extendit, hos dissipauit quasi ortum, quia subdidit potentiæ hominum impiorum.

¶ Moraliter; ortus est claustrũ, uel uita clericorũ quorũdam; quia debet esse tentorium, & tabernaculum peregrinantium: quod dissipatur quasi ortus, dũ in rebus spiritualibus sola carnalia quæruntur: sicut in illis patet, qui nunquam ueniunt ad ecclesiam, nisi quando distributiones dantur: sicut bubo non uenit ad ecclesiam nisi propter oleum: Ideo dissipatur per misericordiã, demolitur per insolentiam. Quod figuratum est. 3. Reg. 21. ubi dixit Achab. Da mihi uineam tuã, ut faciam mihi ortum olerum. Vinea in olerum ortum mutatur, quando disciplina per carnalitatis studium eneruatur; quando contemplationis claritas in terrestres occupationes, & affectiones commutatur. [*Obliuioni tradidit*] id est permisit festiuitatem, quæ est feriatio à malis; & est festum laicorum: & Sabbatum, quod est uacatio ab implicationibus mundanis. Vel ad literam: festiuitates ecclesiæ quantum ad multos obliuioni tradit; quia uoces claustralium non exaudit Isaiæ 1. Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam; quia manus uestræ plenæ sanguine sunt. [*Dedit in opprobrium &c.*] quia (ad litteram) regale ecclesiæ sacerdotium apud multos uenit in contemptum. Malach. 2. Irritum fecistis pa-

ctum

ctum meũ;propter quod ego dedi uos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Vel aliter: anima nostra Rex est, & sacerdos: Rex quia debet regere carnem suam: sacerdos, qa iugiter Deo offerre debet deuotionem suam. Rex in opprobriũ traditur, quando anima carni suæ substat, & turpibus desideriis famulatur: sacerdos in indignationem traditur, quando à deuotione cadens, in peccati consuetudinem obduratur. *Repulit dominus altare suum.* Allegor. altare nostrũ Christus est; cuius humanitatis sacrificio Deus nobis placatus redditur: super quod, quasi altare omnia nostra spiritualia sacrificia offeruntur. Hoc altare Deus pater repulit, quando usque ad crucis patibulum in Iudæorum manibus eum dereliquit Psalm. Deus deus meus, ut quid dereliquisti. Sanctificationi suæ maledixit, quia illum quem ad sanctificationem nostram misit, maledictioni acerbissimę passionis exposuit. Vnde Apostolus ad Galat. 3. Christus uos redemit de maledicto legis; factus pro nobis maledictum. Muri turrium, qui in ciuitate præeminentiores sunt, Apostolos significant: qui in Ecclesia sancta dignitate eminentiores, & constantia fortiores fuerunt. Isti quoque in manibus inimici traditi sunt, quia cum Christũ mori cernerent, ipsi per infidelitatem corruerunt. Vocẽ dederunt Iudæi, quia Christo pastore mortuo, & dispersis ouibus, omnino p̃ualuisse gloriati sunt. Vel dominus altare suum repellit, quando homines indignos in ecclesia præfici permittit. Vel muri turrium prælati sunt Isa. 62. Super muros tuos Hierusalẽ constitui custodes Dei. Quibus inimicorũ uox auditur; quando inique, & peruerse dignitatem gerunt.

¶ Moraliter altare nostrum, fides nostra est: super quam sacrificium boni operis immolamus: quod altare tũc repellitur, quando fides nostra bonis operibus nudata, a Deo reprobatur: fides sanctificatur, quãdo ei per incremẽtum uirtutis merita augentur. Sed sanctificatio maledicitur, quando fides ipsa amissis uirtutibus, prauis operibus uiolatur: Oseę. 7. Factus est Israel, quasi uas immundũ. Muri turrium in manus inimici dantur, quando ingenium, & huiusmodi aliæ gratiæ gratis datæ ad iniquitatis studium conuertuntur: in quibus muri inimici uox auditur, quando diabolicæ suggestiones interius admittun-

tuntur, & exterius improbè proferuntur: de quo multum lætantur dæmones: & hoc significatur. [*in die solenni.*]

¶ *Cogitauit dominus.*] Hic secūdò deplorat dispendia ciuitatis quantum ad deiectionem murorum, & propugnaculorum. Primò autem lamentatur muri deiectionem: secundò ipsius antemuralis destructionem [*luxitque antemurale*] tertiò portarum ipsarū euulsionem, ibi [*Defixæ sunt in terram*] Dicit ergo [*cogitauit dominus*] ergo cōsultò fuit: quasi non statim fecit, sed diu eius conuersionem expectauit: & quasi ex deliberatione hoc fecit [*dissipare murum filiæ Sion*] id est ciuitatis Hierusalē ad litteram, quāuis per hoc omnis eius regio possit intelligi [*tetēdit funiculum suum*] ad destruendum, qui tamen nō solet tendi, nisi pro inimicorū eiectione. Per funiculum autem iustitiæ rectitudo intelligitur diuinæ secundum merita illi populo infelici retribuentis. Vel in funiculo pœna, qua peccatores ligare designatur [*non auertit manum suam à perditione*] Quasi dicat, usque ad consumptionē percussit: & quia nullum a culpa liberum inuenit, nullum dimisit immunem a pœna [*luxitque antemurale*]. i. lugendi dedit materiā ipsum destructum cernentibus. Et est antemurale defensio murorum sicut uallū, fossa, uel aliquid consimile [*& murus pariter dissipatus est*] cum antemurali. Per antemurale custodia angelorum: per murum custodia hominum notatur: quarum utraque illi populo subtracta, usque hodie Iudęa lamentatur.

¶ Spiritualiter, cogitatio Dei, uel deliberatio patientia est, qua peccata ad tempus dissimulat: & iustitia, qua digna animaduersione castigat. Hoc autem est funiculū tendere, modum.s. & quantitatem debitam diligenter æstimare, & secundum hoc flagellare. Vel per cogitationē Dei incarnationis dispensatio intelligitur: & quia in carne ueniens Iudæos repulit, ut gentes intrarēt, prius murum filię Sion dissipauit: deinde funiculum hæreditatis suæ super populum gentium dilatauit. Quasi enim contractus erat funiculus, quando de populo Iudæorum tātùm dicebāt Iacob funiculus hæreditatis eius: quia igitur uocationem gentium præcessit irretitio Iudæorum, rectè subditur. [*Et non auertit manum suam a perditione*] à qua manum auerteret, si gentes colligeret, Iudæos non reprobaret. Antemurale.i. Patres

prio-

priores luxit; q a patres priores de iudeæ eiectione doluerũt. murus dissipatus est q̃tũ ad ingratitudinem Iudæorũ, ut ædificaretur in gentibus.
¶ Moraliter. Per murum filiç Sion uirtutes animæ accipimus: cum igitur uirtus accepta eleuat, aut neglecta † deprimit, & malè securi gratiam acceptam custodire negligimus; quam horrendum sit, quod nobis inuisibilis iudex cogitet, ignoramus. Cogitat ergo & deliberat; priusquam feriat: cui funiculum tendere est subtiliter peccati mensuram examinare: nõ auertit manum suam; quia quantò plus patiendo sustinuit, tantò minùs feriendo parcit. Per murum igitur uirtutes animæ intelliguntur: per antemurale operationes intelliguntur: luget ergo antemurale, & murus dissoluitur; quia gratia recedente uirtus tollitur, & opera uirtutum infirmãtur. Vel murus prælati, antemurale principes sæculares ecclesiam defendentes: & hoc & illud luget, cum per ingluuiem lucrandi ministrantur sacramenta. Vel antemurale custodia disciplinæ: quod luget, cum homo deserit disciplinam: quo facto uirtus pariter dissipatur, quæ per murũ intelligitur. Vnde in Psal. Apprehẽdite disciplinam ne quãdo irascatur dominus &c.
¶ *Defixæ sunt in terram &c.*] Lamentatur ad literam portarum euulsionem, dicens [*defixæ sunt in terram portæ eius*] quasi sic corruerunt, ut non sint ampliùs erigendæ, & permanent sicut uestigia ruinæ. In terram ergo fixæ sunt, ut pateant incursioni, uectibus, & feris destractis: unde subdit [*perdidit, & contriuit uectes eius*] id est feræ, uel obstacula hostii; quæ manu huc & illuc, claudendi, aperiendique gratia uehuntur [*Regem eius &c.*] Tertiò agit desolationẽ personarum ciuitatem habitantium. Lamentatur autem primò tribulationis angustiam in magis reuerendis: deinde in magis miserandis [*Consperserunt cinere &c.*] Reuerẽtia autem debetur Regibus propter potentiam; doctoribus propter sapientiam, senioribus propter maturitatis gratiam: sed hæc omnia defecerunt principibus captiuatis, lege combusta, senibus ignominiosè tractatis: propter quòd dicit [*Regem eius*] Noui libri habent Reges, supple ꝑdidit, & contriuit. [*Et principes eius in gentibus.*] Et fortè de portis & uectibus figuraliter locutus est: Regem per portas, principes per uectes intelligens;

† *Aliàs dissoluit.*

ligens: ficut de Sedechia, & filiis eius patet 4. Reg. ult. Pro fecundò fequitur. [*Non est lex*] quia libri legum per Chaldæos conclufi funt. Vel non eft lex in opere feruata; & propterea fuperuenerunt flagella. [*Et prophetæ eius*] pfeudo [*non inuenerunt uifionem a Domino,*] quam tamen fe uidiffe afferebant: & talibus Iudæi credentes, à domino deftructi funt propter peccata fua. Vnde infra. Prophetæ tui uiderunt tibi falfa.

¶Alleg. ab illo loco. Defixæ funt in terra &c. portæ, & uectes prælati funt ciuitatis: qui funt portæ per uerbum, & uectes per confilium, & uerè per exemplum Portæ dicuntur, de quibus Apocal. 21. Singulæ portæ erant ex fingulis margaritis. Item, & uectes dicuntur: unde fignificantur per illos uectes, quibus Archa uehebatur, qui erant de lignis Sethim, quæ erant imputribilia, in fignum caftitatis: erant odorifera, in figuram famæ bonæ: decorata in figuram charitatis. erant in quatuor circulis aureis, in figuram meditationis legis diuinæ, cuius fumma continetur, in quatuor Euangeliis. Portæ igitur funt, quando extra pofitos per prædicationem introducunt: uectes, quando intus pofitos per falutare cōfilium cuftodiunt. Vel per portas Hierufalem, Scribe, & Pharifæi intelliguntur, terrenorum ftudio, & amori intenti: qui Chriftum nedū non receperunt, fed etiam alios ab eius receptione impedierunt, Matth. 23. Væ uobis Scribæ, & Pharifæi hypocritæ, qui clauditis regnū cœlorum ante homines: uos enim non intratis, nec intrantes finitis introire. Hi in terra defixi funt; quia in fola Chrifti humanitate oculos habentes, in laqueū perfidiæ inciderunt. Vel in terra defixi funt, quia literali, uel terreno fenfui legis adhæferūt. Sed uectes dominus perdidit, & cōtriuit; qa cōfilium eorū ad nihilū redegit: perditū eft cōfiliū, qa Chriftū occidēdo extinguere non potuerūt: cōtritū eft et confiliū; qa ob hoc terrā perdiderunt, ꝙ Chriftum occiderunt: propter quod fubditur [*Regem eius, & principes eius in gentibus*] fupple, contriuit: quia gentes eis præfuerunt. Non eft lex, inter eos fcilicet, qui libros habent; fed legis intelligentia carent: Sed quia adhuc fibi uenturum Chriftum perhibent, contra hoc rectè fubiungitur Prophetæ eius non inuenerunt uifio-

uisionem à domino. Quasi dicat. De aduẽtu Messiæ, quod somniant, a se habent; nõ domino reuelante. Sed pro tertio subdit [*Sederunt in terra*] in signum doloris, & abiectionis [*conticuerunt senes*] non audentes monere [*senes* (inquã) *filiæ Sion*] .i. terrę Iudæorum, uel ciuitatis Hierusalem.

¶ [*Consperserunt*] ecce desolatio personarum magis miserandarum: quarum desolationem describit per signa lugubris pœnitentiæ cordis, & cilicii, & corporis ad terrã prostrati. Dicit ergo [*consperserunt cinere capita sua uirgines Hierusalem, accincti sunt ciliciis*] dicit [*accincti*] masculinè, ut in utroque sexu istam desolationem fuisse ostendat. Vel istud ad senes præhabitos est referendum. Aliqui habent supplectionem falsam: accincti sunt ciliciis seniores iudices: hæc enim est corruptio ex ignorantia procedens. Ierem. 6. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere. Quidam aliter putant, accipientes sentẽtiam inde, Filiæ Sion. i. mulieres (ad literam) consperserunt cinere &c. Sed in antiquis uoluminibus reperi sic pũctatim: & hic est sensus hebraicę ueritatis: ut exponitur à quibusdam. Pro tertio subditur [*abiecerunt in terram capita sua uirgines Hierusalem*] ad literam: in signũ dolorũ.

¶ Moraliter. Sederunt in terra; sessio deiectionem, silentiũ stuporem designat. Et rectè senes, in quibus consilii auctoritas esse debuit, siluisse dicũtur: quia calamitati, quę fuit ibi, nullo consilio potuit subueniri, [*consperserunt cinere &c.*] rectè in tribulatione senes conticescunt, uirgines cinere capita sua conspergũt, quia cum tribulatio uehemẽter ingruit maturos sensus in stuporem, & lasciuos ad impatientiam uertit. Vnde subditur [*accincti sunt ciliciis*] hoc ad senes] *abiecerunt in terra capita sua*] hoc ad uirgines: mortem accelerare uolũt, qui ingruentibus malis, spontaneas etiam afflictiones adiiciunt.

¶ Allegoricè [*Sederunt &c.*] Cũ in principio capituli plãxerit propheta lapsum generis humani: deinde etiam in immediatè præcedẽtibus excæcationem populi iudaici; hic transire uidetur ad deplorandum statum ecclesiæ præsentis. Quid enim per filiam Sion, nisi præsens ecclesia designatur? quæ de Sion per fidẽ nata est: cuius Senes sunt pastores: qui senes sunt profectu sapientiæ, & morũ maturitate. Benè senes, non paruuli sicut in lege; ubi homines terrenis promissionibus

quasi

quasi lacte nutriebantur: Hi sedent in terra, cum desunt transitoria per auaritiam, Baruc. 3. Inueterasti in terra aliena. Conticuerunt per ignorantiam, uel per uerecundiā: quia ubi conscientiam remordet reatus, statim linguam à prædicatione ligat timor confusionis. Gregor. 4. Moral. fit omnipotentis Dei mandato, ut nec in bono linguā habeat, qui habere bonam uitā renuit. Et nota, quòd senibus duo debentur: prima sedes Iob 29. Si quando uolebam ire ad eos, sedebam primus. Item primum uerbum Eccl. 33. Loquere maior natu: decet enim te primum uerbum. Econtrà senes sunt in terra, & pueri præficiuntur: senes conticere coguntur, & pueri ad doctrinæ principatum sublimantur: quod non est lamētabile: quia pueri sunt: sed ꝗ sunt non minus moribus, q̄ ætate pueri. Sequitur [*conspserunt*] uirgines Hierusalem sunt boni subditi, qui fidei integritatem custodientes ad supernam patriam, & pacem tendunt. Per caput spiritualis actio designatur. Quid per cineres, qui ab igne relinquuntur, nisi affectiones terrenę signantur? quasi enim ab igne cinis nascitur, quoniā cogitationum carnalium reliquiæ a concupiscentia carnali generantur: Vnde postquam senes sederūt &c. Virgines asperguntur &c. quia simplices, cum prælatos uident incūbere terrenis, & ipsi incipiunt ad consimilia aspicere. Vel cinis conspersus est affectio, & cogitatio turpis in capite. i. uoluntate: Boni tamen interdum puluerem leuis cogitationis habent, non in capite, sed in pedibus: quem iubentur excutere. Matth. 10. Quicūque nō receperit uos, nec audierit sermones uestros; exeuntes foras de domo, uel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Vel cinis in capite, est uana gloria in bona actione principali intentione habita [*Accincti sunt cilicijs*] per cilicia punctiones terrenarū cogitationum designātur: quia conscientia assiduis pūgitur cogitationum aculeis? Benè ergo qui in terra sedere dicūtur terrenis delectationibus inhærentes cilicijs induuntur: quia affectum delectationis sequitur sollicitudo desiderii sociando. Hic est saccus, quem dominus iussit de lumbis tollere. Isa. 30. Solue saccū de lumbis tuis. [*Abiecerunt in terra capita sua uirgines Iuda.*] Hic est perditionis ordo, ut primò quisque bona, quę agit per intentionem humanę laudis, obnubilet; ac deinde ipsa bona

bona opera in prauas actiones committit. Ergo cinere caput aspergere, est delectationes terrenas quærere: uel in bonis actibus laudes humanas: caput abiicere, est manifestè malis indulgere.

¶ *Defecerunt præ lacrimis.*] Hęc est secunda pars Capituli, in qua post descriptam desolationem synagogæ: introducit lamentationem ipsius uocis prophætæ. Primò ostendens doloris sui uehementiam. Secundò subiungens doloris materiam, ibi [*Cum deficeret paruulus.*] Vehementiam doloris ostendit tum ex signo exteriori primò: tum ex dolore interiori secundò. ibi [*conturbata sunt uiscera mea*] tum ex euacuatione omnis solatii, ibi [*Effusum est in terra.*] Dicit ergo [*defecerunt præ lacrimis*] .i. præ abundantia lacrymarum [*oculi mei*] simile Iob. 16. Facies mea intumuit à fletu: & palpebræ meæ caligauerunt. Viri enim sancti in tribulatione, uel contritione uehementi nō solent parcere oculis, aut pectori, unde lib. 1. Soliloquiorum dicit ratio Augustino. Sed iam cohibete a lacrymis: & stringe animum: multum omnino fleuisti: & hoc omnino morbus iste pectoris tui grauiter accipit. Et respondet Augustinus. Modum uis habere cō

Ca. 14 Tom. 1. operum eius.

tra lacrymas meas; cum miseriæ meæ modum non uideā: aut ualetudinem corporis cōsiderare me iubes; cum ego ipse tabe confectus sim.

¶ *Conturbata sunt uiscera mea*] dolore ad intima pertingente. Psalm. Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus [*effusum est in terra Iecur*, (uel epar) *meum*] in errore uoluptatis, et concupiscentiæ, ut dicit Hierony. Quasi dicat in tantum intrauit desolatio, ut omne solatium sit elisum [*super contritionem*] .i. destructionem [*filiæ populi mei*] .i. Iudeę, uel ciuitatis Hirrusalem. [*Cum deficeret*] Ecce afflictio desolationis duplex: primò desolatio magis lamentabiliū personarum: secundò derelictio, & tribulatio uniuersorum. Primò igitur describitur afflictio magis lugubrium, & miserabiliū personarum. s. paruulorū, seu infantium: quorum primò describit indigētiam, deinde lugubrem quęrimoniā, ibi in [*Matribus suis dixerunt*] tertiò exinanitionē [*cum deficerent*] & mortem lamentabilem [*cum exhalarent.*] Dicit ergo [*cum deficerent quasi*] ecce materia doloris, cū deficerent præ fame & siti. [*paruulus, & lactens.*] Aliqui exponunt lactantem, actiuè; pro matribus. s. pueros lacte pascen-

pascentibus, quibus maximè est compatiendum [*in plateis oppidi*].i. Hierusalē: quā uocat oppidum, propter abiectionem, & uilitatem. Matth. 21. Ite in castellū, quod contra uos est. Sed pro lugubri querimonia sequitur. [*Matribus suis dixerunt*] in quibuscūque terrenorum affectibus dixerunt præ famis angustia deficientes, cum essent in delitiis nutriti. [*Vbi est triticum, & uinum?*] Ista petunt, quæ nō petentes abundare eis solebant. Vnde ex hoc patet doloris uehementia [*cum deficerent*] exinanitione totius corporis, [*quasi uulnerati*] effusione sanguinis. Isa. 22. Interfecti tui, nō interfecti gladio nec mortui tui ī bello [*in plateis ciuitatis*] ubi solebāt esse securi, & foueri [*cum exhalarēt*] p̄ famis angustia [*animas suas in sinu matrum suarum*] ad literā: ubi patet doloris exacerbatio.

¶ Allegoricè, ab illo loco [*Defecerunt.*] Vox est in persona ecclesiæ membrorū suorum infirmorum dispendia deplorantis; qui prius planguntur à bonis, quam à semetipsis: proprium enim est clericorum plangere aliena mala sicut propria: oculi sunt prǽlati, qa prouisores: uiscera misericordes, iecurq; charitate feruētes; quia in iecore calor uiget, digestionē stomachi promouēs. Oculi igitur deficiūt, peccato uastāte populū Dei; quia alienis miseriis cōpatiuntur cū Apostolo, dicēte. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis scandalizatur, & ego nō uror? Supra cap. 1. Plorās plorauit in nocte, & lachrymę eius &c. Psal. Oculi mei lāguerūt prę inopia Hugo. Nullū certius ueriusq; indiciū uerę charitatis, quā affectus fraternæ compassionis. Viscera cōturbantur: quia iustæ pietatis affectus cōcutitur in prǽlatis, qui habent alios in uisceribus gerere, & parere. Galat. 4. Quos iterū parturio, donec formetur in uobis Christus. Iecur in terrā effunditur, quādo ex cōpassione bonus prǽlatus uehemēter animo deiicitur, & contra malū excitatur [*super contritionem filiæ populi mei*] in sexu fœmineo infirmitas subditæ plebis designatur: per contritionem, quasi irreparabilis ostenditur calamitas: quia quod contritione. i. cōfractione cōminutū est, nō ampliùs reparatur [*cum deficeret paruulus*] in uia. [*Et lactens*] solius simplicitatis doctrinæ capax ad Hæbr. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonum iustitiæ: paruulus. n. est. Vel p̄ paruulos, populi rudes: per lactētes praui doctores; p̄ plateas oppi-

oppidi seculi uoluptates. Paruulus igitur, & lactans in plateis talibus deficiunt; quando carnales stulti cum peruersis doctoribus per latã uiam uoluptatum ad perditionem uadunt. Matth. 7. Lata & spaciosa uia, quæ ducit ad perditionẽ: & multi sunt, qui intrant per eam [*matribus suis*] .i. prælatis [*dixerunt, ubi est triticum &c.*] Vita subditorum tribus modis prælatos alloquitur, per miseriam, per desiderium, per obedientiam. Petunt enim, quando indigent: petunt, quando desiderant, petunt, quando audire parati sunt. Per miseriã (inquam) petunt, quia uita afflictorum indigentia, dum pias mentes ad subueniendũ prouocat, etiam si lingua silet, uita clamat. Item per desiderium, quia quodammodo petere est uelle habere. Per obedientiam petunt, quia dũ se paratos ad recipiendum offerunt, quasi ad implorandum prælatos desides adoriuntur. Petunt igitur, dicentes [*Vbi est triticum?*] non ordeum: triticum enim Christus est. Ioã. 16. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. Non petunt ordeum: quod tamen legitur in Euangelio multiplicatum. [*Et uinum*] non dicunt aquam, quæ tamen in Euangelio Ioannis cap. 2. legitur in uinum commutata. Triticũ igitur Christus, lex ordeum, quia asperum est ad manducandum: aqua carnalis intelligentia, uinum sensus spiritualis intelligitur: Iudæis igitur, qui carnaliter legem tenuere; aqua, & ordeum sufficere potuerunt: filii autem triticum & uinum requirunt: triticum quærimus, quando uerbum uitæ audire, & Christum inuitari desideramus: uinũ bibimus, quando spiritualem intelligentiam de Christo tenemus. Sed quærunt, nec inueniunt: unde sequitur [*cum deficerẽt, quasi uulnerati in plateis*] Babilon habet plateas, Hierusalem semitas: deficere igitur in plateis, est carnalibus illecebris implicari. Vel in ecclesia sunt semitæ accusationum spiritualium: sunt plateæ accusationum terrenarum: in plateis deficiunt, quia non inueniunt spirituales consolationes intenti negotiis terrenis [*quasi uulnerati*] uulnera sunt peccata: quasi ergo uulnerati deficiunt; qui, & si malo manifestè non consentiunt, sic tamen per negligentiam, sicut alii per culpam ad interitum tẽdũt. Ergo per negligentiam prælatorum pereunt multi; qui criminibus, & flagitiis uulnerati non sunt [*cum exalarent animas*]

mas in sinu matrum suarum] sinus matrum blanda adulatio prælatorum: spiritum igitur in eorum sinu exalant; cum ignaui prælati non solum carnales ad meliora non excitãt: uerùm etiam blandè ferunt. Exhalant animas, uel moriũtur quasi uulnerati, qui corrumpũtur prælatorum exemplis: in sinu moriuntur: qui deficiunt per eorum negligẽtiam. 3. Reg. 3. Mortuus est filius huius mulieris nocte; dormiẽs quippe oppresserat. ¶ Vel moraliter ab illo loco [*defecerunt oculi*] per oculos claritas intelligitur contemplationis: & quid per uiscera, nisi sensus internę dulcedinis, & quid per iecur nisi feruor diuini amoris accipitur? Spiritualis enim quicunque quantò magis amorem in tribulatione ad proximorũ cõpassionem foras effundit; tantò magis interna solatia, quę gustare consueuerat, subtracta deplorat [*effusum est &c.*] effusio iecoris est mortificatio carnis: ne ergo fictę lachrymæ credantur, carnis afflictio lachrymis iungatur; & tunc iecur in terram funditur [*super contritione filiæ populi mei*] non dicit pro patre uel matre: sed [*filiæ populi mei*] ne affectus carnis, & non charitatis eum ad fletum exagitare credatur &c. ut supra. Vel per filiam populi carnalis animã; per paruulum, sensus carnis: per lactentem uirtus mentis accipitur: sensus enim carnis leuia semper appetit, nisi quantum eum mentis constantia per disciplinã restringit. Per oppidũ corpus, quod anima habitat, intelligitur: per eius plateas fluxus, intelligitur uoluptas. Vel platea mentis est uagatio, per quam multi uulnerantur.

¶ [*Cui comparabo te*] Ecce secunda ratio lachrymarum prophetæ; desolatio uniuersitatis, uel multitudinis. Cuius desolationis uehementiã dupliciter manifestat, quia .1. est inæstimabilis: secundò quia est irremediabilis ibi [*Magna est enim uelut.*] Quòd sit inæstimabilis, ostendit: quia nullus alius dolor isti comparabilis est, nec in acerbitate, nec in quantitate. Dicit ergo [*cui comparabo te*] secundum similitudinem, uel imaginem pœnę: unde sequitur [*uel cui assimilabo te filia Hierusalem*] q.d. nulli. Supra. O uos oẽs &c. [*filia Hierusalem*] plebs Iudaica mollis & effęminata [*cui exequabo te*] in doloris quantitatẽ? quasi dicat, tua mala sua magnitudine, omnia alia transcendunt. [*Et consolabor te*] quasi dicat nulla alia ciuitas (supple) est destructa: quod si esset, posset esse consola-

ſolatio aliqua; ſed hoc inueniri non poteſt. Vnde ſequitur [*magna uelut mare contritio tua*] quaſi dicat ſicut mare ſuper omnes aquas mole, & amaritudine præcellit: ita tuę contritioni nulla calamitas adæquat [*quis medebitur tui.*] quaſi ſicut non poteſt exhauriri tota aqua de mari; ſic nec tua miſeria releuari: uel ſicut omnia flumina intrant mare, ita omnia malorum genera illata ſunt Iudeę. Spiritualiter illi, qui poſt agnitam ueritatem retrò abeunt; peiores ſunt illis, qui nunquã ueritatem agnouerũt: horum ſicut omnibus erat gloria incomparabilis, cum ſtarent: ſic incomparabilis eſt ignominia, cum ceciderunt? Pſal. Deus meus pone illos ut rotam. Vnde oẽs apoſtatantes inueniuntur cæteris omnibus deteriores: aſcendunt uſque ad cœlũ, & deſcendunt uſque ad abyſſum. [*Magna uelut mare contritio tua*] contritio ſpiritualis re murmuratio cordis ad nullã ſtabilitatem uirtutis reducibilis Iſa. 57. Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. † Eccleſiaſt. 12. Quis† medebitur incantatori a ferente percuſſo? quaſi dicat nullus. Exponitur etiam in bonum: quia dolor contritionis debet amaritudine imaginatiuè omnem alium dolorem excedere.

† Alias miſeretur.

¶ [*Prophetæ tui.*] Ecce tertia pars capituli: ubi ſubdit prædictæ deſolationis rationem, falſorum prophetarum deceptionem: primò ponens hanc cauſam; deinde explicans ulteriùs conſequentem miſeriam in Verſu ſequenti [*Planxerunt ſuper te.*] Prophetæ autem illi decipiebant tripliciter populum: primò falſas uiſiones mentiendo: ſecundò decipiebant adulando [*nec aperiebant iniquitatem:*] item tertiò fallaciter promouendo, pro quibus dicit [*uiderunt autem tibi &c.*] Dicit ergo [*prophetæ tui*] componendo [*uiderunt tibi falſa*] prædicendo quæ ſecundum ueritatem non erant uentura; nec excuſabilis es per ignorantiam: unde ſequitur, [*Et ſtulta*] ſicut eſt illud, quod prædicunt de futuro Meſſia Sophon. 3. Prophetæ eius uacui, uiri infideles. Quia ergo falſa uiderunt; decepta es: quia ſtulta, excuſare non potes. Similes ſunt homines, qui promittunt peccatoribus impunitatem: uel qui pueris terras tradũt, prædicantes eorum ædificationem. Pro adulatione ſequitur [*nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pænitentiam*

tiam prouocarent.] Isaia. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Ezech. 22. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento. Pro tertio sequitur [*uiderunt autem tibi assumptiones falsas*] dicentes, quòd dominus iudæos ad protectionem suam assumet [*Et eiectiones*] Chaldæorum a dominio Iudeæ: sicut Ananias pseudo propheta. Ierem. 28. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia uasa, quæ tulit Nabucdonosor de loco isto.

¶Alleg. istud ad prædicatores falsos referri potest: qui ad literam implenrj, quæ hic dicuntur: uident, solam mundanam uanitatem commendantes: uiderunt stulta, statum secularem religioni præferentes. Prouer. 16. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per uiam non bonam. *Viderunt tibi assumptiones falsas.*] Moral. assumi est per iustitiam ecclesiæ incorporari: eiici uerò est à culpa separari: quia igitur prædicatores pseudo condemnant innocentes, qui non sunt cõdemnandi; quasi per eiectionem: & commendant adulando illos, qui sunt arguendi: quasi per assumptionem, rectè dicitur. [*Viderunt tibi assumptiones*]&c. Ezech. 13. de falsis prophetis dicitur. Violabant me ad populum propter pugillum hordei, & fragmen panis; ut interficerent animas, quæ non moriuntur; & uiuificarent animas, quæ non uiuunt: mentientes populo meo credenti mendaciis. Aliter, omnes pseudo prædicatores scripturis ab utendo, ad suos errores confirmãdos, uel abutuntur eis, nimia uerborum affirmatiuorum ampliatione, sub eis falsa affirmando: sicut qui præceptum de honorãdis parentibus extendit ad prohibẽdum religionis ingressum; uel nimia uerborum negatiuorum reflexione: sicut patet, quando dicitur in præcepto hoc Non mœchaberis, nec prohiberi simplicem fornicationem. Vel dicitur [*uiderunt tibi assumptiones*] quia semper falsa ueris immiscẽt: maiorem ueram proponentes, & minorẽ falsam assumẽtes. Ampliùs, eiectiones falsas uiderunt, ueritatẽ textus scripturæ sacræ pro libito corrũpẽtes, & excludẽtes q cquid suis dogmatibus aduersatur.

¶*Plauserunt super te.*] Ecce, posita miseriæ causa, subdit latius explicationẽ miseriæ.i. pœnę culpã cõsequẽtis. Pœnã manifestat triplici cõparatio

ne: primò per cópassionẽ extraneorum transeuntium: secundò per improbitatem aduersariorum insultãtium. ibi [*Aperuerunt super te os suum*] tertiò, per comparationẽ ad diuinũ iudicium, uel ad ultionem diuinarum comminationũ, ibi [*Fecit dominus, quæ &c.*] Pro primo dicit [*Plauserunt super te*] synagogã, uel ecclesiam; non lætantis, sed compatientis affectu: ut dicit Glo. Non enim in hoc insultatio, sed sola manuum intelligitur collisio; quæ aliquando gaudium, aliquãdo admonitionem, aliquãdo compassionem indicat. Aliter si de plausu miseriæ intelligitur, de inimicis intelligitur, [*omnes trãseuntes per uiam*] ex quo magis uidetur compatiendo dici, quam minando [*omnes transeuntes*] qui fuerũt extranei: quia per hoc quòd transierunt, aliunde uenisse, & aliò tendere demonstrantur: aliunde uenerunt sanguine diuersi: aliò tendunt intentione: & tamen tanta erit desolatio, quæ alienos ad compassionem inclinaret, illam afflictionem uidentes [*sibilauerunt*] prę admiratione. Sibilus enim diuersas indicat affectiones: aliquando contemptum, aliquandò fastidium, aliquandò desperationem, aliquandò blandimẽta insinuat [*Et mouerunt capita sua*] præ stupore sicut prædixit Iere. 21. Ponam eos in stuporem, & in sibilum. Commotio capitis aliquandò indignationem, aliquando insultationẽ, aliquando dolorem, aliquando desperationem exprimit. Ergo in plausu compassio, in sibilo admiratio, in motione capitis desperatio intelligitur. Vel in plausu manuum ablatio potentiæ, in sibilo ablatio doctrinæ, in motione capitis ablatio omnis honoris, & gloriæ designatur [*super filiam Hierusalem*]. i. plebẽ iudaicam [*dicentes hæccine est urbs perfecti decoris*] quæ olim scilicet esse solebat [*gaudium uniuersæ terræ*] Iudeæ. Quod propter templum dicebatur: ad quod ter in anno ascendebant, scilicet in Pascha, & in Pẽtecoste, & Scenophegia.

¶ Moraliter. Per uiam transeunt, qui in præsenti uita ad patriam quotidiano profectu tendunt. Ii super multitudinis miseriã manus plaudent, quia exemplis operum suorum eos ad bona opera accendunt. Ierem. 11. Montes, & colles cantabunt corã uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Per sibilum, qui scribi nõ potest, inexplicabilis consolatio uel compassio intelligitur &c. Vt supra exposita sunt.

¶ Ape-

¶ *Aperuerunt super te*] Ecce secundo declaratio pœnę per improbitatem aduersariorũ: quorum improbitas manifestatur primò ex linguis de inde ex uerbis. [*Et dixerunt; deuorabimus*] signa quidẽ sunt cachinnus, sibilus, & deinde fremitus: cachinnus intelligitur [*cum aperuerunt super te os suum omnes inimici tui.*] Aperuerunt ergo (supple) ad animãdum [*sibilauerunt*] prouocãdo. [*Et fremuerunt dentibus*] detinendo [*Et dixerunt*] Ecce indignatio ostensa in uerbis: primò crudelitatis, deinde impię iocunditatis. ibi [*en ista est dies quam expectabamus*] Dicit ergo [*Et dixerunt, deuorabimus eam*]. i. pęnis ad libitum destruemus [*en ista est dies, quam expectabamus*] desideran do [*inuenimus*] quærendo [*uidimus*] exultando.

¶ Spiritualiter inimici ecclesiæ hæretici super ecclesiam ora aperiunt, quando uel simplices inuadunt, uel occupãt, uel lętantur; cum defectus uident ecclesiasticarum personarum: in sibilo blanda, & callida intelligitur ꝑsuasio, qua simplices decipiunt: fremunt dentibus, quia ex magna auiditate procedunt, Vel dicas: inimici aperiunt os per machinationem; sibilant per suggestionem, fremunt dẽtibus pertrahendo ad subuersionẽ, & æternam damnationem.

¶ Nota, quòd hic mutatur ordo Alphabeti: quia secundũ Hierony. & Raban. hic ponitur PHE, ante AIN: cum ecõtrariò sit in alphabeto præcedenti. Vnde illi uersui Aperuerunt &c. præponitur litera PHEN. illi sequenti. Fecit dominus &c. præponitur litera AIN. Nihilominus & illi uersui. Aperuerunt super te os suum &c. conuenit optimè litera PHE, quæ interpretatur oris: quid enim melius præponitur apertioni ore? Illi autem uersui. Fecit dominus &c. rectè præponitur litera AIN, quæ interpretatur fons: quia correctio, uel dispositio Dei fons est, & causa totius ordinis. Vel AIN, interpretatur oculus: quod congruit proposito: quia nihil aliud est cogitatio Dei, nisi uita, & prouidentia oculi sui.

¶ *Fecit dominus.*] Hic tertiò manifestat calamitatem per cõparationem ad diuinam comminationem, siue consummationem diuinorum iudiciorum. Et habet duas partes: quia primò tangit diuinum iudicium: Secundò diuini iudicii effectũ. [*Destruxit &c.*] Eius iudicium ostenditur per comparationẽ ad eius dispositionẽ occultam primò: deinde per comparationem ad

eius dispositionem occultam primò: deinde per comparationem ad eius comminationem in scriptura expressam. [*Compleuit.*] Dicit ergo [*fecit dominus*] quasi si quæris; undę tanta calamitas? certè iusto Dei iudicio: quia noluisti facere, quod præcepit, fecit dominus [*quæ cogitauit*] id est sapienter disposuit contra Hierusalem, & Iudæam: Non ergo hostibus est hoc tribuendum, sed ad diuinum referendum iudicium [*compleuit sermonem suum*] sceleribus populi prouocatus [*quem præceperat*] per prophetas nunciari [*à diebus antiquis.*] Vel sermo præceptorum in comminationibus completur: præmissis enim præceptis subiunguntur benedictiones, quibus ad ipsorum obseruantiam attrahuntur: & deinde maledictiones, & comminationes; quæ transgressoribus imprecantur: sicut patet. Deut. 28. Sic ergo compleuit sermonem quem præceperat, faciendo quod transgressoribus comminatus fuerat. Sed pro effectu, sequitur [*Destruxit*] ciuitatem cum pertinentibus. [*Et non pepercit*] in ultima captiuitate; quando totum illum populum temporaliter dissipauit. Destruxit, auferẽdo delectationem: nõ pepercit, puniendo per tribulationem præteritam libidinẽ. Destruxit quidẽ, quia destrui permisit: unde sequitur [*Et lætificauit super te inimicum*] Chaldæũ, & Romanum, uel uicinas gentes, quæ libenter ei hostes fuerunt, [*Et exaltauit cornu*] .i. potestatem, & gloriam [*hostium tuorum.*]

¶ [*Clamauit cor eorum.*] Hæc est quarta pars capituli, in qua post descriptam uel prædictã desolationem, ad desolationis remedium informat, scilicet ad gemitũ, & cõpunctionem. Primò autem tangit deprecationis huius oportunitatem, propter elationẽ inimicorũ: deinde hortatur se exercere ad cõpũctionẽ, & gemitum, ibi [*Deducet &c.*] Dicit ergo ꝑ primo [*clamauit cor eorum*] id est inimicorum [*ad dominum*] .i. contra dominum. Sicut simile dicitur Genes. 18. clamor Sodomorum, & Gomorrhęorũ multiplicatus est. Clamauit ergo cor eorũ contemnendo Deũ [*super muros filiæ syon*] .i. propter murorũ destructionem, ex hoc .s. glcriãtes. Ex hoc ergo erat oportunitas deprecandi dominũ; quamuis non agentibus meritis Iudæorũ, sed demeritis aduersariorũ: sicut dixit Ezechias Isa. 37. Inclina domine aurẽ tuam, & audi: aperi domine oculos tuos, & uide: & audi

audi omnia uerba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum uiuētē. [*Deduc.*] Ecce hortatur ad gemitū, & compunctionem. Et hortatur ad tria: primò ad deploranda peccata ꝓpria: deinde ad laudandum diuina iudicia ibi (*consurge, lauda*] tertiò ad implorandum diuina præsidia. ibi [*effunde sicut aquam*] In prima parte hortatur ad lachrymandi uehementiam: secundò ad lachrymarū indefessam feruentiam [*non des requiem tibi*] tertiò ad lachrymarū perseuerantiam [*neque iaceat*] Dicit ergo [*Deduc*] o filia Sion, quasi spontaneæ sint lachrymæ, non extortæ. Vel [*deduc*] id est deorsum duc ad mundationem conscientiæ per cōpunctionē Psal. Lauabo per singulas noctes lectum &c, ut non ascendant per indeuotionem lachrymæ [*lachrymas*].i. abundanter; & feruenter, atque impetuosè: sic enim currit torrens: & quantò currit impetuosiùs: tantò citiùs exiccatur: quia quantò gemitus est fortior, tantò citius uenia impetratur. Vnde Hugo. de Sancto Victore. Rectè compunctionis feruor torrenti comparatur: quia quantò maior uis doloris in compunctione fuerit: tantò citiùs diuina consolatione superueniente pertransit. torrens etiā quia est aqua fluens, significat quòd lachrymæ sunt tantùm præsentis tēporis. Apocal. 21. Absterget Deus omnem lachrymam [*per diem, & noctem*] id est cōtinuè, uel [*per diem*] propter peccantes in prosperitate. [*Et noctem*] propter peccantes ex aduersitate. Vel per diem, & noctē diuersi status intelliguntur cōpunctionis: primò enim afficit mentem uehemens tediū detestationis peccati: deinde gaudium immissum remissionis. Sanctus Bernard. O bone Iesu, si tam dulce est flere de te: quā dulce est gaudere de te? Per noctem lachrymas deducit, qui mœroris tędium lachrymādo aggrauat: ꝑ diē lachrymas deducit, qui post deuotionē lętā animā in mœrore seruat. Hoc idcirco dicitur: qa sunt nōnulli, qui post lachrymas per inanē lętitiam se dissoluunt. & quia cor suū in mœrore perseuerāter tenere neglıgūt, quicquid cōpunctionis tempore eos pertinuisse poterat, perdunt: idcirco ualdè necessarium est, ut post quam compunctionis gratia mentem à sorde erexerit: sollicitè caueatur, ne postmodum hæc bonitas per immoderatam lætitiam dissoluatur ac ne unquam eam præstiti mœroris custodia derelinquat. Sequitur [*non des*

[*non des requiem tibi*] in fletu paulatim tepescendo: requiē (inquit) mœroris eneruatiuam, uel interruptiuam: uel in hoc corporis afflictio innuitur. Sed pro tertio sequitur [*Et non taceat*] .i. nunquā cesset lachrimari [*pupilla oculi tui*] lachrimę.n. continuè loquuntur in auribus Dei. Ps. Auribus percipe lachrymas meas. Quasi etsi taceat lingua, non taceat pupilla; ex qua est impetrandi efficatia. Et hoc ad literam intelligitur de magna effusione lachrymarū in pupilla: ut dum id, quod tenerum est affligitur; citiùs ad misericordiam pietas iudicis inflectatur. Vel pupilla intima deuotio mentis intelligitur. Vel allegoricè: pupilla ecclesiæ uiri sancti, & spirituales intelliguntur. Sed cōtrà, uidetur præcipere īmpossibile: nullus enim potest continuè pupillam astringere. Respondeo illud intelligitur: sicut illud Apostoli 1. ad Thessalon. 5. Sine intermissione orate: & illud domini. Luc. 18. Oportet semp orare & nō deficere. Hoc.n. est, semper, & sine intermissione nulla hora orationem debitam prætermittere: & hoc similiter est continuè plorare. Aliter responderi potest: quia super illud. [*Non des requiem &c.*] Glos. modum lachrymandi temperat: quia. G. dicit: non tam lachrymas impero, quam continuam deuotionem impono.

¶ [*Consurge &c.*] Hic secundò hortatur ad ueneranda diuina iudicia [*consurge*] corde, & opere [*consurge*] simul cū aliis surge [*lauda*] diuina iudicia [*in nocte*], i. in aduersitate; nō solū sicut ille, de quo in Psal. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei: sed sicut dicitur Iob 93. Vbi est Deus, qui fecit me: qui dedit carmina in nocte, [*in principio uigiliarum*] Quatuor erant uigilię; prima dicitur conticinium, secunda intempestum, tertia galli cantus; quarta ante lucanū: quarum quælibet habet tres horas: in prima solebant uigilare pueri, in secunda adolescētes, in tertia iuuenes, in quarta senes. In principio igitur harum uigiliarum consurgere est in lachrymis per noctē ire. Moraliter in principio uigilare est à pueritia uirtutis studio inhærere. Prou. 8. Qui mane uigilauerit ad me, inueniet me. Vel spiritualiter: prima uigilia est cōtemptus mūdi Cant. 5. Ego dormio ab implicationibus. s. &c. Secunda maceratio corporis, proprii Ecclesiast. 3. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Tertia, exercitium uirtutum. Eccles. 38. Cor suum dabit in consum-

ſummationem operum, & uigilias armabit in profectionẽ. Quarta, deſiderium benedictionum diuinarũ. Eccl. 32. Qui uigilat ad eum, inueniet benedictionẽ illius. Prouer. 8. Beatus uir, qui audit me; & qui uigilat &c. Vel primauigilia malum agnoſcere: ſecunda agnitum derelinquere: tertia ad bonum ſe extendere: quarta bonum continuare. Pro iis quatuor dicitur quater Cantic. 6. Reuertere &c. Vel iuxta literam, in principio uigiliarum ſurgere eſt ĩ omnimodis uigiliis prio rem eſſe. Pſal. Anticipauerũt uigilias oculi mei. Sequitur [*effunde*] hortatur ad impetrã da diuina præſidia. [*Effunde*] inquit [*ſicut aquã cor tuum ante conſpectum domini*] aquã cor effundere eſt, ex intimo lachrymas producere. Effunde ſicut aquam: non ſicut oleum, quod effuſum relinquit pinguedinem: non ſicut mel, quod effuſum relinquit dulcedinem: item non ſicut uinum, quod relinquit odorẽ: non ſicut lac, quod relinquit colorem: ſed ſicut aquã. Vel effunde ſicut aquam, quæ fluit ad inferiorem locum, & per totum. Vel certè illud ad ſuperiora referri poteſt: cor enim quaſi aqua effunditur, quando omnis ab eo ſenſus proprius diminuitur: quando oratio diuinis iudiciis† cõfiguratur & ſubſternitur. Pſ. Paratum cor meum Deus [*le. cõforua ad eum manus tuas*] ad literam, ex affectus uehementia, ut oſtendas te auxilio indigere, & non in tuis uiribus: ſed in Dei protectione confidere 1. Timoth. 2. Leuantes puras manus. Vel [*conſurge*] per cõtrictionem [*effunde*] per cõfeſſionem [*leua*] per ſanctificationem [*pro anima paruulorum tuorum*] hoc dicit, q̃a ipſi puniti ſunt, & mortui ꝑꝑ peccata patrum, & parentum ſuorum [*qui defecerunt fame*] Antiqui libri habent [*in fame*] libri noui habent [*qui fame pereunt*] ſpiritualiter peccatorum: qui paruuli pereunt [*in capite omnium compitorum*] compitũ eſt confluentia plurium uiarum: dictum quaſi à componẽdo. Ibi ergo erãt mortui, ubi trãſeuntes plurimi, eorum uiſui obiicerentur: per quod ſpiritualiter intelligitur latitudo ſecularium uoluptatum. Vel moriuntur paruuli in capite, quia multi ſunt enerues, qui ſtatim cadunt oriente temptatione.

† *Alids formatur*

¶ [*Vide domine, & cõſidera*] Hęc eſt quarta pars capituli: in qua, poſt quàm ſupra peccatores excitauit, ut eos ad pœnitentiam inflecteret: hic propheta cauſam pœnitentium ſuſcipiens, ſermonem conuertit

tit ad dominũ, ut ipsum pro peccatoribus exoret. Primò ergo implorat cœlestem pietatem: secundò allegat urgẽtissimam utilitatem. [*Ergo ne comedent &c.*] Dicit ergo [*uide domine*] oculo misericordiæ. [*Et considera*] populum multiplici subiectum miseriæ [*quem uindemiaueris ita*] populum tibi olim dilectum, quasi uineam; [*uindemiaueris.*] fructum omnem abstuleris, uel auferri permiseris [*ita*] tam horribiliter, ut quasi uinea denudata botris propriis. Vnde sequitur [*Ergo ne*] ubi (ut dictum est) allegat multiplicem necessitatem: quã primò ostendit per infęlicitatẽ domesticorũ: secũdò per proprietatem aduersariorum uersus finem. [*Vocasti*] Infęlicitatem autem domesticorũ tangit primò quãtum ad uiuos; deinde quantum ad mortuos [*si occiditur*] Dicit [*ergo ne comedent mulieres fructum suum*]. i. uteri sui? Quas mulieres uocat, nõ matres: quia mater non est dicenda, quæ est immemor pietatis. Quis sit fructus, ostẽdit, subdens [*paruulos*] scilicet in quantitate [*ad mensuram palmæ*] idest tenens: & uix unius palmæ mensuram habentes: palma hic dicitur pro expansione manus à capite pollicis usque ad summitatem medii digiti [*si occiditur*] ecce miseria mortuorum primò quantum ad circunstantiam loci: secundò quantum ad modum moriendi [*Virgines meæ*] tertiò quantum ad magnitudinem uniuersalis flagelli [*interfecisti*] Loca tangit duo, intimum, scilicet sanctuariũ, & extremum. Dicit ergo [*si occiditur in sanctuario domini sacerdos et prophæta*] Quasi, quãuis tantũ peccauerunt, sacerdotes nunquid interfici meruerunt. Vel si occiditur &c. sicut de sathana legitur, nunquid ideò mulieres comedent &c. Sed pro loco exteriori sequitur [*Iacuerunt in terra foris*] interfectum fugere uolentes [*puer, & senex*] ambo infirmæ ætatis: primum nec sacro loco parcebatur: nec fugæ præsidium opitulabatur. Sequitur [*uirgines meæ*] id est infirmiores. [*Et iuuenes mei*]. i. fortiores ceciderunt [*in gladio*] ad literam interfecti. Pro tertio subdit [*interfecisti in die furoris tui.*] illos, qui gladio ceciderunt uindictæ irrefragabilis [*percussisti*] iacentes, permissiuè [*nec misertus es*] Libri noui habent [*nec misereberis*] exponatur interrogatiuè.

¶ Spiritualiter intelligendum quòd Deus terribiliter quosdam in ecclesia uindemiat: cum illos, quos priùs per prędica-

dicatores excoluit; postea steriles, & inanes dereliinquit. Deut. 28. Plantabis uineam, & non comedes fructus eius. Mulieres mali prælati luxu morum emolliti: qui fructum suum comedunt, quia de labore ministerii, si quem faciunt, in præsenti uita remunerationem accipiunt. Econtrà dicitur bonis doctoribus. Posui uos: ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Vel fructum comedunt, id est consumunt paruulos ad mensuram palmæ: quia infirmos fide, quos baptismate, uel aliter generant, exemplo ad terrena desideria inclinãt: comedunt, quia rebus subditos spoliant, quos pascere debuerant. Si occiditur &c. per sanctuarium cultus Dei intelligitur: propheta, & sacerdos occidũtur in sanctuario, quãdo uel doctor, qui per prophetam intelligitur, uerba scripturæ ad prauitatem intorquet: uel quando sacerdos indignè sacra mysteria dispensat. Iacuerunt in terra foris, puer, & senex: sicut enim populus, sic & sacerdos. In terra iacuerunt; quia in terrenis desideriis quieuerunt. Non solum sederunt (ut supra dictum est) sed iacuerunt, dormientes, & seipsos nescientes. Iere. 6. A minimo usque ad maiorẽ omnes auaritiæ student. In terra foris, locus exilii intelligitur. Virgines meę, animę contemplatiuæ, sed famæ; uel fideles, quia fidei integritatem seruant, & iuuenes mei in gladio ceciderunt, id est persuasionibus hæreticorum subuersi sunt: quia (ut dicit beatus Gregorius) corrumpunt bonos mores colloquia praua. Iuuenes sunt, qui in præliis fortes sunt, qui in aduersitate diabolo non cedũt, & tamen gladio linguæ iniquæ plures subuertuntur: interfecisti: interficit eos, q per infidelitatem corruunt: percutit eos, qui in lapsu pereuntiũ per cõpassionẽ carnalitatis, uulnerati sunt: nõ miseretur, dũ nec lapsos erigit, nec dolorem stantium consolatur.

¶ *Vocasti, quasi ad diem &c.*] A parte Iudæorũ hæc tria iungit, terrorẽ, deiectionẽ labiorũ consumptionẽ. Dicit ergo [*uocasti*] quasi eorũ fuit uelle: sed tuũ fuit concedere, & per consequẽs tuũ est liberare [*uocasti*] Chaldæos & Romanos, [*quasi ad diem solennem*] in quo ꝓsperitas eorũ designatᷓ, [*qui terrerent me de circuitu*] undique impetu uidelicet obsidẽtes. Vel [*quasi ad diẽ solennẽ*] dicit, quia Iudæi in tribus anni solẽnitatibus cõcurrere soliti erant. Vel dic [*quasi ad diem solennem*] quia [Romani cœperunt Hierusalẽ in die Paschę.

Pro

Pro secundò sequitur[*Et non fuit qui effugeret*] ad literam, qui nõ esset captus, aut mortuus[*In die furoris domini*]hoc est ultimæ captiuitatis [*Et relinqueretur*]in Hierusalē. Hoc etiam quodammodo impletum est in obsidione Chaldæorum, quando nullus fuit relictus, qui non esset captiuus, uel seruus. Pro tertio sub dit[*quos educaui*] per disciplinam[*Et nutriui*] quantum ad naturã[*inimicus meus cõsumpsit eos*].i. totaliter deleuit illos. ¶Moraliter: de hora mortis, quando solent dæmones ad morientem in circuitu lætanter conuenire. Vel certè in die iudicii peccator undique mala habebit accusantia, & ex nulla parte defendentia.

CAP. TERTIVM.

Aleph.



GO uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis eius.

Aleph. *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.*

Aleph. *Tantùm in me uertit, & conuertit manum suam tota die.*

Beth. *Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea.*

Beth. *Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore.*

Beth. *In tenebrosis collocauit me: quasi mortuos sempiternos.*

Ghimel. *Circumædificauit aduersum me, ut non egrediar: aggrauauit compedem meum.*

Ghimel. *Sed & cùm clamauero & rogauero, exclusit orationem meam.*

Ghimel. *Conclusit uias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.*

Daleth. *Vrsus insidians factus est mihi: leo in absconditis.*

Daleth. *Semitas meas subuertit, & confregit me,*

posuit

posuit me desolatam.

Daleth. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.*

He. *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.*

He. *Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.*

He. *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.*

Vau. *Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.*

Vau. *Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorũ.*

Vau. *Et dixi: Perijt finis meus, et spes mea à Domino.*

Zain. *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.*

Zain. *Memoria memor ero, & tabescet in me aĩa mea.*

Zain. *Hoc recolens in corde meo, ideo sperabo.*

Heth. *Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.*

Heth. *Noui diluculo, multa est fides tua.*

Heth. *Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.*

Teth. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.*

Teth. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.*

Teth. *Bonum est uiro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.*

Iod. *Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit super se.*

Iod. *Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.*

Iod. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.*

Caph. *Quia non repellet in sempiternum Dominus.*

Caph. *Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.*

Caph.

Caph. *Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.*

Lamed. *Vt contereret sub pedibus suis omnes uinctos terræ.*

Lamed. *Vt declinaret iudicium uiri in conspectu uultus Altissimi.*

Lamed. *Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit.*

Mem. *Quis est iste qui dixit ut fieret, Domino non iubente?*

Mem. *Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?*

Mem. *Quid murmurauit homo uiuens, uir pro peccatis suis?*

Nun. *Scrutemur uias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.*

Nun. *Leuemus corda nostra, cum manibus ad Dominum in cœlos.*

Nun. *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.*

Samech. *Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.*

Samech. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.*

Samech. *Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum.*

Phe. *Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.*

Phe. *Formido & laqueus facta est nobis uaticinatio & contritio.*

Phe. *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.*

Ain. *Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eò quòd non esset requies.*

Ain. *Donec respiceret & uideret Dominus de cœlis.*

Ain. *Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.*

Sadi. *Venatione ceperunt me, quasi auem, inimici mei gratis.*

Sadi. *Lapsa est in lacum uita mea, & posuerunt lapidem super me.*

Sadi. *Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi: Perij.*

Coph. *Inuocaui nomē tuum Domine de lacu nouissimo.*

Coph. *Vocem meam audisti: ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus.*

Coph. *Appropinquasti in die quando inuocaui te: dixisti, Ne timeas.*

Res. *Iudicasti Domine causam animæ meæ redemptor uitæ meæ.*

Res. *Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum.*

Res. *Vidisti omnem furorem, uniuersas cogitationes eorum aduersum me.*

Sin. *Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.*

Sin. *Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.*

Sin. *Sessionem eorum, & resurrectionem eorum uide, ego sum psalmus eorum.*

Thau. *Reddes eis uicem Domine, iuxta opera manuum suarum.*

Thau. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.*

Thau. *Persequeris in furore, & conteres eos sub cælis Domine.*



Ostquàm in duobus præcedentibus Alphabetis lamētatus est de solationem synagogæ in cōmuni: hic lamentatur desolationem quarūdam personarum priuilegiatarum in speciali.

ciali. Et quia priuilegiatæ di cuntur personæ, dupliciter: uel pro uitæ meritis, uel pro statu honoris. Primò ponit lamẽtationẽ primi generis personarum; secundò aliarum in sequenti alphabeto ibi. [*Quomodo obscuratum est aurum.*] In prima parte introducitur prophetica lamentatio in persona talium: sed uerius Christi, & membrorum suorum, quorum hic manifestè miseria describitur: & impossibile est hic literalem intellectum reperire sine extersione. Hoc autem alphabetum habet duas partes: quia primò lamentatur simul capitis, & corporis tribulationem: secundò inuocat electos ad compassionem ibi. [*Recordare paupertatis*] tertiò incidenter pertractat synagogę reprobationem occasione dominicæ passionis, ibi. [*Operuisti in furore, & percussisti.*] In prima parte primò in summa tãgit gratiam dominicæ exinanitionis: secundò seriem describit dominicę passionis. ibi [*Circumædificauit.*] In prima parte notificat filii Dei exinanitionem per comparationem ad patris seueritatẽ: secundò subdit huius exinanitionis compendiosam demonstrationem in sequenti uersu [*Vetustam fecit pellem.*] Exinanitio Christi patet ex assumptione status egestatis: quod intelligitur in primo membro: secundò intelligitur ex assumptione anxietatis, uel aduersitatis: quod intelligitur, in secundò membro ibi. [*Me minauit*] tertiò ex singulari, & uniformi cõtinuatione totius suæ peregrinationis. ibi [*tantum in me*] In primo intelligitur delectabilium carentia: in secundò tristabilium præsentia, in tertiò utriusque perseuerantia. Amplius trimetrum describitur hoc alphabetum, & literis triplicatis: quia hoc alphabetum refertur ad tertiã ecclesiæ tribulationem, quæ est prosperitatis diuitiarum, deliciarum, & honorũ. Amplius hic expresse deploratur passio Saluatoris, cuius una consistens est persona in tribus substantiis. [*Ego uir*] Quod quamuis dici possit in persona prophetæ, uel electorum synagogæ: melius tamẽ à sensu Iudaico receditur, & allegoriæ pro sensu historico adhæretur. Et quia in iis tribus clausulis summatim comprehenditur uniuersitas agendorum, & credẽdorum; ideò istis tribus membris ALEPH præponitur triplicatum, cõtinere enim se in omnibus, quæ in mundo sunt, bonis; & sustinere, quæ in mundo sunt, mala; est uirtutis

tis uniuersitas: ut dicit Augustinus in Tractatu de continentia, & iustitia: & hoc in duobus primis membris. Amplius autem qualiter ꝑ Christum solum & eius angustias liberatum sit genus humanum, amplectitur summa credendorum: & hoc continetur tertio membro. Dicit ergo [*Ego*] Christus purissima & trium persona substantiarum [*uir*] à uirtute Iere. 31. Mulier circundabit uirum. Isa. 63. Gradiens in multitudine uirtutis suæ [*uidens paupertatem meam*] id est ueraciter cognoscens. Cum econtra dicatur de multis. Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus, & cæcus. Nota ꝙ Christus habuit paupertatem, & hoc tripliciter: mortalitatis, uel assumptę infirmitatis; simul in unum diues, & pauper: egestatis, mundum ingrediens. Luc. 2. Pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio: Progrediens. Matth. 8. Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Marc. 11. Circũspectis omnibus, cũ iã uel uespera esset hora, exiit in Bethaniã. Egrediens, in Psal. Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa mea, sicut &c. Familiaritatis. Psal. Singulariter sum ego, donec trãseam Zach. 9. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinũ [*in uirga indignationis eius*] Indignatio Dei uoluntas puniendi: uirga autem ipsa pœna, quam tulit Christus, ut saluaretur genus humanum. Isa. 53. Propter scelus populi mei, percussi eum: uulnera tua est propter iniquitates nostras.

¶ Vel moraliter exponi potest de quocunque iusto, qui per tribulationem diuinitus immissam recognoscit infirmitatem, & uirtutis suæ paruitatem. Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animã. Sequitur ALEPH. [*Me minauit, & adduxit*] Minare hoc est ducere [*in tenebras*] aduersitatis, & abiectionis. Isa. 53. Quasi absconditus est uulnus eius, & despectus: unde nec reputauimus eum [*minauit*] quia in humilitate mundum pertransiit [*& adduxit in tenebras*] quia tribulationum tolerantiam in cruce cõsummauit [*& non in lucem*] prosperitatis, uel affluentiæ temporalis Ioã. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Glos. ibi, Voluit dominus habere q̄d perderet: pauper uenit, ne haberet diabolus quod auferret;

ret; & lux tenebris lucet. & tenebre eum non comprehēderunt: quòd ad nullū peccatū eum inclinare potuerunt.

¶Itē ꝑ tertio sequit Aleph. [*tantum in me*] .i. Chr stū pro mea redēptione[*uerti & conuertit manum suam*] flagellando pro humani generis redēptione: ideò dicit [*tantum in me*] quia nulla ei comparata est creatura in redimendo. Isa.63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecū [*uertit* (inquit) *& conuertit*] uertit flagellando: conuertit, aliis in hoc parcendo, & subueniendo[*tota die*] peregrinationis Christi in terris: sicut ibi accipitur dies Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me; donec dies est. Illud etiam de Christo ratione membrorum, exponi potest: in quos tantum uertit manum castigando, & cōuertit miserēdo: in quosdam malos reprobos uertit manum flagellando, sed non conuertit, in morte potius aggrauando. Amos. 3. Tantummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco uisitabo super uos omnes iniquitates uestras. Apost. Timoth. Omnes, qui piè uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patiūtur &c.

¶[*Vetustam*] Postquam notificauit summariè Christi exinanitionem: hic subdit compendiosam quandam eius explicationem. Et primò manifestat suæ passionis necessitatem: quod pertinet ad tertium uersum præmissum [*Tantum in me, &c.*] secundò notificat passionis suæ multiplicem acerbitatem. [*Aedificauit in gyro*] tertiò eius cōsummationem. [*In tenebrosis.*] Necessitas autem dominicæ passionis, ex hoc fuit: quia omnes alii declinauerunt, simul inutiles facti sunt: sicut ostendit in triplici differentia hominum; quantum ad statum laicorum, qui per pellem quæ exteriùs est, intelligitur: quantum ad statum clericorum qui interius sunt, & per carnem designantur: & quantum ad statum apostolorum, & prædicatorum, qui per ossa figurantur. Dicit ergo BETH. [*Vetustam*] quasi non miremini, si tantum in me uertit, &c. quia [*uetustam fecit*] idest fieri ꝑmisit [*pellem meā*] id est pellem meam uetustam, & magis peccatorum deformem: quæ uetustas deponenda est. Col.3. Exuētes ueterē hoīem cū actibus suis. Leuit.1. Detracta pelle hostiæ artus in frusta conuertent. Iob. 7. Cutis mea aruit, & contracta est? Gregor. ibi. In sanctæ ecclesiæ cor-

corpore qui solis exterioribus curis inseruiunt, cutis congruè nominantur. Solent etiam per pellem nobiliora membra ecclesiæ designari, sicut Martyres, qui significantur per pelles arietum rubricatas, quibus operiebatur tabernaculum: ut patet Exod. 26. Facies operimentū aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. Item confessores significantur per pelles iacynthinas: de quibus eodem capitulo. Et super hoc rursum aliud operimentum de Iacynthinis pellibus. Qui quia pœna extenuantur, dicitur Cantic. 2. Nigra sum, sed formosa, & c. sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Item sanctæ mulieres domino exteriora necessaria ministrātes Iob. 19. Pelli meæ, cō sumptis carnibus, adhæsit os meum. Vbi os Christus, & carnes discipuli, pellis sanctę mulieres exteriora necessaria ministrantes. Cum enim ad horam crucis uentum est, fugerūt discipuli, mulieres adhæserūt: sicut exponit Greg. 4. Moraliū, [*Et carnem meam*] hic per carnem clerici intelliguntur. Iob. 7. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris: putredine carnalitatis, & puluere uanitatis. Hæc etiam pars uer tus [*uetustam, &c.*] ad literā exponi posset de Christo: qui pro laboris uehementia longè uidebatur senior, quam erat: unde Ioan 8. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? [*contriuit*] i. conteri permisit [*ossa mea*] id est membra ecclesiæ electa. s. Apostolos, qui oēs tē pore passionis, relicto eo, fugerunt: nimirum dicitur. Prouer. 12. Spiritus tristis exsiccat ossa: ipsi autē fuerūt multum tristati. Isti ergo sibi pro redemptione non sufficiunt, quia omnes declinauerunt usque ad unum. i. Christum. Sequitur pro passionis acerbitate, & multiplicitate BETH. [*Aedificauit in gyro meo*] idest, ædificari permisit, iudæos continuè obseruantes: tandem cum lachrymis comprehendentes Psalm. 18. Circūdederunt me sicut apes Cant. 1. Filii matris meæ, &c. Quod etiam ecclesiæ conuenit, quæ in gyro circundatur, dū à Tyrānis, Hæreticis, & Hypocritis impugnatur, [*& circundedit me felle*] id est, mate. ia tristitiæ in multitudine malorū displicētiū [*& labore*] corporali (ad literā) uexatione. Quod ēt cōuenit ecclesiæ, & ita de Christo intelligitur. Pro morte uerò sequitur BETH. [*In tenebrosis*] id est in sepulchro [*collocauit me, quasi mortuos sempiternos*]

idest quasi nunquam essem surrecturus à morte. Baruc 3. Deputatus es, cum descendentibus in infernum. Psal. collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Iis tribus sententiis præponitur Beth, quæ interpretatur confusio, uel domus: quoniam Synagoga, quæ domus erat Dei, tripliciter Christo iniuriata est: & uiuente deferendo, quod intelligitur in primo: & mortui eum tradendo, quod in secundo: & contra resurrectionem conando, quod in tertio designatur. Gimel.

¶ *Circum ædificauit*] Post dominicæ passionis compendiosam prælibationem, hic subdit eiusdem passionis expletionem: primò quantum ad præcedentia crucifixionem: secundò quantum ad crucis passionē [*semitas meas subuertit*] tertiò quantum ad discipulorum desperationē [*Et fregit ad numerum*] Antecedentia passionem tria tangit. s. Iudæorum machinationē, Christi agonizantis orationem, Christi comprehensionem, & uincula. Sic resolutoriè, tāgit ultimum primò, secundū secundò, primum ultimo uersu. Dicit: ergo pro primo GIMEL [*Circum ædificauit aduersum me*] intellige, permissiuè, circumædificauit (inquā) quantum ad falsos testes circundantes [*ut non ægrediar*] de manibus Pilati illæsus. Multi enim surrexerunt falsi testes, quorum non erant conuenientia testimonia: ut dicitur Mar. 14. Vel ad sepulchri custodiam hoc posset referri: quia fecerunt sepulchrum custodiri [*aggrauauit compedem meum*] compedes propriè sunt uincula pedum: hic accipitur pro uinculis, quibuscunque ligatus est Iesus à comprehensoribus. Ioan. 18. Ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum Psal. 104. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum &c. Sed Pilatus uincula aggrauauit, quia uinctum flagellauit Ioan. 19. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit &c.

¶ Misticè sunt compedes quadruplices: primi fugiendi. s. peccati impedimenta: Dominus enim soluit compeditos. Iere. 39. Vinxit compedibus; ut duceret in Babilonem. Sustinendæ pœnæ. Psal. Vt audiret gemitus compeditorū, & solueret filios interemptorū. Suscipiendi præceptorū, & consiliorum obliuiones. Psal. Adalligandos reges eorum in compedibus. Desiderandi dona gratiæ restringentis a malo. Ecclesiast. 6. Inijce pedem tuum in compedes illius; & in torques illius collum

lum tuum. Pro secundò sequitur Gimel [*sed & cum clamauero*] in horto &c. [*Et rogauero*] Matth. 26. Mi pater, si possibile est, transeat à me calixiste [*exclusit orationem meã*] .i. non exaudiuit: in hoc docens, quòd non debemus admirari, si non exaudimur in omnibus, quæ à domino postulamus: quia uel rem petimus irrationabilem, uel quia non benè petamus. Pro tertio. s. iudæorum machinatione sequitur Gimel, [*conclusit*] Quam machinationem triplicem ostendit: obseruauerunt enim primò Iudæi uitã Christi: obseruauerunt doctrinam Christi: tertiò machinati sunt ad mortem Christi. Primum significat, dicens [*conclusit uias*] secundò [*semitas meas*] tertiò [*uisus insidians*] Dicit ergo [*conclusit uias meas*] id est, opera mea [*lapidibus quadris*] Scribis. s. & Pharisæis: qui lapides erant, propter quandã uitæ austeritatem: & quadri propter quandam superstitionis dolaturam. Vel lapides, per cordis malignitatẽ, quadri per adiunctam potestatẽ. Vel quadri propter interrogationum calliditatem; cum cornutis sophismatibus, quæ ex omni parte uidebantur cõcludere, Christum capere gisi sunt in sermone. Matth. 22. Mittunt discipulos suos, scilicet pharisæi, dicentes. Magister scimus, q a uerax es &c. [*semitas meas*] .i. doctrinã cõsiliorum meorum [*subuertit*] .i. subuerti permisit: sicut in illis, qui abierunt retrorsum. Ioan. 6. Amplius cum persuaderet contemptum mundi. Luc. 18. subiungitur. Audiebant hæc omnia pharisæi, qui erant auari, & deridebãt illum Vel si de corpore intelligitur, lapides sunt peccata homines impedientia; ponderant enim, deorsum trahẽtia Zach. 5. Iniquitas sedet super talẽtum plumbi. Quadratura significat immobilitatem peccati. Lazarus enim quatriduanus erat Ioan. 11. [*semitas subuertit*] id est consilia per hæreticos uerba Euãgelii extorquentes. Iis tribus præponitur litera, Gimel: quod interpretatur plenitudo: quod in iis tribus consistit legis perfectio, in sufferẽdo hominum malignitates, Dei dispositiones, & ex iis duobus consequentes tribulationes [*Visus.*] Hic describitur Iudæorum inclinatio in mortem Christi: Dicit ergo Deleth [*Visus insidians*] intellige semper permissiuè [*factus est mihi Leo in absconditis*] in urso attrocitas in Leone animositas intelligitur Iudæorum. Psal. 21. Salua me de ore Leonis, & à corni-

bus unicornuum humilitatē meam. Alibi. Aperuerunt super me os suum sicut Leo rapiens, & rugiens. Hoc factum est, cū dixerūt. Reus est mortis: crucifige, crucifige eum.

¶*Semitas*] hic describit ipsam crucifixionem ordine resolutorio: primò ut uitę interemptoriam: secundò ut afflictiuam. [*Et confregit me.*] Dicit ergo Deleth, [*semitas meas*] id est peregrinationis meæ rectos & arctos, ut semitas, [*subuertit*] non merita euacuando, sed tempus meriti morte præscindendo. Vel illud refertur ad corpus. Amplius, eandem ut afflictiuam describit primò quantum ad corporis læsionem, [*& confregit*] secundò quantum ad cordis desolationem [*posuit me desolatam*] tertiò quantum ad corporis totius ignominiosam suspensionem [*tetendit arcum*] quartò quantum ad omnimodam afflictionē [*misit in renibus*] quintò, quantum ad ignominiosam uisionem. [*Factus sum in derisum*] sextò, quantum ad omniūm sensuum turbationem, & præcipuè aceti potationem [*repleuit me*] Dicit ergo [*& confregit me*] per uulnera corporis mei. Psal. Foderunt manus meas, & pedes meos [*posuit me desolatam*] cum dixit. Tristis est anima mea usque ad mortem. Cum supra dixerit in principio uersus. [*Ego uir uidens paupertatem meam*] in sexu masculino, nullo alio interposito subdit fœmininū, ut ostendat hoc accidisset Christo secundum infirmiorem sui naturam, quam ut sponsam sibi Dei filius copulauit. Vel certè istud intelligendum est ad essentiam pertinere secundum regulam Ciceronis, qua à capite transitur ad corpus; ut iam patebit, Sed pro ipsa corporis dominici suspensione, subdit Deleth. [*Tetendit arcum suum*] id est compleuit iudicium suum: ubi passio humanitatis quasi rigorem, uel iustitiæ, uel ultionis iustè inflexit, & seueritatem diuinitatis [*& posuit me quasi signum*] ad literam stipiti affixū [*ad sagittam*] quod & patuit quando unus militū lancea latus eius aperuit. Ioan. 19. Huic triplici clausulæ præponitur litera Deleth, quæ interpretatur tabulę, uel tabularum: Pauper uel † adue na Christus uoluit insidiis deprehendi, ut doceret simplicitatē: uoluit uulnerari, ut doceret asperitatē: uoluit ludibrio suspensus exponi, ut doceret humilitatē. Primū contra curiositatē: secundum cōtra carnalitatē: tertiū contra elationē: & in iis tribus tabularum,

† *Alias sanna*

& legis cōsummatio, & in iis paupertatis perfectio, in iis ēt regni cœlestis ianua, & ingressus. [H E. *Misit in renibus*] Ecce generalis Christi afflictio: in renibus Christi incarnatio eius intelligitur. Ezech. 9. Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Et cap. I. A lumbis eius usque ad deorsū uidi, quasi speciem ignis splē dentis in circuitu &c. ibi arcus secundum Greg. dominica incarnatio intelligit, pharetra omnis amaritudinis cō tentiua synagoga intelligitur; cuius sagittę, seu filiæ fuerunt sputa, colaphi, conuicia, plagæ, & consimilia. Ierem. 9. Sagitta uulnerans linguæ eorum. Pro ignominia irrisionis, sequitur. [*Et factus sum in derisum omni populo*] Ierem. 20. Factus sum in derisum cotidie. In quo omnis irrisio, & illusio intelligitur, qua Iudæi Christo illudebant: Et nota quòd irriserunt Christum triplici ratione. In miraculis, quasi ignorantem. Matth. 9. Non est mortua puella, sed dormit: & deridebant eum. Luc. 8. Deridebant eum scientes, quia mortua est. In consiliis, quasi imprudentem Luc. 16. Audiebāt hoc pharisæi, qui erāt auari, & deridebant illum. In passione in cubile crucis, quasi impotentem Luc. 31. Et deridebant illum principes cum eis dicentes: alios saluos fecit se saluū faciat [*Canticum eorum*] id est lætitia, & gaudium [*tota die*] crucifixionis. Iob. 30. Nunc in eorum canticum uersus sum: & factus sum eis in prouerbium. Pro omniū sensuum afflictione subditur H E, [*Repleuit me amaritudinibus*] in uisu occurrebant inimici† insolentes; in auditu blasphemiæ, & irritationes: in tactu amaritudo uulnerum, in olphatu fetor loci interfectorum. Et ne quid deesset [*inebriauit me absynthio*]. id est inebriari seu potari permisit absynthio. Matthæ 27. Dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Ps. Dederunt in escam meā fel &c. Iis tribus clausulis præponitur litera, H E, quæ interpretatur, uita, aut uiuere, uel esse: quia ista tria, scilicet iniuriæ Christo illatæ, ignominiæ, & angustię sunt nobis causa uitæ, & ueri esse compositio.

† *Aliā insultātes*

¶ Moraliter ab illo loco [*Vrsus insidians &c.*] uox est cuiuslibet iusti, cōsiderantis mala. Vbi quædam inferuntur per eius fraudulentiam, & significantur per ursi insidias: quædam per uiolentiam, & intelliguntur per Leonem. Amplius, per ursum, qui debilis est in capite, fortis in brachiis,

chiis, fortior in lumbis; significatur diabolus, qui in principio debilis, in fine inuincibilis. Iob. 50. Fortitudo eius in lumbis eius. De Leone dicitur, quòd paruulum, & humiliatum non lędit: propter quod Dauid uerè humilis Leonē, & Vrsum interemit 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus gregem patris; & ueniebat Leo, uel ursus, & tollebat arietem de medio gregis &c. Vel in vrso uoracitas, in Leone superbia; quæ multos implicant [*semitas subuertit*] quia per ursum, & Leonem, clericorum uitam dissipari permittit [*confregit*] quia uirtutem mentis eneruari permisit. Isaiæ 51. Posuisti ut terram corpus tuū, & quasi uiā transeuntibus. Prouer. 26. Dicit piger, Leo est in uia, & leena in itineribus: sicut hostiū uertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. [*Posuit me desolatam*] sine solatio prælatorum supra cap. 1. Nō est qui consoletur eam [*Tetendit arcum suum*]. i. seueritatem iudicii [*posuit me, quasi signum, &c.*] Quia omnis creatura in iudicio clamabit cōtra īpios. ¶ [*Et fregit ad numerum.*] Hic tertiò subdit discipulorum di spersionem factam in passione: secundò latronis conuersionem [*cibauit me cinere*] tertiò Iudæorum ingratitudinem [*& repulsa est*] quartò ipsorum reprobationem [*& dixi, perijt*] VAV, [*Et fregit*]. i. confringi permisit [*ad numerum*]. i. unum post alium [*dentes meos*]. i. apostolos; quibus quasi dentibus peccatores erant in corpus ecclesiæ conuertendi. Can. 4. Dentes tui, quasi grex tōsarum, quæ ascēderunt de lauacro. Hi confracti sunt, quando dominum relinquerunt ad propria reuertentes: ubi tantum fuit Ioannes ultimus in deserendo. Mar. 14. Adolescens quidam sequebatur eū amictus syndone super nudo &c. Et cito rediit. Ioan. 19. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater &c. Sed pro conuersione latronis sequitur [*cibauit me cinere*]. i. unico latrone conuerso in cruce: Cum .n. peccatum sit, quasi ignis deuorās, cuius residuū est cinis; quid aliud peccator uitam in peccato agēs, & in fine pœnitēs, nisi cinis ab igne effugiens? Hic est coruus, qui in torrente pauit Heliam. i. Christum sicut legitur. 3. Reg. 17. Vel in cinere amaritudo passionis: quæ tamen Christo secūdum charitatem fuit delectabilis; in quantum ad redemptionem humani generis ordinata.

¶ Moraliter dētes candidi, rubusti, carnem non habentes,

*orio carentes; sunt religiosi nihil intra se patientes: acerbissimè decernentes, clausi labiis. i. inuisibiles nisi in risu; toti corpori masticantes, nullũ sapientiæ inde semẽ. VAV. ¶ *Et repulsa est à pace anima mea*]. i. Iudæi; quos sicut animam diligebam: quia longè à peccatoribus salus [*oblitus sum bonorum*] quæ eis facere consueueram: supra cap. 2. Obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatem, & sabbatum. Vel oblitus est bonorum, quantum ad reputationem hominum, Vau, [*Et dixi, periit finis meus*] non simpliciter: sed quantum ad illos, qui dixerunt. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Vel periit finis meus, quãtum ad Iudęorum reprobationem: finis, qui uidebatur principaliter intentus, quantum affectus appetebat, de conuersione Iudæorum. Matth. 15. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. [*Et spes mea*] quam conceperam, in ipsis [*a domino*] Gen. 49. Salutare tuum expectabo domine. Sicut iustitia Dei dicitur, uel quia ipse iustus est: uel cuius causa est. Vel uerba sunt Iudæç in bonis multitudinis reprobationem iis uerbis deplorãtis. Huic triplici uersiculo proponit litera VAV, triplex, quæ interpretatur, Non est ille; qa nec est Christus nec aliquid Christi, qui deserit Christũ. Et quia apostoli tunc corruerunt, Iudæi crucifixerunt: propter quod meritò reprobati sunt: & recte, VAV, iis tribus uersibus præmittitur.

¶ *Recordare.*] Hæc est secunda pars Capituli, in qua post descriptam Christi passionẽ inuitat electos ad compassiõnem. Et in hac parte dialogicè procedit, sicut in Cantica Canticorum, uarias personas introducendo, sibi colloquentes sine interceptione uocis prophetæ: hoc enim genus poematis dialogicum appellatur; sicut prosopologicum, quando solus poeta loquitur; sicut ibi, Mulierem fortem: tertium uerò quando sic, & sic; sicut in Iob. Primò ergo introducitur uox Christi ad compassionem inuitantis: secundò uox ecclesiæ ei respondentis. ibi [*Memoriæ memor*] tertiò uox eiusdẽ membra sua alloquentis, & de pœnitentia admonentis ibi [*Misericordiæ domini.*] Dicit ergo pro primo HAY. [*Recordare*] modo tu quicunque redemptus es sanguine [*paupertatis meæ*] quantum ad contemptũ omnium temporalium bonorum; quia Christus pauperrimus fuit in ingressu, in progressu

gressu in egressu de mundo [*Et transgressionis*] quantum ad sufferentiam omnium malorum: ubi transgressio accipitur causaliter pro pœna tamen transgressionis, quam Christus sustinuit: sicut dicitur maledictum, quasi malo pœnę ꝑ nobis addictus, sine maledicto paulus ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Sic etiã Christus dicitur peccatum 2. Corinth. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Vel aliter: trãsgressio eius infima humiliatio ad despectissima tormenta: quia una stilla sanguinis sui nos potuisset liberare. Luc. 9. Erunt Moyses, & Helias, uisi in maiestate: & dicebant excessum eius, quẽ completurus erat in Hierusalem, [*Et absynthij*] quo nihil amarius in terræ nascentibus: & fellis, quo nihil amarius in animantibus. Hoc potest referri ad id, quod dicitur Matth. 26. Dederunt ei bibere uinum cum felle mixtum, similiter Marc. 15. Dabant ei bibere myrrhatũ uinũ. Paupertas contra auaritiam, transgressio contra superbiam, absynthiũ contra luxuriã. Vel põt notari in trãsgressione unio ꝑsonæ, in absynthio afflictio carnis tenerę, in felle tristitia mentis de hominum ingratitudine.

¶ZAI. *Memoria*] Ecce responsio ecclesię, uel uiri sancti [*memoria memor ero*]. i. assiduè memor ero [*Et tabescet*] præ cõfusione [*anima mea*] Psal. Tabescere me fecit zelus meus. Propriè tabescit, qui nimio languore ad maciẽ uenit: tabescere ergo est uera sui cognitione sibi uilescere. Vel illud põt referri ad uitã animalẽ, quæ per animam solet significari. Matt. 16. Qui uoluerit aĩam suã saluã facere, ꝑdet eã: Tabescit ergo aĩa ex dominicæ passionis memoria; quando sensualitas affligitur labore & abstinẽtia. Istud aũt nullo modo referri põt ad synagogã. Vnde hoc primũ uerbum, [*recordare &c.*] esse uei bũ synagogæ Dei misericordiãimplorantis: secundũ uerò etiã eiusdem synagogæ uerbũ ad beneficia Dei rememoranda sese cõuertentis, istud quàm sit absonũ, ultro patet. [*Hæc recolens*] (non põt ibi esse hoc singulariter secundum ordinẽ alphabeti; quia in hæbreo ibi ponitur Zeth) tormenta scilicet Christi [*in corde meo*] *in deo sperabo*] corruptio: non est ibi [*in deo*] sed [*ideo*] contra hoc, quod paulo antè dixit. Periit finis meus, & spes mea Roman. 8. Proprio filio

non

nem pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiã cum illo nobis omnia donauit? Huic triplici clausulæ præmittitur. ZAI. triplicata, quæ interpretatur [*Ducte*] quia in iis cogitationibus reducitur Christianus homo.

¶HET [*Misericordiæ domini.*] Hic tertiò subditur uox ecclesię excitãtis mẽbra sua, & ad pœnitentiã exhortantis. Propter qđ introducitur primò diuinæ pietatis cõmendatio: secũdò ex hoc excluditur desperatio, ibi [*Quia non repellet in sempiternum*] tertiò pœnitẽtię suauis admonitio ibi [*Scrutemur uias nostras*] Et quia iustus in principio accusator est sui: primò introducitur in persona ecclesię sui accusatio, & diuinorũ iudiciorũ ueneratio: secundò diuinæ pietatis expectatio. ibi [*pars mea dominus*] tertiò docet modum in expectando ibi [*bonus est dominus sperantibus*] In prima parte ponitur uox ecclesiæ superna iudicia uenerãtis, & sibi & suis membris timẽtis: deinde Dei responsio ecclesiam commendãtis [*noui diluculo*] Dicit ergo [*Misericordiæ domini*] opus est, sed non meriti mei. Glos. Antiqui habent [*Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti*] merito peccatorũ in nullis reliquiis reseruati, uel in nihilum redacti. Et si quæras, quare non sumus cõsumpti? ecce ostendit, dicens. [*Quia non defecerunt miserationes eius*] quia semper paratus est gratiam exhibere. Psal. Misericordia eius subsequetur me oĩbus diebus uitę meæ. Sed subditur responsio Dei, hanc fidem ecclesiæ nouellę approbantis, & dicentis [*Noui diluculo*] Hæc litera in antiquis habetur, & exponunt [*noui*] .i. cognoui: cum non sit hic uerbum, sed nomen: unde in hæbreis est [*nouelli*] quia iuxta ordinem alphabeti stare non potest, ut sit [*noui*] pro cognoui. Quod exponens Rabanus dicit. Et loquitur propheta ad primitiuam in Hierusalẽ ecclesiã quæ post diluculũ rememorationis Christi ueterẽ hominẽ exuens, noui hominis pulchritudinem ortu suo declarauit, hæc Rabanus. [*Multa est fides tua*] id est multum deuota; qua iudiciorum æquitatem, & pietatem Dei recognoscis [*pars mea*] Ecce primo diuinorũ iudiciorũ ueneratio exigit ad pietatis expectationẽ. Dicit ergo [*pars mea dominus*] oĩbus aliis circunscriptis: & est uerbum ecclesiasticorũ, q in receptione Ordinum dicunt. Dominus pars hæreditatis meæ [*propterea*] quia illi soli adhæreo [*expectabo eum*] consolatorem

Psal. Expectabo eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus &c. Huic triplici sententiæ præmittitur litera HETH. quæ interpretatur uita, uel pauor: quia in hoc consistit uitæ spiritualis initium, in recognoscendo propriam miseriam, & Dei misericordiam: & promerendo gratiã ulterius ad gratiam aspicere. ¶Sequitur. [*Bonus est dominus.*] TETH. Hic docet modũ huius expectationis: quia nõ debet dominus expectari cũ ignauia, sed cum diligentia inquisitionis: secundò cum tranquillitate cordis, pro qua dicit [*bonum est præstolari*] tertiò cum profunditate humilitatis. [*ponet in puluere*] quartò cum perfectione patiẽtiæ, & mansuetudinis, ibi [*Dabit percutienti.*] Pro primo dicit [*bonus est dominus sperantibus in eum.*] Psalm. Quam bonus Israel, Deus. Bonus (inquã) consolando & protegendo. Psal. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum uerbum tuum. Sed quia cassa est expectatio, cui non adiungitur quærendi sollicitudo, sequitur [*animæ quærẽti illum*] Quæritur per pœnitentiam. Isa. 21. Si quæritis, quærite: conuertimini, & uiuitæ. Et similiter. 55. Quærite dominum, dum inueniri potest. Item per contemplationis diligentiam. Cant. 4. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea [*bonum est.*] Ecce secundum ubi docet quærere dominũ cum tranquillitate cordis. Vbi primò commendat ipsam tranquillitatem: secundò docet obtinere tranquillitatis facilitatem. ibi [*Bonum est uiro, cum portauerit.*] Dicit ergo Teth, [*bonum est præstolari cum silentio*] .i. tranquillitate animi: ubi silentium præcipuè exigitur Apoc. 2. Factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Ber. breuis mora, fœlix hora. Ergo cum silentio .i. sine tumultu cogitationum [*salutare domini*] id est dominum salutem promittentem. Vel salutare domini Christus est. Gen. 49. Salutare expectabo domini. Istud autẽ (ut dicit Raban.) nemo perfectè agere ualet, nisi qui se à mundi concupiscentiis, & seculi negotiis sequestrat: ideò subdit Theth [*Bonum est uiro*] in uirtute exercitato [*cum portauerit iugum*] disciplinæ, euangelizante Matth. 11: Tollite iugum meũ super uos, & discite &c. [*ab adolescẽtia sua*] Prouer. 22. Adolescens iuxta uiam suam gradiẽs, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Quasi, talĩ facile est cum silentio dominum expectare. Huic tripli-

ei sententia præponitur litera TETH, & interprætatur bonum: quia æterna quærere: ut docet primus uersus: fugere mundi inquietudinem; ut docet secundus, & tertius: in iis se longanimiter exercere, est totum bonum hominis in hac uita.

¶Sequitur Ioth [*sedebit solitarius*] in solitudine heremi. Vel hic solitarius idem est, quod græcè monachus: in sessione igitur amor adiectionis, in solitario fuga implicationis [*& tacebit*] a tumultu cogitationis Isa. 3. In silētio, & spe erit fortitudo uestra [*quia leuauit se*] id est supra desideria sua, & studia, solis rebus æternis inhærendo, nō carnalia meditando. Leuauit ergo se supra se, non in essendo, sed in agendo? Ioth, [*Ponet*] Ecce tertium huic expectationi necessarium .s. profunditas humilitatis: unde dicit [*ponet in puluere os suum.*] Vnde Raban. ille in puluere os suum ponit, qui humiliter sentiens, fragilem se cognoscit: uel terram (ad literam) osculando. Gen. 8. Loquar ad dominum meum, cum sim cinis, & puluis? [*si fortè sit spes*] uitæ æternæ obtinendæ: uel si fortè obtineant quod sperant Psal. Sperauerunt, & liberasti eos.

¶[*Iod, Dabit percutienti.*] Ecce quartum huic expectationi necessarium, scilicet perfectio patientiæ, & mansuetudinis. [*Dabit*] qui huiusmodi est domini expectator, & miseriæ suæ cognitor [*percutienti se maxillam*] per patiētiæ perfectionem, paratus talia sustinere p Christo, iuxta illud Matt. 5. Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: hoc Christus exēplum dedit, qui ante crucifixionem suam multas alapas, & colaphos sustinuit [*saturabitur opprobrijs*] .i. delectabitur quasi in saturitate in multis opprobriis sustinendis. Psal. Opprobria exprobantiū tibi ceciderunt super me. Huic sententiæ præmittitur litera, IOD, quæ interpretatur principium, uel desolatio: quia hæc triplex desolatio, taciturnitatis, contra loquacitatem, & humilitatis contra gloriam inanem, & patiētię, & aduersitatis contra carnalitatem, est principium diuinæ cognitionis.

¶CAPH. [*Quia non repellet.*] Post quam ad spei eleuationem commendauit Christi pietatem: hic ex hoc inferēs, excludit desperationem: primò dicens, Iram Dei esse placabilem: secundo hoc probat per Dei insitam benignitatem. ibi [*Non enim humiliauit*] tertiò arguit incredulorum

muratio nem. ibi [*Quis est iste, qui dixit.*] Pro primo dixit, Caph. [*Quia non repellet*] id ad superiora refertur: quasi ita dictum est, quia bonum est præstolari [*quia non repellet*] plebem suam [*in sempiternum dominus*] Abacuc. 3. cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Caph [*quia si abiecit*] propter peccata nostra nos repellendo, & tribulari permittendo [*& miserebitur*] sicut abiecit [*secundum multitudinem misericordiarum suarum*] Isaiæ 25. Auferet dominus omnem lachrymam ab omni facie, Coph, [*Non enim humiliauit*] Ecce secundum, ubi manifestat Dei benignitatem, semper parati misericordiam exhibere. Quod ostendit in triplici humano infortunio: quoniam nec ab ipso est solatii subtractio, quia paratus est omnes consolari: nec ab ipso flagelli multitudo, ut dicit, ibi [*ut contereret*] nec ab ipso est tertiò iustitiæ subuersio [*ut declinaret*] Dicit ergo pro primo [*Non enim*] cōtinuetur literæ immediatè præcedenti. Quasi dicat, miserebitur: non enim humiliauit, auferendo gloriam & honorem, seruituti diabolicæ, uel humanæ subiiciendo [*ex corde suo*] id est, ex sua uoluntate: sed nostris prouocatus peccatis. Genes. 6. Et cordis dolore tactus intrinsecùs: delebo (inquit) hominem, quē creui [*& abiecit filios hominum*] eis patrocinium suum auferendo: immò contrarium ab ipso est. Prouer. 8. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Huic triplici clausulæ præponitur litera, Caph: q̄d interpretatur manus, uel incuruatio, quasi dicta incuruatio, & abiectio domini non est nisi ex merito manuum .i. operum suorum.

¶ LAMED. [*Vt contereret*] Ecce quòd non est à Deo tribulatio exterminatiua miserorum: Dicit ergo [*ut contereret &c.*] Lege sic. [*Dominus ignorauit*] quod est in fine ultimi uersus, idest ab eius approbatione, uel uolūtate, aut auctoritate non processit? Lamed [*ut contereret*] id est ex toto deleret [*sub pedibus suis*] penitus deiiciendo; sicut fit de illis, qui pedibus conteruntur. Vt conterreret (inquam) [*omnes uinctos terræ*] id est ipsi terræ adhærentes; quasi ut mala malis usque ad exterminationem adderentur. Isa. 42. Thalamum quassatum non conteret, & lumen fumigans non extinguet. Vel aliter [*terræ*] genitiuè: ut uincti terræ intelligantur peccatores.

¶ Lamed, [*ut declinaret iudicium*] Repete: dominus ignorauit, ut declinaret à recto

in obliquum genitiuum, propter illos, qui sunt de genere suo: & datiuum, qui muneribus corrumpuntur: & accusatiuum, propter illos, qui odio habentur: & uocatiuũ, propter illos, quorum gratia uel fauor desideratur: & ablatiuum, propter illos, quorum bona desiderantur: sicut Achab desiderauit uineam Naboth 2. Reg. 21. Vt ergo sic declinaret iudiciũ, sicut multi faciũt hodie [*uiri*] uirtuosi [*in conspectu uultus altissimi*] hoc dicit, quia multi sunt coram hominibus iusti, qui coram Deo sunt iniusti, & digni flagellis.

¶ [*Vt peruerteret*] i. contra iusitiã subuerteret [*hominem in iudicio suo*] Isa. 11. Iudicabit in iustitia pauperes & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Ipse enim peruertitur solum, uel aliquando cum peruerso; & sanctus est cum sancto: sicut dicit Psal. Huic triplici sententiæ præponitur litera. Lamed, quod interpretatur disciplina; quia quicquid illorum uenit conscriptio, seu iustitiæ subuersio, disciplina est peccatorum, qua electi purgantur, reprobi condemnantur.

¶ MEM. *Quis est iste.*] Hic tertiò arguit incredulorum murmurationem in flagellis. Et primò arguit prouidentiam Dei blasphemantes: secundò arguit murmurationem temerariam [*quid murmurauit*] blasphemantes autem arguit primò in generali; secundò in speciali [*Ex ore altissimi*] Dicit ergo [*Quis est iste*] tam præsumptuosus [*qui dixit ut fieret*] aliquid in mundo isto; uel spiritualiter tribulatio [*domino non iubente*] sicut aiunt ethnici; qui dicunt minimè hæc inferiora diuinæ prouidentiæ subiacere: sicut dicunt etiam Manichæi, mala non esse nisi a malo principio: cũ econtra dicat Isaia 45. Ego dominus, & non est alter; formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & causans malum. Repete, quis est iste, qui dixit. MEM. [*Ex ore altissimi*] i. ex prouidẽtia Dei [*non egredientur bona*] præcipiendo [*nec mala*] pœnè prouidendo, & permittẽdo? quasi stultè dixit: & sic legitur interrogatiuè. Alio modo legi potest depressiuè: ut hæc murmuratio hic arguatur; non solũ in primo uersu per comparationem ad Dei prouidentiam: uerum etiam in secundò per cõparationẽ ad Christi patiẽtiã: ut sic dicatur [*Ex ore altissimi*] Christi [*non egredientur &c.*] quia accusantibus nihil respondit Ps. Ego autem tanquam surdus non

non audiebã. Sequitur Mem [*Quid murmurauit*] quasi ex quo sic fecit altissimus, quid murmurauit [*homo uiuens*].i. quicunque homo [*pro peccatis*].s.excusando ea per cõstellationes, uel huius planetas? Vel pro peccatis.i. pro pœna peccatorum suorum. 1. Cor. 10. Neque murmuraueritis, sicut quidam ex eis murmurauerunt;& à serpentibus perierunt. Huic triplici sententiæ ꝓmittitur litera triplex, Mem,quod interpretatur [*ex ipsis*]ut supra patet, quia omne flagellum hominis ex ipsis procedit meritis humanis. ¶NVN. *Scrutemur.*] Postquã commendauit Dei miseratione, & exclusit desperationẽ: hic informat ad pœnitentiæ sollicitudinem. Primò ad pœnitentiam interiorem: deinde ad exteriorem.ibi [*cum manibus.*] Ad interiorem pertinet consciẽtiæ sollicita discussio, & pœnitentialis conuersio: unde dicit[*Et reuertamur*] Dicit ergo. Nun. [*scrutemur uias nostras*] postquam ipse scrutatur: Scrutabor Hierusalem in lucernis: ut dicit Sophon. 1.[*Et quæramus*]quid fuimus, quid fecimus: quia scrutiniũ ordinatur ad inquirendum. Pro secundò sequitur.[*Et reuertamur ad dominum*] Psal. Cogitaui uias meas, & conuerti pedes meos, &c. Vel quæramus quid fuimus quantum ad naturæ miseriã: (*Vnde quidam Sperma priùs, modò saccus olens, post uermibus esca: In tumulo, quaque dote superbit homo?*)[*& reuertamur ad dominum*]contra auersionem per amorem,& obedientiam præceptorum.[NVN. *leuemus corda*] contra conuersionem ad caduca. Psal. Ad te domine leuaui animam meam. Iob.7. Suspendiũ elegit anima mea. Sequitur [*cum manibus*] exterior pœnitentia conuenit in operis satisfactione, pro qua dixit [*cum manibus*] .i. operibus. Supra cap. 1. Expandit Syon manus suas. Item, in oris confessione, ideò sequitur.[*Nun, Nos iniquè egimus*] peccata peccatis addendo[*& ad iracundiam*].i. puniendi uoluntatem [*prouocauimus*]Spiritualiter hypocritæ iram dei prouocant Iob.36. Simulatores,& callidi prouocant iram Dei. [*Idcirco tu inexorabilis es*] id est difficilis ad exaudiendum. Vel hoc dicitur quantũ ad reprobos: hic.n. a spetie transit ad genus, ut cum electos informauerit, postea reproborum describat infortunium. Huic triplici clausulæ præponitur litera [*Nun*] quæ interpretatur sempiternum quia hæc tria semper debemus facere. s. conscientiam discutere, corda manusque leua-

leuare, nos ipsos etiam accusare. Huic sententię triplici præponitur litera Nun. quia (ad literam) principium re medii & & salutis est conuersio triplex pœnitentialis, quæ hic commendatur. Sequitur Samech. [*Operuisti in furore*] Hic ad literam ex præmissa consideratione diuinæ misericordiæ, & iustitiæ, infertur reprobatio Synagogę. Primò describit istam reprobationẽ: secundò introducit Christi, uel prophetæ compassionem. ibi [*diuisiones aquarum*] tertiò reprobationis rationem. ibi [*oculus meus depredatus*] Ipsam reprobationem primò describit per comparationem ad Deum flagellantem: secundò per comparationem ad aduersarium tribulantem ibi [*Eradicationem*] In prima parte primò exaggerat flagellum: deinde ostendit remedium exclusum. ibi [*Opposuisti nubem*] Pro primo dicit. Samech [*Operuisti*] me. s. calamitate, & miseria, † quæ excæcauerũt, ne Christum agnoscerem [*in furore*]. i. seueritate iustitiæ [*& percussisti nos*] uiolentia obsidionis [*occidisti*] destructione ciuitatis, & in ciuitate stragis [*nec pepercisti*] in ultimo, sicut post aliquas Iudęæ reliquias in Iudæa relinquendo. Hæc de Christo exponuntur [*percussisti*] maiestatem abscondẽ do tempore passionis. Isa. 53. Absconditus est uultus eius. [*in furore tuo*] uoluntate flagelli indeclinabili [*percussisti*] flagellando [*occidisti*]. i. occidi permisisti [*nec pepercisti*] pęnã in aliquo mitigando.

Alias uel ex caeca- fii.

¶ Samech [*opposuisti nubem*] sicut opponitur exceptio peremptoria iniuste aliquid petenti [*nubem*]. i. carnẽ Christi; sub qua latuit uerus sol mundi Isa. 19. Ecce ascendit dominus super nubem leuem &c. [*Ne transeat oratio*]. s. ad Deũ. Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & Deum; & peccata nostra absconderunt faciem eius a nobis, ne exaudiret.

¶ Samech. [*eradicationem.*] Hic describit reprobationem, uel eius effectum per comparationẽ ad aduersarium tribulantem: tangens tam ipsorum calamitatem, quam aduersariorum improbitatem. Secundò, ibi. [*Aperuerunt*] tertiò utriusque tangit rationẽ, ibi [*formido &c.*] Dicit ergo [*eradicationem*] de terra propria, & de terra uiuẽtium [*& abiectionem*] confusionis & ignominiæ [*posuisti me*] Sinagogã [*in medio populorum*] omnium totius mundi. Vel de Christo exponitur, qui eradicatus est de terra uiuentium, secundũ opinionẽ multorum. Isa. 53. Abscissus est de terra uiuentium:

tium: propter scelus populi mei ꝑcussi eū &c. [*& abiectio**ne*] iuxta illud. Ego autē uermis sum, & non homo. Huic triplici clausulæ proponitur, Samech triplicata: quę interpretatur adiutoriū, hic enim lamentatur synagoga esse sibi adiutorium subtractum.

¶ Sequitur [*Aperuerunt.*] Hic subdit inimicorum improbitatem [*Aperuerunt*] Nota, ꝙ hic mutatur ordo alphabeti: quia PHE. pręponitur AIN. sicut in alphabeto pręcedēti: quod quidem nō aduertētes alii, literæ ordinē seruantes, præposuerūt Ain, ubi debuerant ponere. PHE. Alii autem literam transposuerunt, ut literatum ordinem tenerent: credentes quòd sic essent istæ literæ præposteratæ, sicut latini in præposteratis sententiis solent præponere sequenti præposteræ A, & præcedenti præposterę B [*super nos os suum*] insufflando, & quasi deuorare uolēdò [*omnes inimici*] uicini & remoti, propinqui, & extranei. Sequitur pro occasione, uel causa reprobationis, cōtēptus. s. remediorum salutis [*uaticinatio*] id est, spiritus diuinus præstitus, multis est causa perditionis [*facta est nobis formido*] .i. causa formidinis; ut q uix timemus Deū exhortantem, ur & us mūdi timori subiiciamur [*& contritio*] qua Christo contriuimus, Isaia 53. Attritus est propter scelera nostra [*facta est nobis quasi laqueus*] .i. causa captiuitatis.

¶ [*Diuisiones.*] Hoc subdit propheta ad Christi compassionem: primò quantū ad desolationis frequentiam: secūdò ad desolationis uehementiā, & perseuerantiā. [*oculus meus afflictus est.*] Dicit ergo pro primo [*diuisiones aquarum*] .i. multiplicationem aquarum [*deduxit oculus meus in contritione*] id est afflictione [*filiæ populi mei*] .i. illius ciuitatis celebris Ierusalem. Ierem. 9. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis mei fontem lachrymarū, &c. Istud ēt uerum est de Christo, q fleuit super Lazarum Ioan. 12. Super impiā ciuitatē Luc. 19 Fleuit in cruce. Hęb. 5. Cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: fleuit eorde, cum aperto latere, exiuit aqua cum sanguine. Psal. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: quod (ad literam) diuisum est in duodecim uias, iuxta duodecim Tribus filiorum Israel? Et huius spiritualis maris duodecim fuerūt partitiones quatuor ꝓdictæ aquæ: & octo sanguinis: qui primò fusus in circuncisione: secundo in agonizatione, & sanguineo sudore

sudore Lucę. 22. Tertiò in flagellatione. Ioan. 18. Quinque etiã uicibus in quinque uulnerum irrogatione.

¶ Moraliter debent diuidi lachrymæ nostræ per lachrymas contritionis, compassionis, & deuotionis.

¶ Huic triplici sententiæ præponitur litera Phæ. triplex, quæ interpretatur [*oris*] uel [*os aperiri*] alludens ipsius uersus principio: ubi dicitur *Aperuerunt &c.*]

¶ *Oculus meus afflictus est*] Ecce desolationis uehementia: unde dicit [*oculus meus afflictus est*] ad literam, multa lachrymarum inundantia: uel oculus interior, scilicet mẽs. Sed pro perseuerantia sequitur [*nec tacuit*] In uita ista: [*eo quòd non esset requies*] ab oppressione diaboli [*Donec respiceret*] id est oculum misericordiæ ad genus humanum conuerteret [*& uideret*] id est claritate splendoris in mundi tenebras illustraret [*dominus de cælis*] Psalm. A summo cœlo egressio eius. Ecclesi. 36. Miserere mei Deus omnium: respice me, & osten de nobis lucem miserationum tuarum. Vbi etiam (ut dicit Raban.) instantiam orationis, & perseuerantiam nos habere docuit propheta. [*Oculus meus deprecatus est.*] Ecce hic principaliter prosequitur causam reprobationis Iudęorum. Et tangit duplicẽ causam, amorem immoderatum rei commutabilis, & persecutionem usque ad mortẽ ipsius Saluatoris: Vnde sequitur [*generationem &c.*] Primo dicit [*Oculus meus*] in quo sensu principali intelliguntur, omnes alii sensus [*depredatus est animam meam*] id est, fecit diabolo prædam. Iere. 9. Docete filias uestras lamentum, & unaquęque proximam (.s. planctum) quia ascẽdit mors per fenestras meas [*in cunctis filiabus urbis meæ*] In quo etiam intelligitur omnis dilectio sensibilis: propter quod dixit Iob. 31. Pepigi fędus cũ oculis meis, ut nec cogitarẽ quidem de uirgine. In hoc dicit Raban. uerbũ notabile: ne (inquit) quędã lubrica in cogitatione uersemus, prouidẽdũ nobis est, ꝙ intueri illud nõ debet; qđ nõ licet concupisci. Huic clausulę ꝑponitur triplex Ain. qđ interpretatur oculus: expresse alludens ei, qđ de oculo ĩ singulis clausulis cõtinet. Aliter exponit in bonũ actũ in uoce ꝓphetę ſm Glos. ubi ꝑ oculũ intelligit simplicitas desiderii, & rationis; quæ aĩam deprædatur extrahẽdo à carne in Deũ in cũctis filiabus. i. cogitationibus uitęęternę. Vel filię urbis peccata sunt, ſm quorũ singu-

† la deteſtādat mens in decem
Aliàs aſſurgit.
metus Venatione ceperunt.] Hic de-
ī Deū ſcribit ſecundam cauſam re-
cōſur- probationis Iudæorum.ſ. in-
git. iurias redemptoris. Primò
deſcribēns agonem paſſionis:
ſecundò triumphum reſurre-
ctionis. ibi [*Inuocaui nomen
tuum domine*] tertiò exaggerat
Iudæorum iniquitatem. ibi.
[*Vidiſti domine iniquitatem*]
quartò infert iuſtam condem
nationem. ibi [*Reddes eis ui-
cem domine*] Circa primū tan-
git primò comprehenſionē,
deinde mortem, & ſepulturā
[*lapſa eſt*] tertiò paſſionis uni
uerſalem amaritudinem. ibi
[*Inundauerunt aquæ*] Dicit er-
go pro primo. [*Venatione
ceperunt me*] Iudæi.ſ. ponentes
inſidias, ut eum caperent in
ſermone [*quaſi auem*] Iſa. 46.
Vocans ab oriēte auem. Chri
ſtus comparatur auibus di-
uerſorum generum. Aqui-
læ propter claritatēm contē-
plationis Deut 22. Sicut aqui
la prouocans ad uolandum?
Gallinæ propter affectionem
compaſſionis. Mat. 23. Quo-
tiens uolui congregare filios
tuos, quemadmodum gallina
congregat &c. Vulturi, pro-
pter uolatum incarnationis.
Iob. 28. Semitam ignorauit
auis, nec intuitus eſt eā ocu-
lis uulturis. Paſſeri, propter
humilitatem conuerſationis,
quoniam minima ſunt uolati
lium: & quia carnes habent
calidiſſimas. Leuit. 14. Offe-
rat ſecundum ſe duos paſſe-
res uiuos. Pſal. Etenim paſſer
inuenit &c, Pelicano, propter
ſpontaneam ſuſceptionē paſ-
ſionis. Similis factus Pellica-
no ſolitudinis: Nycticorax,
ꝓpter fugā mundanæ uanita
tis. Nycticorax in domicilio.
Herodio, propter rapinā fa-
ctam à diabolo. Pſal. 103. He-
rodii domus dux eſt eorum:
uel propter potentiam rapi-
næ ſpiritualis in expugnatio
ne diabolicæ prauitatis [*gra-
tis*] ſine culpa mea uel ſine ob
tentu alicuius utilitatis [*inimi
ci mei*] Iudæi. Sed pro compre
henſione ſequitur [*Lapſa eſt
in lacum*] Zach. 9. Tu autem
in ſanguine teſtamenti eduxi
ſti uinctos de lacu, in quo nō
erat aqua [*uita mea*].i. anima
mea: quod factum eſt ſtatim
ſeparata anima à corpore.
Pro ſepultura uerò ſubiungit
[*& poſuerunt ſuper me lapidem*]
aduolutum ad hoſtium mo-
numenti: ut dicitur Matt. 27.
¶ Moraliter lacus eſt locus mi
ſeriæ culpæ Pſal. Saluaſti me
à deſcendentibus in lacum
miſeriæ. Pſal. Eduxiſti me de
lacu miſeriæ. i. Lymbi ſinus
Abrahæ. Zach. 9. Tu autem
in ſanguine teſtamenti. Sed
pro uniuerſali paſſionis ama
ritudine, ſequitur [*Inundaue-
runt*

runt aquæ] i. tribulationes. Psal: Omnes fluctus tuos induxisti super me. Cantic. 8. Aquę multæ &c. Ionæ 2. Pelagus operuit caput meum [*caput meum*] i. me ipsum, qui sum caput hominum [*& dixi*] in cruce [*perij*] Ioan. 19. Consummatum est. Psal. Veni in altitudinem maris, & tempestas &c. Periit ergo Christus quantum ad uitam mortalitatis. Isa. 57. Iustus perit, & non est qui recogitat, [*& dixi, perij*] ad corpus pertinet. s. ad dispersionem discipulorum. Huic triplici clausulæ præponitur triplex SADE, quod interpretatur Iustitia uel consolatio quia Christus comprehensus, fixus, mortuus & sepultus, est iustificatio, & consolatio nostra.

¶ Coph. [*Inuocaui nomē tuum*] Post descriptum agonem passionis; hic subdit de trophæo resurrectionis. Primò describit animæ Christi separatæ officium, & desiderium: secūdò gratulatur suum fuisse desiderium exauditū ibi [*Vocem meam.*] Dicit ergo [*inuocaui nomen tuum domine*] uox filii ad patrē [*de lacu nouissimo*]. i. lymbo inferiori. Rabā. Inuocauit redemptor nomē domini de lacu nouissimo, cum in uirtute diuinitatis descendebat ad Inferos, & destructis claustris tartari, suos, quos ibi reperit, educens, uictor ad superos ascendit. Quod ideò dicitur, quia orationis effectum ibi secundum partem post mortē obtinuit. Vel forte orauit, sicut etiam adhuc secundum humanitatē orat pro nobis, & interpellat: ut dicit Apost. ad Heb. 7. Saluare in perpetuum potest; accedens per se metipsum ad Deum semper uiuens, ad interpellandū pro nobis. Ioan. 11. Pater gratias tibi ago, quoniā audisti me: ego autem sciebam, quoniam semper me audis. Ad literam exponitur de ipso Ieremia, q fuit missus in lacum: sicut patet Ierem. 37. & 38. Hic gratulatur se fuisse exauditūm primo pro se, secūdò pro aliis petit exaudiri [*ne auertas*] tertiò gratulatio ex auditione uniuersali, ibi [*indicasti*] Dicit igitur [*uocem meam audisti*] uocem. i. desiderium, resuscitando me tertia die [*ne auertas aurem tuam a singultu meo, & clamoribus*] singultus uehementiam significat doloris † altè intercedentis pro aliis. Hebr. 5. Cum clamore ualido, & lacrymis offerens &c. Hæc est expositio uersus præcedentis [*appropinquaui*] Rabā. Appropinquauit diuinitas Saluatoris humanitati ipsius, quando eam subita resurrectione iuxta dominium suum de morte triumphare fecit; quæ appro-

† *Aliàs alicuius.*

pinquatio intelligenda est p effectum tantum [*dixisti ne timeas*] hoc dixit per effectum, præbendo ei immortalitatem Isa. 44. Noli timere serue mi Iacob, & rectissimè quē elegi. Huic triplici clausulæ, prę ponitur triplex Coph, & interpretatur cōclusio; uel uocatio, aut respice: hic agitur de Christi conclusione, uocatione, & super lignū contuitu.

¶ [*Iudicasti domine*] Hic gratulatur dominus de exauditione uniuersali: unde dicit [*iudicasti domine*] pater [*causam animæ meæ*] Psal. 9. Quoniā fecisti iudicium, & causam meā. Tres ueniunt in causam, homo, Deus, diabolus: diabolus Deo iniuriā fecisse probatur; quia seruum eius fraudulēter eduxit: & homo similiter, qa Dei præcepta cōtēpsit: diabolus homini fecit iniuriā, quia cū decepit: uenit Deus factus homo † patronus, diabolū in cām cōpulit: sed priùs Deus cū homine placatus fuit: & ꝙ placaret Deum, ex misericordia homini concessit; deinde ad iustitiam processit, hominem liberando à diaboli seruitute, & diabolum adiudicando pœnę ęternę: Pro hoc dicit [*Iudicasti causam animæ meæ*] quæ immeritò separata est à carne in die passionis Ioā. 5. Tres sunt, qui testimonii dāt i terra, spiritus, aqua & sanguis [*redemptor, uel defensor uitæ meæ*] Christus. n. redemptus est à mortalitate uitæ, & pœnæ, nō à reatu culpę. Vel [*iudicasti*] Iudæos reprobādo & me eripiēdo. Vel hoc pōt dici in ꝑsona humani generis per Christi sanguī nē liberati [*uidisti*] Hic exaggerat Iudæorū iniquitatē cōtra Christū. Primò quantum ad malignitatem cordis; deinde quantum ad iniuriam sermonis [*labia insurgentium*] tertiò quantum ad facinus condemnationis, ibi [*sessionem eorum*] quartò infert ex hoc sententiam reprobationis, in ultima litera, ibi [*Reddes eis uicem domine*] In prima parte tāgit eorū peruersitatē in generali, deinde in speciali. ibi [*uidisti omnem furorem*] Dicit ergo [*uidisti domine*] uox patris ad filium [*iniquitatem illorum*] Iudæorum [*aduersum me, iudica iudicium meum*] de iniusta exceptione Iudæorū: quod dictum est permittendo nō ope rando. Iere. 11. Tu aūt domine Sabaoth, qui iudicas iustè & probas renes, & corda: uideā ultionē ex eis. Sequit in speciali [*uidisti omnem furorem*] quantum ad malignitatem uoluntatis [*uniuersas cogitationes*] quantum ad malitiā cogitationis [*aduersum me*] ut caperēt insidiando Luc. 14. Illi aūt obseruabant eū. Huic tri-

† *Aliàs pro nobis.*

triplici sententię præmittitur litera, R E S, triplicata, quę interpretatur caput, uel primatus: quia hic ostenditur qualiter Christo capiti datus sit primatus per totum iudiciū. Matth. ult. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & ī terra. ¶ [*Audisti &c.*] Ecce de iniuria sermonis. Primò quantū ad iniuriā cōtumeliarū: secū dò quātū ad iniuriā falsorum testimoniorū [*labia insurgentium*] Audisti dn̄e opprobria eorū. Ioan. 8. Nōne bene dicimus nos, qm̄ Samaritanus &c? Matth. 27. Vah qui destruis tēplū Dei &c. [*omnes cogitationes eorum aduersum me*] cogitationes patebant in uerbis. Luc. 2. In signū cui contradicetur; ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes [*labia insurgentium mihi*] dicendo falsum testimoniū. Insurrexerunt in me testes iniqui [*& meditationes eorum*] uerbis declaratas [*tota die*] crucifixionis, uel uitæ. Matth. 9. ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Matt. 26. Principes Sacerdotū, & seniores populi cōsiliū fecerūt, ut Iesum dolo tenerēt, & occiderent. Vel opprobria, quantum ad cōtumelias: labia insurgētiū, quantū ad uerba machinationū in mortē Christi: sicut in p̄sona eorum dicit Saluator. Matt. 21. Hic est heres uenite occidamus eū. Sed pro cōdēnatione Christi [*sessionem eorum*] repete, uidisti: ubi intelligūtur, q̄ sedentes in Cathedris, Christū iudicauerūt. Ps. Aduersum me loquebātur, q̄ sedebant in porta [*& resurrectionem*] in prosequendo corā Pilato cām condemnationis corā populo [*ego sum psalmus eorum*] .i. saltus, uel cantici materia: uel detractionis, & murmurationis. Huic triplici sentētiæ pręmittitur litera, S I N, triplicata: & interpretat̄ [*dentium*] uel [*super uulnus dentiū*] hic describitur, & detractio quæ per dentes intelligit̄ Ps. Filii hoīum dētes eorū arma & sagittę &c. & uulneratio Christi, ad quā eū iudæi suis falsis testimoniis perduxerūt. ¶ [*Reddes*] Hic ex p̄dictis infert̄ iusta sentētia reprobationis. primò in generali, quantū ad iustā pœnę retributionē: deinde quātū ad cordis obduratio nē [*Dabis eis*] tertiò quantū ad t̄palē, & ęternā exterminationē [*persequeris in furore*] Dicit ergo [*Reddes eis*] Iudęis [*uicē domine*] p̄ malo culpæ, & p̄tinatia, pęnā damnationis ęternę. Oseę ult. Ecce venit uelociter & reddes uicissitudinē in caput eorū [*Dabis eis*] nō agēdo, sed p̄mittēdo [*laborē tuū*] pęnalitatū, & angustiarū, quas in cruce sustinuit [*scutum cordis*] ut meritò iniuriarū, quas

Christo intulerũt, intrare in ipsũ nõ poſſint uerba pdicationis. Iob. 41. Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia. Iſtud eſt malũ eis ſcutũ, nobis aũt clypeus ſalutis, de quo Epheſ. ult. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela ignea inimici extinguere. Sed pro tertio ſequitur [*perſequeris in furore*] Iudæos, malè tractandos in iudicio in futuro, & etiam in præſenti: Vnde ſequitur [*& contra eos ſub cœlis*]. i. [hic in terra [*domine*] qui omnem habes poteſtatem. Vel ſub cœlis. i. ſub uiris cœleſtibus Malach. ult. Calcabitis eos, cum fuerint cinis, ſub planta pedum. Huic triplici ſententiæ præponitur litera, THAV, quod interpretatur ſigna: quia iſtud Dei iudicium de Iudæis ita manifeſtum eſt, ut ſignati ſigno infami pateant per totum orbem terrarum.

CAP. QVARTVM.

Aleph.



Vomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

Beth. *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in uaſa teſtea, opus manuum figuli.*

Ghimel. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto.*

Daleth. *Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

He. *Qui ueſcebantur uoluptuosè, interierunt in uijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.*

Vau. *Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.*

Zain.

Zain. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.*
Heth. *Denigrata est super carbones facies eorum, & nõ sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.*
Teth. *Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, quoniam isti extabuerũt consumpti à sterilitate terræ.*
Iod. *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.*
Caph. *Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.*
Lamed. *Non crediderunt reges terræ, & uniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalem.*
Mem. *Propter peccata prophetarnm eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.*
Nun. *Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.*
Samech. *Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere, iurgati quippe sunt & commoti, dixerũt inter Gẽtes, Non addet ultrà, ut habitet in eis.*
Phe. *Facies Domini diuisit eos, non addet, ut respiciat eos, facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.*
Ain. *Cùm adhuc subsisteremus, defecerũt oculi nostri ad auxilium nostrum uanum, cum respiceremus attenti ad gentem quæ saluare non poterat.*
Sadi. *Lubricauerunt uestigia nostra in itinere platearum nostrarum; appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia uenit finis noster.*

Coph.

Coph. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.*

Res. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In umbra tua uiuemus in Gentibus.*

Sin. *Gaude et lætare filia Edō quæ habitas in terra Hus: ad te quoq; pueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis.*

Thau. *Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultrà ut transmigret te: uisitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.*

† *Aliàs specialium.*

HIc quartò lamētatur casum† spiritualiū personarū quò ad statū prælationis sicut erāt ministri tēpli: uel statū religionis, sicut erāt Nazarçi, facilè insignes. Et habet tres partes, qa prius lamētatur hāc subuersionē, deinde subiūgit eius rōnē in litera 12. Lamed. [*Non crediderunt Reges &c.*] tertiò huius lamētationis infert cōclusionē in litera penultima [*Gaude, & lætare*] In prima parte secūdū alleg. deplorat subuersionē insigniū psonarū in generali; deinde in speciali, ī uersu sequenti. [*Filij Sion*] Dicit ergo [*Quomodo obscuratum est aurum*] ꝙ licet in tēpli aurati cōcremationē uerti posset, tamē altiori sensu spiritualis tēpli deiectionē significat. Vñ dicit [*quomodo obscuratum est aurum,*] In auro secundū Raban. qđ metallū prçeminet, excellentia sanctitatis intelligit: quç est obscurata, & in tenebris carnalitatis cōmutata. Vel aurū optimum Christus; quod obscurabitur, qa nihil reputabitur tempore Antichristi. Apoc. 6. Sol factus est niger tanquā saccus cilicinus [*mutatus est color optimus*] quantum ad deformationē exterioris honestatis [*dispersi sunt lapides sanctuarij*] .i. uiri eminentes in ecclesiasticis ordinibus cōstituti: dispersi, nō per amorē boni cōmunis cōgregati, sed per studiū auaritiæ diuisi: dum omnes quæ sua sunt, quærunt; & nō, quæ Iesu Christi: ut dicit Apostolus Philip. 2. [*In capite omnium platearum*] in quo prçsentis uitæ latitudo intelligitur, lata enim est uia, quæ ducit ad perditionē; ut dicit Christus dominus Matth. 5. In capite

sane

sunt platearū, qui aliis dant carnalitatis exemp'a. Isa.56. Ipsi pastores ignorauerūt intelligentiā: oēs in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam, a summo usque ad nouissimū: uenite sumamus uinum, & impleamur ebrietate. Igitur, in auro obscurato subuersio sanctitatis intelligitur, in colore mutato subuersio honestatis, in dispersione studium cupiditatis, & cōsequentis dissensionis, in platearū capite exēplum peruersitatis. Vbi præmittitur Aleph, ad excitationem intelligentiæ spiritualis, ac si diceret illud Matth.24. Cū uideritis abhominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele ꝓpheta, stantē in loco sancto; q legit, intelligat. ¶[*Filij Syon.*] Hic deplorat subuersionem dictarū personarum in speciali: quod primò pertractat quantū ad infectos carnalitate: secundò quantū ad excedētes in seueritate. ibi [*Manus mulierum*] tertiò ex hoc infert dominum eos iustè affligere. ibi [*compleuit dominus furorē suum.*] In prima parte primò deplorat carnalitatem prælatorum, uel clericorum: secundò religiosorū. ibi [*candidiores Nazaræi*] tertiò simul amborū. ibi [*Melius fuit occisis*] In prima parte primò tangit carnalitatis (ut dictū est) infectionē: secūdò cōsequētē Ecclesię multiplicē lęsionē ibi [*Sed & lamiæ*] Pro primo dicit [*filij*] ubi primò ostēdit qd erāt, deinde quid sunt [*quomodo reputati*] Dicit ergo [*filij Syon*]. i. Ecclesię [*inclyti*]. i. gloriosi, & gloria digni [*& amicti auro primo*] quantum ad uitę perfectionem [*quomodo reputati sunt in uasa testea?*] id est, lutea, & de carnalium solatiorum desiderio. Vasa testea, non aurea, uel argētea, sed lutea: uas enim testeū, est luteū iudicatū. Osee 8. Israel factus est in nationibus quasi uas immundū. Induratū est eis lutū, qa difficilè corriguntur. Iere.7. Peccatū Iuda scriptū est stilo ferreo, & ungue adamātino. Eccl.22. Qui docet fatuū, quasi qui cōglutinat testam [*opus manuum figuli*]. i. diabo li: q eos tales fecit Sap.15. Figulus mollē terrā præmēs laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque uas. Sed tandē in fine fiet de eis, quod dicit Psal. Tanquam uas figuli confringet eos.

¶[*Sed et lamiæ*] ecce damnū ex ꝑdictis cōsequens multiplex ecclesię: primū est diffusio doctrinę puersę: s'm ē carētia doctrinę sanę [*filia populi mei crudelis*]. Pro primò dicit [*sed & lamiæ*] lamia ē mōstrū, hñs caput uirgineū, corpus porcinū

& equinos pedes, crudelissimum: dictum à lamentatione quasi lamens luxta literam. Hierusalem uult dicere in solitudinem redactam, & monstra ibi talia habitasse: Per lamias ergo intelliguntur hæretici, uel hypocritæ, in facie simplices, in uentre carnales in pedibus equi, & instabiles. Tales lamiæ uulpina crudelitate feroces [*nudauerunt mammam*]. i. liberè prædicant doctrinam. s. pestiferam [*lactauerunt catulos suos*]. i. simplices in hæresim seducentes. Prouer. 9. Quis est paruulus, declinet ad me; & uecordi locuta est, aquæ furtiuæ dulciores sunt. Hoc autem totum est propter inertiã prælatorum Matth. 13. Cum dormiũt homines, uenit inimicus eius, & superseminauit zizania. Isa. 34. Ibi inuenit lamia requiẽ [*filia*] ecce econtra defectus doctrinæ sanæ. Vbi primò arguit prælatos in doctrina negligentes: secundò explicat ampliùs læsiones ecclesiæ inde prouenientes ibi [*adhæsit lingua*] Dicit igitur [*filia populi mei*] hoc dicitur de monte Sion, in quo erat templum: quod tanquam filia à populo amabatur. Hæc filia quantũ ad sacerdotes. i. excubantes [*crudelis, quasi struthio indeserto*] Struthio ponit oua sua in tractu uiarum; & non fouet: sed ut dicit Iob. 39. Derelinquit in terra oua sua; & obliuiscitur, ꝙ pes conculcet ea, aut bestiæ agri conterãt. Quę crudelitas magis explicatur in eo, quod sequitur.

[*Adhæsit lingua*] primò in statu incipientium, qui intelligitur per lactentes: secũdò ꝓficientium. ibi [*paruuli petierunt*] tertiò in statu factorũ, ibi [*Qui nescebantur*] quartò infert ex hoc peccatum negligentium prælatorum [*& maior effecta.*] Dicit ergo [*Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti*] ubi per lactentes rudes, & incipientes figurantur lacte simplicitatis doctrinæ imbuendi. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Christo: lac dedi uobis potum, nõ escam. Lingua adhæret palato, quando cogitatio cordis adhæret proprio desiderio: in siti appetitus doctrinæ: in palato, ubi sapor uiget, carnalis affectio. Sed pro statu proficientium sequitur [*paruuli petierunt*] paruuli lactentibus maiores, sed nondum quantitate perfecti, petierunt panẽ doctrinæ solidioris [*& non erat, qui frãgeret eis*] Panis frãgendus, non curiosè scindendus; quia nulla diuisio est facienda, quæ non faciat ad elucidationem doctrinæ. Luc. ult. Cognouerunt eum in fractione panis: dicitur, ꝙ Christus

ftus sic frangebat, quòd incisio uidebatur: sic etiam certè debent continere fractio euidentis expositionis, & incisio elucidationis per dimensionem, quantum saluti famulatur.

